¶ Tertio et vltimo dubitať an actus beatificus volũtatis ſit liber: cũ beatus nõ poteſt illũ actũ deſerere ſi velit. ¶ Reſpondeť ſuppo nẽdo q̃ deus poteſt neceſſitare voluntatẽ dupliciter ſecũdũ aliquos. Vno modo voluntate creata non coagente: vt ponit anſelmꝰ de caſu diaboli capite. xiij. q̃ ſi volũtas acceperit imediate velle a deo non eſſet ſecũdũ illud iuſta vel iniuſta. et ſic non libere vellet voluntas. Alio modo volũtate ↄcauſante. et hoc dupliciter: vel mediante aliqua cauſa ſcõa deus poteſt de potentia abſoluta remittere vnum principium motuũ naturaliter reſpectu cuiuſcũq̃ actus voluntatis. Alio modo mediante ſe ſola. Primũ modum multi ſequũtur ⁊ defendi poteſt ſine contradictione. duos alios poſteriores poſſibiles puto. beati tertio modo a deo neceſſitanť ſuos actus continuare: de beatificis loquor. beatꝰ ſuã beatitudinem voluntatis partialiter ꝓducit. et continuat: ⁊ ſic illa beatitudo ꝓducitur a cauſa libera puta a voluntate. ſed cum non eſt ſitum in facultate beati illũ actũ deſerere ſi vellet nõ eſt pure ſpontaneꝰ. Sʒ dicis tunc talis actus non eſt moraliter bonꝰ. q: libertas ad bonitatẽ moralẽ requiritur ¶ Hoc argumẽtũ eſt maiꝰ contra aduerſarios. cũ actꝰ a ſolo deo productꝰ: ⁊ ab eo ↄtinuatus nullatenꝰ eſt in facultate beati: nec ab eo quiſmodo ꝓductus. Ad argumẽtũ dico de bonitate actꝰ moralis requiritur libertas in via hoc eſt ſecũdũ legem. non oportet in patria: nec in via ſi deꝰ voluerit. philoſophus putaſſet volũtatẽ non poſſe a deo neceſſitari. ¶ Scđo dico ſat eſt actũ eſſe eiuſdẽ ſpeciei cũ actu bono moraliter: et cum inherere ſubiecto ſuo denominãti. modo ſi deus non neceſſitaret hunc beatũ ad ſuũ actum cõtinuandũ ille eſſet pure liber: ⁊ eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime eſſentialiť cũ actu de neceſſitate producto coaptãt aliq eis modum ponẽtes actum beatificũ alterius ſpeciei ab omni actu ad quẽ voluntas concurrit mea non refert. ¶ Sed forte dices actus voluntatis productus ab hoc viatore eſt liber. actus beatificus voluntatis producitur ab eiſdẽ cauſis ſcilicet a deo et voluntate. ergo ſi vnꝰ eſt liber ⁊ alius liber erit. ¶ Nego ↄñam. quia illi actus non ꝓducuntur ab eiſdem cauſis eodẽ modo cõcauſantibus. aliter deus cauſat in productione vnius actꝰ q̃ alterius. detur analogia ſint duo ſortes et plato quorum neuter poteſt ↄſcendere verticẽ mõtis olimpi ſine ope dei: deus eſt paratus coagere ſorti ſi aſcẽdere velit. ⁊ facere qđ in ſe eſt ad aſcendendũ: et non aliter. iuuat ſimiliter platonem conſcẽdere paratus tamen vbi plato nolit conſcendere remouere omne prohibens: et facere eum conſcendere. plato tamen eſt talis q̃ vltro ſe ad conſcendẽdum diſponit. ſic in propoſito ſit ſortes viator. plato beatus qui conformat ſuam voluntatẽ voluntati diuine in productione ſui actus ſcit tamen ſi coagere nolit ad ſuũ actum deus eum ad hoc neceſſitaret.

Hoc itaq̃ vera ac pia fide tenẽdum eſt: q̃ trinitas vnꝰ ſit et ſolus verus deꝰ vt ait Auguſtinꝰ i. i. lib. de trini. ſcʒ pater et filius et ſpiritꝰ ſanctꝰ: et hec trinitas vnꝰ eiuſdẽq̃ ſubſtantie vł eſſẽtie dicitur: creditur et intelligitur: q̃ eſt ſummum bonum: quod purgatiſſimis mentibus cernitur. Mentis enim humane acies inualida: in tam excellenti luce non figitur: niſi per iuſticiam fidei emundetur. Idem in lib. retracta. Non approbo quod in oratione dixi. Deus qui non niſi mundos verũ ſcire voluiſti. Reſpõderi enĩ poteſt multos etiam nõ mundos multa ſcire vera.

¶ Diſtinctionis ſecunde queſtio prima.

CIrca iſtam ſecundam diſtinctionem queritur an deum eſſe ſit per ſe notum vel demonſtrabile a viatore. Explicabitur terminus per ſe notum: poſtea cõcluſiue reſpõdebitur ad queſtionẽ propoſitã. ¶ Propoſitio per ſe nota eſt ꝓpoſitio cuius aſſenſum cauſant termini intuitiue/ vel abſtractiue perfecte cogniti in mente habentis vtentis ratiõe. quã naturaliter aſſenſus premiſſarum cauſat aſſenſum concluſionis: tam naturaliter noticie terminorũ ſiue intuitiue ſiue abſtractiue cauſant aſſenſum ipſi⁹ propoſitionis: ſuppoſito ꝙ deus cõcurrat cum įfluentia generali ad productionem aſſenſus. ſi ad noticiam terminorum concurrit: et non ad aſſenſũ iam i intellectu eſſent noticie terminorum abſq; iudicio propoſitionis. Et iſtud potiſſimũ ſi noticia terminorum habeã in eodem loco. ſi idem eſſet in varijs locis. et noticia apprehenſiua vnius termini ſolũ haberet i vno loco: dato ꝙ deus concurreret concurſu generali quã tum eſt de ſe non cauſabitur aſſenſus illius propoſitionis. quia vel in vno loco tantum cauſabitur: et hoc non. quia equa eſt ratio de terminis in alijs locis. vel in quolibet illorum locorum: Sed pꝫ ꝙ non: ſi ignis eſſet in quatuor locis: et in quolibet haberet preciſe vnum gradum caloris nullibi calefaceret paſſum calefactum vt tria: quia tunc ageret vltra gradum ſue perfectionis in illo loco: non aſſimilaret paſſum: ſed diſſimilaret. Sed hic aliquid diſcriminis eſt de paſſo extrinſeco et intrinſeco. Item in nullo illorum locoꝝ eſt cauſa ſufficiens productiua iudicij. ergo in nullo illorum locorum eſt illud iudicium. conſequentia eſt lucida. et antecedens patet ex ypotheſi. Sed hic diceta duerſarius antecedens eſſe falſum: ſufficit ꝙ noticia illorum terminorum fuerit in hac anima. et noticia diſtans ad mille leucas concurret ad productionem aſſenſus in hoc loco: nec hoc inconuenit quando inheret eidem paſſo cui inheret noticia exiſtens i hoc loco. Sed illud dependet ex dictis in decima diſtinctione quarti queſtione ſecunda. Dicitur propoſitio per ſe nota: quia per terminos ſtatim eius aſſenſus ſuus cauſatur: nec probari poteſt a priori vel a poſteriori: quia tũ ſi ſic propoſitio indemonſtrabilis a priori notificabilis a poſteriori eſſet per ſe nota. quod eſt falſum. per ſe nota dicit aptitudinem: dato ꝙ a nullo cognoſcatur non eſt minus per ſe nota. intelligo a nulla creatura: deus actualiter eſt illius iudicium: et ſemper. ¶ Ex iſta diffinitione ſequũtur correlaria. ¶ Primum eſt. idem eſt propoſitionem eſſe per ſe notam: et eſſe per ſe noſcibilem: vt noſcibilem amplect ſolum de formali. ¶ Secundum correlarium. nõ omnis propoſitio immediata eſt per ſe nota: bene tamen econuerſo. hec calor eſt calefactiuus eſt immediata; non tamẽ per ſe nota. ad cognitionem eius requirit experientia. ¶ Tertium. non omnis propoſitio cuius predicatum includitur in ſubiecto eſt per ſe nota: quia tunc hec eſſet per ſe nota albedo eſt color. et eodem modo hec elephas eſt animal. quod eſt falſum. ¶ Quartum. nulla ꝓpoſitio contingens eſt per ſe nota: quelibet talis ab aliq dubitari poteſt. ¶ Quintum. omne totũ eſt mai⁹ ſua parte non eſt per ſe nota. patet. aliquis poteſt aſſentire huic aliter eſt ꝙ illa ſignificat: vel dubitare de illa aliquod totum eſt: et licet homine exiſtente totum eſt. tamen anima ſeparata vel angelus põt illud dubitare. et poſitus extra vniuerſum ad magnã intercapedinem. eodem modo de hac quecũq; ſũt eq̄lia vni tertio ſunt equalia inter ſe. tamẽ cõditionaliter tales vocantur per ſe note ſi aliquod totum eſt ipſum eſt mai⁹ ſua parte integrali. hic non eſt demonſtratio omne continens tãtũdem et amplius eſt illo maius. omne totum eſt huiuſmodi. igitur. premiſſe non ſunt notiores concluſione. ¶ Sextum. omnis diſiunctiua compoſita ex partibus contradicentibus eſt per ſe nota. quacũq; tali oblata intellectus cognitis terminis aſſentit illi puta ꝙ ita eſt ſicut per illam ſignificatur. Eodẽ modo de cathegorica de diſiuncta copula. ¶ Septimũ correlarium aliquod eſt per ſe notum gratia forme. patet de diſiunctiua compoſita ex contradictorijs. et cathegorica de diſiũcta copula. Aliquod eſt per ſe notum grã materie vt patet de multis cõibus animi conceptionibus euclidis. ¶ Octauum correlarium. aliq̄ ꝓpoſitio falſa eſt per ſe nota. probatur omnis ꝓpoſitio diſiũctiua ꝯpoſita ex ꝯ̄dictorijs eſt per ſe nota aliquod falſũ eſt huiuſmodi. ꝗ aliquod falſũ eſt ꝓpoſitio per ſe nota. ꝯña tenet in darij: huiuſmodi i minore includit ſubiectũ maioris. maior patet ex dictis: ꝓbatur minor demonſtrata hac hoc eſt falſũ vel hoc nõ eſt falſum vtrobiq; demonſtrando affirmatiuã affirmatiua eſt falſa: q2 ſe falſificat: et non eſt ita a parte rei ſicut negatiua ſignificat. ꝗ ipſa eſt falſa. ꝯña tenet per modũ quẽ rationabiliorẽ puto i inſolubilib⁹. Hoc dicitur q2 poteſt quiſpiam dicere illa negatiua eſt vera ad veritatem eius ſufficit ꝙ affirmatiua ſe falſificet. Sed contra hoc ſunt inſtantie difficiles de quibus alias locuti ſumus. ¶ Sed contra hoc arguitur ex illo ſequitur quãlibet copulatiuã ex cõtradictorijs cõpoſitã eſſe per ſe notã. probatur illa oblata protinus intellect⁹ illi diſſentit q̄cũq; terminorum cognitione preuia. et falſitas non repugnat per ſe note per correlarium igitur. ¶ Reſpondeĩ ꝯcedẽdo aſſumptũ vꝫ ꝙ q̄libet propoſitio cui quilibet intellect⁹ ꝑ quãcũq; terminorum cognitionẽ p̄uiã diſſentit eſt per ſe nota: q2 eius falſitas eſt nota. et eius diſſenſus ita cito producit ſicut aſſenſus oppoſite. Et tũc diffinitur ꝑ ſe notum ſic. per ſe notum eſt propoſitio cui⁹ aſſenſum vel diſſenſum cauſat quecũq; noticia terminorũ ſuorum. ¶ Et ex iſto ſequit ꝙ cuiuſlibet propoſitionis per ſe note cõtradictoria eſt per ſe nota. ¶ Alio modo dicit negando conſequentiam: quia per ſe notum apud loquentes diffinitur per productionem aſſenſus: et non per eſſe verum. et ſic iſta hoc eſt falſum vel hoc non eſt falſum eſt per ſe nota. et etiam intelligatur de aſſenſu qui non eſt diſſenſus. Sed dicis noticia terminorũ eſt productiua iudicij illius propoſitionis. ergo noticia terminorum precedit illum aſſenſum. ¶ Inſuper habeat intellectus cathegoricam de diſiuncta copula et ſuum oppoſitum de copulata copula ſimul queritur an citius habebit aſſenſum ꝙ̄ diſſenſum: ſi ſic illa ſola eſt per ſe nota. ſi ita cito vtraq; eſt per ſe nota. ¶ Reſpondetur noticia terminorum precedit natura illum aſſenſum: non tamen inſtanti vel tempore. Si noticia terminorum producatur in hoc inſtanti aſſenſus illius propoſitionis in eodem producit: ſi ſucceſſiue termini formentur vltimum inſtans non eſſe vltimi termini illius ꝓpoſitionis per ſe note eſt vltimum inſtans non eſſe aſſenſus eiuſdem: poſtq; naturali neceſſitate ſe mutuo conſequuntur. et ſicut eiuſdẽ

vltimus terminus ſucceſſiue producitur ita aſſenſus ſucceſſiue intendit. Sed contra ergo vnus magis aſſentit primo principio ꝗ̄ alius: et per conſequens vna propoſitio per ſe nota poteſt aliam probare ꝯ naturā notorietatis. Sequela probatur aſſenſus talis propoſitionis mere naturaliter cauſatur a noticijs terminorum. ſed augmentata cauſa naturali puta noticia terminorum augmentabitur effectus in paſſo diſpoſito. ¶ Reſpondetur ꝙ noticia terminorum erit equaliter intenſa in duobus quando terminis complete habent: et hoc ſi eque aduertāt: et habeāt eq̄lia naturalia Quod patet ille noticie producuntur ab agētibus naturalibus ſcꝫ ab intellectu et ab apprehenſione rerū ſignificatarū per terminos. Sꝫ illo dato ꝙ noticie terminorum fuerint intenſiores in vno ꝗ̄ in alio cōceditur ꝙ iudicium erit intēſius in vno ꝗ̄ in alio vt argumentum tangit: ſed non ſequitur ꝙ vna propoſitio poteſt aliam probare: non firmius aſſentit vni ꝗ̄ alteri. Hoc patet ſi noticia cōcluſionis fuerit intenſior gradualiter ꝗ̄ aſſenſus premiſſarum: non firmius intellectus aſſentit cōcluſioni ꝗ̄ premiſſis cuiuſlibet propoſitionis per ſe note iudiciū quantūcunqꝫ remiſſum eſt ita lucidum quod aliud ab extrinſeco non mendicat. Sed contra hoc arguitur bene ſequitur deus eſt vel nullus deus eſt. ergo formica eſt vel nulla formica eſt hec conſequētia eſt bona et euidens: aſſenſus antecedentis eſt alterius ſpeciei ab aſſenſu conſequentis: et perfectior entitatiue. ergo eius aſſenſus producet aſſenſum conſequentis ſicut intellectus producit ſcientiam. ¶ Reſpondetur concedendo conſequentiam: et ꝙ aſſenſus antecedētis eſt perfectior entitatiue et qualitatiue/ vt patet ex perfectione obiecti ꝗ̄ aſſenſus cōſequentis: ſed non oportet ꝙ aliquē aſſenſum producat de nouo cum eſt aſſenſus notorius in intellectu: et lucidiſſimꝰ aſſenſiue. ¶ Nonum correlarium. aliquis habet aſſenſum propoſitionis per ſe note que eſt eidem per ſe nota quā tamen neſcit eſſe ꝓpoſitionem patet. plures artiſte aſſentiunt huic quodlibet eſt vel non eſt: et tamen dubitant an ipſa ſit affirmatiua/ negatiua/ vel mixte qualitatis/ ſic dubitare poſſunt an ſit cathegorica de diſiuncta copula/ vel ypothetica/ et agricola neſcit illam eſſe propoſitionem. ¶ Decimū correlarium. deus eſt: non eſt per ſe nota beatis. ꝓbatio licet cum apprehenſione terminorum quos beati habent de eſſentia diuina nō poſſunt nō aſſentire huic deus eſt: tamen hoc non ſufficit ad per ſe notam. probatur. ſtante noticia intuitiua quā ſortes habet de rebus ſignificatis per iſtam paries eſt albꝰ ſortes nō poteſt diſſentire huic paries eſt albus: imo ſi apprehendat terminos in eo cauſabitur aſſenſus. et tamē iſta a nullo cōceditur eſſe per ſe nota: cū noticia abſtractiua rerum ſignificatarū per terminos non ſufficit ad cauſandum iudiciū: quod requirit ad per ſe notū: Sꝫ difficultas poteſt eſſe de noticia quā adā i ſtatu inocēcie habuit de hac: vel angelus tempore quo erat viator. ¶ Undecimum correlarium. aliqua diſiunctiua cōpoſita ex ſubcontrarijs eſt per ſe nota. vt pꝫ de hac aliquis homo currit vel aliquis homo nō currit: intellectis terminis ꝓprijs intellectus illi aſſentit. et licet diſiunctiua cōpoſita ex contradictorijs inferat diſiūctiuam compoſitā ex ſubcōtrarijs per intrīſecas partes antecedentis: et non econuerſo: tamen vna eſt ita nota ſicut alia. ſecus eſt de diſiūctiua cōpoſita ex contrarijs: frequenter tales diſiunctiuas dubitamus.

¶ Duodecimum correlariū. aliqua diſiūctiua eſt per ſe nota cuius quelibet cathegorica eſt dubia. ¶ Decimumtertiū correlarium. videt̄ ꝙ aliqua diſiunctiua compoſita ex contrarijs gratia forme eſt per ſe nota vt patet de hac q̄libet homo eſt homo vel nullus homo eſt homo. patet. illa equiualet in conſequēdo gratia forme diſiunctiue cōpoſite ex partibus contradictorijs. ¶ Decimūq̄rtum correlariū. licet propoſitio de diſiuncta copula ſit per ſe nota: ꝓpoſitio de diſiuncto ſubiecto vel predicato non eſt per ſe nota. prior patet ex dictis. ſecunda pars patet hec eſt michi dubia nunc mater mea eſt viuens vel non viuens. ¶ Decimumq̄ntum correlariū. eſt aliqua affirmatiua de ſubiecto non ſupponente per ſe nota. patet de hac chimera eſt vel non eſt. hoc totum eſt vel non negatur. et eſt principalior pars copule. ergo tota eſt affirmatiua.

¶ Decimūſextū correlarium. aliqua cathegorica ex ſimplicibus copula et extremis eſt per ſe nota. patet de hac aliquid eſt. ſed illa non eſt per ſe nota g̃ra forme: in ſimili datur propoſitio non per ſe nota vt elephas eſt. Sed dices nō aſſentio propoſitioni per ſe note niſi quia ita videtur michi a parte rei eſſe. ergo ita eſſe a parte rei eſt cauſa aſſenſus: et nō noticia terminorum. Sed dicitur ꝙ michi ita videri cauſatur a ſola apprehēſione rerum ſignificatarū per terminos.

¶ Iſtis prelibatis pono cōcluſiones. ¶ Prima. hec non eſt per ſe nota deus eſt. probatio ſennacherib rex aſſiriorū illam dubitauit. vt patet quarti regū. xix. et pſalmo. xiij. dixit inſipiens in corde ſuo non eſt deus: Aliqui de nabugodonoſor intelligunt: ſufficit ꝙ ille cogitauit in corde ſuo ꝙ non erat deus. idē pꝫ pſal. lxxv. notus in iudea deus: et in iſrael magnū nomen eius: ac ſi diceret parū cure erat alijs de deo an deus eſſet. Item patet per poetā omnes in orbe deos timor fecit. ¶ Secunda concluſio. poteſt multū probabiliter naturaliter probari ꝙ deus eſt. Hanc cōcluſionem niſus eſt ariſtoteles deducere. ij metaphiſice ꝙ non eſt proceſſus in infinitum in cauſis mouentibus: quia ſi eſſet proceſſus in infinitum nulla eſſet cauſa media: quia vbi non eſt vltimum ibi non eſt medium ergo deueniendum eſt ad vnam primam cauſam. Ad hoc idem elaborat. xij. metaphyſice. vij. et octauo phyſicorum: Omne quod mouetur ab alio mouetur. et non eſt proceſſus in infinitum: nec aliquid mouet ſeipſum. ergo oportet venire ad vnum mouens non motum. Arguatur ſic in forma aliquid eſt cauſatum: vel igitur a ſe vel ab alio vel a nullo: non primum vt patet per beatum Auguſtinum primo de trinitate capitulo primo. Secundum membrū non eſt dandum quia a nullo: quia quod nichil eſt nichil producit. Si ab alio quero de illo alio: et ſit a. quero vel a eſt effectibile vel non. ſi ſecundum a eſt deus: quia per philoſophos et loquentes tale vocatur deus. ſi eſt effectibile quero de cauſa efficiente et illa data queram de cauſa effectiua illius et conſtat ꝙ ſtabitur in vna cauſa prima ineffectibili vel procedendum eſt in infinitum. ¶ Et confirmatur tota multitudo rerum creatarum eſt producta: vel ab aliquo vel a nullo vel a ſe: non a ſe nec a nullo. ſi ab aliq̄ vel illud eſt ineffectibile: et ſic eſt deus. vel eſt productum: et ſic eſt pars iſtius multitudinis create.

¶ Iſtud primum argumentum rationabiliter concludit: ſed proteruus euaderet a contradictione patet de primo aſſumpto ab anaxagora negato primo phyſicorum. Quodlibet ſit et quodlibet et per conſequens ponitur creatio ne forme. et concedit ꝙ illud eſt effectibile ab alio. etiam cōcederetur quod eſt proceſſus in infinitum in infinita

multitudo cauſarum. nec ariſtoteles demōſtrauit oppoſitum. aliqui philoſophorū ponebant infinitos mūdos. Hoc tenuit democritus vir admodū peritus in philoſophia teſte ariſtotele in pͥmo de generatiōe. Qꝫ democritus ita opinatus eſt patet per valerium maximū libro. viij. ſatis ꝓpe finē. verba ſunt hec ī forma: nā alexandri pectus īſatiabile laudis q̄ anaxarcho comiti ſuo ex auctoritate democriti p̄ceptoris innumerabiles mundos eſſe aſſerēti dixiſſe refertur. Heu me inquit miſerū q̄ nec vno quidē adhuc ſū potit⁹. hoc ipſum patet. xxiiij. q̄ſtione. iij. ſunt ⁊ alie hereſes. ratio ariſtotelis in de celo q̄ terra vnius mundi moueretur ad terrā alterius eſt nulla: quia nulla eſt influētia nec ordo vnius celi ad terram alterius mundi. videtur q̄ ariſtoteles negando infinitū ſibi repugnauit ponēdo eternitatem mundi. viij. phyſicorū: et negando infinitatem rerum: vt pͥmo de celo et. iij. phyſicorum. patet de animabus tenendo eas perpetuas ſicut viſus eſt: et ſic non inconuenit dare infinitas animas in rerum natura. et ſicut diceret ariſtoteles q̄ eſſet ꝓceſſ⁹ in infinitum in cauſis accidentaliter ſubordinatis: ſit aduerſarius concederet in cauſis eſſentialiter ſubordinatis. etiam hanc conſequentiam negaret. datur vltima cauſa producens effectum. ergo datur media vel prima. termini illi non ſunt relatiui. patet. datur prima pars proportionalis in continuo et non vltima ſecundum illam diuiſionem. ſi cōtinuū partiatur in q̄cunq̄ proportione multiplici ſuperparticulari vel ſuperparticiēti. ¶ Item ſecundum ariſtotelem datur vltimus homo productus: ſed non primus vel medius. De alio omne quod mouetur ab alio mouetur multi antiquorum negabant motum vt de zenone refert ariſtoteles. Sꝫ quia hoc eſt contra experientiam aliter dicitur q̄ aliquid mouet ſe primo. patet. de grauitate ponendo eam ſeparatam a ſuo ſubiecto vt in ſacramento euchariſtie tenendo q̄ quantitas diſtinguitur a re quanta: et nullum accidens alteri inheret. ¶ Inſuper diceretur q̄ eſt circulatio in mouentibus et motis. a mouet b: et b mouet a. ¶ Ulterius concederet̄ proceſſus in infinitum. qui admitteret infinitos mundos eccentricos difficulter conuinceret̄. Alij formāt argumentum de conſeruante ſed minus valet omne quod conſeruatur ab alio conſeruatur non eſt euidēs de iſta conſeruatiōe diceretur ſufficit res ipſa ad hoc q̄ res ipſa exiſtat: nec aliquod extrinſecū requiritur.

¶ Aliud argumentum eſt ſophiſticum de forma. vel ly tota in antecedente capitur ſinchategorematice conceditur iſta tota multitudo cauſatorū fit ab aliquo. capiendo totum cathegorematice nichil eſt a q̄ tota multitudo fuit. vna pars iſtius multitudinis fit ab vna cauſa creata: et alia ab alia. et ſic capiendo negatur antecedens. ſicut totā multitudinem dierum ſecūdum ariſtotelem preceſſit vnus dies. ſincathegorematice capiendo ly totum non includendo partē infinitam: et totam multitudinem preteritorum hominum preceſſit aliquis homo cū limitatione que ponebatur de diebus: ſed nullus homo preceſſit iſtā multitudinem. Ita innumere poſſunt dari inſtantie. ¶ Secundo principaliter arguitur aliquod eſt ens alicu⁹ perfectionis puta formica vel aſcendendo eſt dabile ens nobiliſſimum vel non eſt: ſi primum illud eſt de⁹ ſi ſecundum procedendum eſt in infinitum; vel dabitur nobiliſſimum negatiue. Inſuper philoſophi in lumine naturali iſtud ponebant quod eſt vnum pͥmū mouens et q̄ deus eſt: et omnes ſecte hoc admiſerunt ſicut dicit damaſcenus: libro primo: capitulo nono. vel iſti in ſectis et philoſophi ponebant ſine motiuo vel cum motiuo: ſi ſecundum propoſitum non eſt dicendum primum vt palam eſt. ¶ Iſte rationes non conuincerent proteruū. Prima iſtarum rationū in lumine naturali cōcludit q̄ datur nobiliſſimum ſaltem negatiue: poſtea loquemur affirmatiue. ſꝫ proteruus haberet exitus quos ſupra recitauim⁹. ¶ Ad ꝯfirmationem diceret q̄ philoſophi erant moti rationibus naturalibus illud ponere probabilib⁹ ſoluꝫ: ⁊ thopicis. ergo oppoſita ſunt opinabilia. notum eſt philoſophos ad multa tenues habuiſſe rationes: et inter ſe cōtradixiſſe: et philoſophorū principem conatum fuiſſe probare eternitatem mundi quod putabat demōſtraſſe. Item philoſophi ceperunt frequenter dicta vulgarium: non audebant contradicere vulgo: vel audiuerunt loqui de ſacris hiſtorijs. ¶ De illo quod tangitur de ſectis dicerent infinite erant ſecte: et ſic non datur primū motiuum prime ſecte. vel dantur euaſiōes quas tetigimus. Etiam plebs eſt belua multorum capitum. His fractiōibus non obſtantibus quilibet rationabiliter in lumine naturali incedens debet aſſentire q̄ deus eſt. patet per rationes que ſufficienter clarum ingenium faciunt aſſentire. ¶ Sed hic petis cū eſt ſermo de cauſis quid diſcriminis eſt inter cauſas eſſentialiter ſubordinatas et accidentaliter: ¶ Reſpondetur in cauſis eſſentialiter ſubordinatis ſecunda dependet a prima in cauſando: et non ſolum in eſſendo. ſic q̄ vna illarum cauſarum non poteſt cauſare ſine alia. in cauſis eſſentialiter ſubordinatis eſt cauſalitas alterius rationis. hec dependet a priore: quia in cauſatione eiuſdem rationis vnum indiuiduū ſufficit. In cauſis accidentaliter ſubordinatis nō requiritur earū ſimultas in cauſando. patet de patre et filio. ¶ Cauſa vna depēdit ab alia quia nō poteſt cauſare ſine concurſu alterius. non oportet q̄ ſemper habeat ſuam virtutem cauſandi ab alia cauſa a qua dependet. intellectus et obiectum ſunt cauſe eſſentialiter ſubordinate in productione noticie intuitiue: quia noticia non poteſt produci ab vna illarum cauſarum quin producatur ab alia et ſic quelibet cauſa eſſentialiter dependet a deo: et non ecōuerſo. quia omnem effectum ſine ope cauſe ſecūde pōt ſe ſolo producere. ſic ſol et homo naturaliter ſubordināt̄ ī gn̄atiōe hoīs. neut̄ ſine reliquo poteſt ꝓducere hoīem: ſol ⁊ homo generant hominē. ſcd̄o phyſicorum licet ſit difficile probare q̄ ſol ipſe aliquam cauſalitatem habeat reſpectu hoīs generādi ſicut diximꝰ in quarto diſtin. pͥma q̄ſtione. iij. ⁊ ponēdo cauſalitatem ſolis: ſicut ſol ſine ſorte pōt ꝓducere hoīem: q2 cum platone: ſic plato ſine iſto ſole ſcd̄m veritatē: q2 per productionē alterius. ¶ Tertia concluſio eſt q̄ tm̄ eſt vnus de⁹. hec concluſio multū probabiliter pōt probari in lumine naturali. ptꝫ q2 hoc niſus eſt ariſtoteles oſ̄dere nō tm̄ demōſtratiue prior pars ptꝫ q2 hoc niſus eſt ariſtoteles ꝓbare duodecimo methaphyſices: pluralitas pͥncipum nō eſt bona. vnus ergo princeps. ¶ Inſuper ſi eſſent duo dij aut diſtinguerent̄ ſpecie aut ſolū numero: non eſt veriſimile q̄ diſtinguant̄ ſpecie q2 tunc vnus eſſet perfectior alio. et ita ille iperfectior nō eſſet deus. nec ſolo numero q2 quando indiuidua ſolo numero diſtincta ſūt nulla videtur cōtradictio includi quin plures poſſunt eſſe. et per ꝯn̄s plures poſſunt eſſe dij. ꝯn̄s eſt falſū nichil pōt eſſe deus quin de facto ſit de⁹. ⁊ ſi poſſet vel a ſe: et hoc nō. nō ab alio: quia tūc

ſimpliciter nō eſſet primū increabile. ¶ Iſte rationes non vincūt proteruū. Diceret illa erat opinio ariſtotelica nō efficaciter probata. et vallaret illud teſtimonio infideliū ponentium plures deos. Hoc patꝫ apud poetas et ſectas. ¶ Ad aliud argumentū ipſum non euidēter concludit. aduerſarius poteſt dicere ſunt infiniti mūdi eccētrici: forte concētrici huic mundo: et quilibet mūdus habet ſuū deum et curam ſui orbis. ¶ Etiam ponēdo ſolū iſtum mundū diceret plures deos eſſe in eo. et non demonſtrat̄ oppoſitū quin poſſunt ſpecie differre. nec pōt faciliter probari ꝙ nulla indiuidua diuerſarū ſpecierū ſunt equaliter perfecta ¶ Inſtatur apparenter de noticia intuitiua ſortis et noticia intuitiua platonis vnam animam eſſe alia perfectiorem vt de aīa xp̄i ⁊ de aīa iude videt̄ dicere articulus pariſienſis. ¶ Scḋo poteſt dici ꝙ vnus deus eſt alio perfectior vt damethas virgilianus dicit ab ioue principiū muſe: iouis oīa plena. Ille colit terras: ⁊ ſeruius in cōmento introducit illud lucretiū iupiter eſt quodcūqꝫ vides: q̄cūqꝫ moueriſ. et maro p̄mo eneidos. Eole nāqꝫ tibi diuū pater: atqꝫ hoīm rex. et mulcere dedit fluct⁹. et ille eſt modus loquēdi homericus. ¶ Tercio diceret aduerſarius diſtinguuntur ſolo numero. et eſt certus numerus deoꝝ: ſicut eſt certus numerus ſtellarū celi que forte ſunt eiuſdē ſpeciei vel patꝫ de duabus partib⁹ eiuſdem ſtelle. ¶ Scḋo arguitur q: ſi ſic ſit vnus iſtorū a et alter b ⁊ arguo ſic a poteſt cognoſcere oē cognoſcibile pfectiſſime: ita ꝙ pfecti⁹ cognoſci nō pōt. igit̄. pōt cognoſcere b. vel. igitur cognoſceret b p ipſū a vel p ipſum b: ſi cognoſcat ipſum b per ipſum b. igitur. b eſt a. et per cōſequēs nō ſunt plures dij. iſta cōſequentia patꝫ q: b eſt actus cognoſcendi ipſius a. et actus cognoſcendi ipſius a eſt ipſum a ſicut ꝓbat philoſophus duodecimo methaphyſice ꝙ primum in entibus eſt actus primus non recipiens in ſe aliquid diſtinctum ab eo. Si dicatur nō cognoſcit b perfectiori modo quo poteſt cognoſci: q: non intelligeret b per eſſentiā b: ⁊ nichil ita perfecte cognoſcitur ſicut q̄ñ cognoſcit̄ p eſſentiā ſuā. igit̄. Contra ergo non cognoſceret b pfectiori modo quo cognoſci pōt. et tūc ex iſto ſequitur ꝙ a nō eſſet deus. q: nō cognoſceret oē cognoſcibile quātum eſt cognoſcibile. etiā habet̄ ꝓpoſitū ꝙ non erūt duo dij nec duo prima. ¶ Ad ſcḋm admitto caſum ꝙ vnus vocetur a et alter b. aſſumitur dubiū: ⁊ negatū ab ariſtotele ꝙ poteſt cognoſcere oē cognoſcibile. Sed trāſeat ꝙ cognoſcat oē cognoſcibile pfectiſſime. non eſt euidens ꝙ noticia a dei ſit a deus: nec eius oppoſitū. Sed trāſeat ꝙ a cognoſcat b p ſuā eſſentiā: ſicut ego cognoſco ſortem per noticiam eius. vt per dicat circūſtantiam cauſe formalis. ſed a cognoſcit b per b ſi per dicat circunſtantiam obiectiuam. ¶ Tertio arguitur ſi eſſent duo dij vterqꝫ pōt producere omne ꝓducibile: aliter non eſſent equales in perfectione: et ſic alter eorum nō eſſet deus. ꝯñs eſt falſum velit eorum aliquis aliquid producere quod alter non vellet. ¶ Et cōfirmatur ſequeretur ꝙ poſſēt eſſe due cauſe totales eiuſdem effectus ſequela patet cum vterqꝫ eſſet prima cauſa in ordine cauſarum eſſentialiter ordinatarum nulla alia inferior poteſt effectum producere ipſa nō agēte vel econuerſo. igitur ageret ad productionē cuiuſlibet effectus: vel oporteret dicere ꝙ vnus eorum eſſet cauſa prima aliquorum effectuum et alius aliorum: et ſic neuter eſſet cauſa ſimpliciter. prima vel ꝙ vnus dependeret ab alio. et tunc dependens non eſſet deus.

Falſitas conſequētis probatur ꝙ eiuſdem effect⁹ poſſunt eſſe due cauſe totales efficientes vel finales quia illud quod totaliter producitur ab aliquo non producitur ab alio: quia fruſtra ageret. ſed effectus totaliter ꝓducitur a ſua cauſa totali. ¶ Tertiū argumentum aſſumit dubiū naturaliter loquēdo an aliquid ad extra deus ꝓducat: vel an oīa: ⁊ an poſſunt velle contraria: vel vnus eſſet precipu⁹ in ordine aliquorū effectuum: ⁊ alter alioꝝ. In oībus iſtis argumētis multa ſūt certa de fide: ignota tamen in lumine naturali et per ꝯñs parū fortitudinis haberent cōtra infidelē vel hereticum. ¶ Sed quod tangit̄ de cauſa totali nunc ſecūdū veritatē multipliciter aliquid pōt eſſe cauſa totalis alicui⁹ effectus. Unomodo ꝙ ipſum ſit cauſa totalis: et nichil aliud cōcurrat ⁊ ſic loquēdo īpoſſibile eſt eſſe plures cauſas totales eiuſdem effect⁹ q: nichil aliō a deo ſic pōt eſſe cauſa totalis. Aliomodo q: ipſū non attingit partē effectus: ſed totum. ⁊ ſic ſunt multe cauſe ſcḋe totales et ſic cognitio eſt cauſa totalis dilectionis: ⁊ volūtas ſimiliter. ¶ Tertio aliquid poteſt imaginari eſſe cauſa totalis ſic ꝙ vnus effectus q̇ producitur ab vna cauſa poterat fuiſſe productus ab alia eiuſdē ſpeciei. nō idem effectus in ſpecie: ſed ī numero verbi cauſa a calor eſt ꝓductus a b igne in c inſtanti queſtio eſt an ſi d ignis fuiſſet applicatus in eodem c inſtāti eidem paſſo produxiſſet eundē calorem ſcilicet a. Circa hoc verſant̄ poſitiones ſupponamus aliquas cauſas effectiuas diſpoſitiuas ad aliquē effectum producendū nō attingētes effectum. exēplū ſortes applicauit ligna b igni in c inſtanti productus eſt nouus ignis: ⁊ nouus calor ab illo a igne: ſi alius applicuiſſet eadem ligna eidem in eodem inſtāti fuiſſet productus idē ignis numero. ſortes ſolū applicat actiua paſſiuis nullatenus ex ſua natura producens ignē vel calorem. Similiter ponendo vnā formam in hoīe puta intellectiuam ſortes pater nō attingit effectum in ꝓductione prolis: ſolū in iſtā materiā aīa creat̄ a deo: quēadmodū miniſtrauit materiā lignoꝝ foco. licet aliqḋ diſcriminis ſit: cū vna materia ſit pars ei⁹: vel in diſpoſitione proxima ad hoc ꝙ eſſet pars eius. Iſta eadē materia poterat eſſe miniſtrata ab alijs puta ſi plato comedíſſet eoſdē cibos numero in talibus cauſis effectum attingentibus idē pōt produci a duabus cauſis totalibus. licet regulariter ad varios patres ſequitur filiorū alietas: cū alia ſit materia ad cuius alietatē deus creat aliā aīam: et ſi eadē ſit aīa per poſſibile eſſet ali⁹ effect⁹ numero: ⁊ vbi materia q̄ īformabat̄ forma ade vel eue informaret̄ forma tritici ſucceſſu tēporis: ⁊ demū forma vnius hoīs. nō incōuenit eandē materiā numero varijs formis īformari. Sed in quo reſurgeret talis materia in quarto dictum eſt Et ſic pōt ſaluari illḋ gregorij q̄rto moraliū. §. xxxvi. ſi parentem primum nulla peccati rubigo corrupiſſet nequaqꝫ ex ſe filios gehēne generaſſet. ſed illi qui nūc per redēptorem ſaluādi ſunt ab illo electi naſcerētur: vbi videret̄ beatus gregorius velle ꝙ ſoli electi nati fuiſſent. Sed pleriqꝫ illorū nati fuerūt ex patribus reprobis patet de criſtina martino et ſimilib⁹. ergo nō inconuenit aliquem electum alium habuiſſe patrem. Si ponatur anima ſenſitiua diſtincta ab intellectiua dicitur ꝙ fuiſſet verum pro illo ſtatu nunc autem nō oportet ꝙ idem poteſt produci a duobus patribus: vel a duobus patribus poteſt produci. vel ſic ſoli electi nati fuiſſent quo ad animam. Hoc eſt electi habuiſſent eaſdem aīas: ſed nō eadem corpora. Poteſt

etiam dici ꝙ nõ ſolũ iſti qui nũc ſunt electi fuiſſent na
ti: ſed oẽs q̄ tunc fuiſſent nati fuiſſent electi: ſicut pre
deſtinatus põt reprobari. ſic electus poterat nõ fuiſſe
electus. Sed de cauſis attingentib⁹ effectũ probabili
or videt̄ nobis pars negatiua. probatio aliquod agẽs
producit aliquẽ effectum quem non produxiſſet aliud
agẽs eiuſdẽ ſpeciei applicatũ in illo inſtãti eidẽ paſ-
ſo. ergo ita videt̄ dicendũ in oĩbus alijs. Añs patet a
albedo producit noticiã ſui. et tñ ſi in eodem inſtanti
fuiſſet applicata ſimilis albedo eidẽ paſſo non produ
xiſſet eãdem viſionem. q2 ſi ſic vna albedo produceret
noticiã intuitiuam ⁊ ſingularẽ alterius. ⁊ quare vni-
us: oĩm ſimilũ albedinum. ergo vna albedo producit
noticias diſtinctas infinitarũ albedinum. ¶ Hic ſo-
lum eſt euaſio nõ eſt idem in effectibus vitaliter aĩam
immutantibus qui ſunt ſimilitudines rerum ⁊ in alijs.
Forte dicis cõcedendo illatum. queãdmodũ ſi facies
alicuius iprimeret ſuum ſimile vel imaginẽ in ceram
vel aliam materiam illud ſimulacrum non modo re-
preſentat faciem que ĩpreſſerat illã effigiem: ſed quãli
bet aliam illi faciei ſimilimã. ¶ Preterea ſi effectus
ꝓducibil.. ab vna cauſa effectũ attingẽte põt ꝓduci
ab alia cauſa: tunc idem corruptũ numero poteſt re-
generari naturaliter contra ariſtotelem in de genera
tione. ¶ Aliq̄ iſtud admittũt: vel poſſunt iſtud nega
re poſtq̄ effectus eſt ſemel productus: vel currere ad
illud ꝙ idem effectus non poteſt produci in plurium
inſtantium quolibet. ¶ Rationabili⁹ ergo eſt ꝙ effe-
ctus qui producitur ab vna cauſa ille idem numero
non põt ꝓduci in poſterũ ab alia cauſa. Nec poterat
in illo inſtãti ab alia cauſa produci: dato ꝙ fuiſſet ap
plicata: ſed bene ſimilis effectus in ſpecie. Sed cõtra
iſtud arguitur: eiuſdẽ effect⁹ poſſunt eſſe due cauſe fi-
nales: ergo ⁊ due cauſe efficientes. cõſequentia tenet a
conuenienti ſimilitudine. añs patet fortes poteſt vel-
le adire ſorbonam vt audiat diſputantes: et bibat de
vino reſpõdentis: ita ꝙ quilibet illorũ finium eſt ſibi
cauſa ſufficiens: nec illi duo fines magis velocitãt ſu
um motũ in itinere q̄ alter illorũ tñ. ¶ Et confirma
tur idem effectus poteſt corrũpi a duobus agentibus
et ab vtroquis eorũ. ergo ⁊ produci. ¶ Ad primũ ꝯña
eſt nulla. finis ſcd̃o nullo pacto iuuat ĩ effectũ. ¶ Ad
confirmationem negatur ꝯña: q2 ea data cõcludes ꝙ
idem effectus numero põt ꝓduci a duabus cauſis ſpe
cie diſtinctis. eadem ouis numero põt occidi a lupo ⁊ a
lanio. ¶ Scd̃o arguitur effectus productus ab vna
cauſa poteſt conſeruari ab alia. ergo et produci. ꝯña
tenet cõſeruare effectum nõ eſt aliud q̄ effectũ produ-
cere. et nulla alia entitas importatur per vnum quod
non importat̄ per aliud: licet termini differant: q2 cõ-
ſeruare preſupponit rem prius fuiſſe non aũt cauſare.
¶ Et confirmat ponendo minimũ naturale inter du
os ignes equis vigoris equaliter applicatos: et mini-
mũ equaliter diſpoſitum ad ſuſceptionem effectus ab
vtroq; agente. tuc idem calor numero producetur ab
vtroq; agente. Non eſt dicendum ꝙ vna pars caloris
ꝓducitur ab vno agente: ⁊ alia pars ab alio: cũ illud
ſupponat minimum naturale tam ſcd̃m intenſionẽ q̄
ſcd̃m extẽſionẽ. Preter rõnẽ eſt ponere minimũ natu
rale extẽſiue ipſu nõ ponẽdo itẽſiue. vel ponãtur duo
ignes penetratiue in eodẽ ſitu equaliter actiui quib⁹
applicetur ſtupa tunc ꝓducetur ab vtroq;. ¶ Ad pri-
mum reſpõſum eſt in quadrageſima diſtinctiõe quar
ti. ¶ Ad cõfirmationem dicitur ꝙ ille calor produci
tur ab illis duobus ignibus copulatim. ſimiliter for-
ma ignis ⁊ talis effectus non ſunt ꝓducti ab vno illo
rum ignũ naturaliter: et ſic quilibet illorum ignium
cõcurrit ad totũ effectũ: ſed nõ totaliter. Quo ad ca-
lorẽ dãdo remiſſiſſimũ qui põt exiſtere qui ponit̄ grã
exempli eſſe vni⁹ gradus: põt dici ꝙ medietas caloris
producit̄ ab vno calore totaliter tan q̄ a cauſa ſcd̃a: ⁊
alia medietas ab alio calore. ⁊ ille calor ꝓductus ab
vno illoꝝ ignũ nõ eſt ꝓducibilis ab alio. Sed q2 for
ma ſubſtãtialis nõ h2 gradus aliter dicit̄: ꝙ medietas
minimi naturalis prope a ignẽ producit̄ ab a igne: et
medietas vicinior b producit̄ ab ipſo b: non habetur
minus minimo: cum in eodẽ inſtanti vterq; effectus
producit̄. ¶ Sed contra vnã fractionem arguitur ſic
in qua dr̄ ꝙ vnus ignis producit medietatem caloris
et alius ignis aliam medietatem ſit. vterq; ignis for-
maliter calidus vt octo. Iã vnus coꝝ ꝓducit calorẽ
ſolũ vt quatuor: ſed hoc nõ. cũ intẽdit ſibi aſſimilare
paſſum in gradu. ¶ Reſpondetur ꝙ verũ eſt intendit
ꝙ paſſum habeat tot gradus quot agens habet: et ſic
habet octo a duob⁹ agẽtib⁹ copulatim. ſi q̄libet illo-
rum ignium produceret totaliter octo iam agens nõ
intẽderet ſibi aſſimilare paſſum: ſed diſſimilare. ſed
citius calor produceret̄ a duobus ignibus q̄ ab vno
in ſucceſſiua ꝓductione: licet nõ fuerit intenſior. Sed
poteſt eſſe cõtra hoc difficultas. ſint tria luminoſa: et
tria opaca equalia. Iã vmbre erũt equales. diminua
tur a opacũ ſucceſſiue per vnã horam ad non quantũ
vſq; ſole ſemꝑ vniformiter manente: diminuat̄ b ſimi
liter aucto luminoſo in extenſione et intenſione rema
nente in eodem ſitu. minoret̄ c opacum ſuo luminoſo
aucto ſicut augetur luminoſum precedens: et cũ hoc
moueatur per totã horam opacum verſus: ſic ſcilicet
ꝙ in inſtanti terminante horam erit ſuper zenith opa
ci tunc diminuti ad nõ quãtum. plures ſunt cauſe di-
minutionis vmbre circa c q̄ circa b: ſimiliter plures
ſunt cauſe circa b q̄ circa a. tñ vmbre erunt eque cito
extincte. Sed ibi dices in quolibet inſtãti intrinſeco
hore vmbra erit minor vbi plures concurrũt cauſe: li
cet ita cito euaneſcãt. Sed ibi nulla eſt ꝓductio alicu
ius effectus de nouo niſi ꝑ augmentum luminoſi. ſed
ſunt varij modi auferendi impedimentũ ab illumina
tione medij per directum lumen. Sed id cauſe eſt in
diminutione vmbrarũ vbi ſunt plures cauſe diminu-
entes tanto eſt velocior corruptio in principio: ⁊ tar
dior in fine. ⁊ hoc propter variam propinquationem
corporis lucidi ad corpus opacum. nã q̄to conus vm
bre plus propinquat corpori opaco tanto pro equali
tempore minus abbreuiatur: vt ad ſenſum pz de cor
pore opaco poſito in plano: et corpore lucido maiore
ſecum. ſi illud lucidum aſcendat ad zenith illius cor-
poris opaci vniformiter: pl⁹ abbreuiat̄ pro pͥma octa
ua vel quarta illius tp̄is q̄ pro ſcd̃a: immo medietas
totius in hoc puſillo tempore abbreuiabitur: ⁊ quan-
to luminoſum magis propinquat tanto minus pro-
portionabiliter de vmbra diminuetur: vt palam eſt in
achille zenonico de mobili veloci ⁊ tardo. ¶ Vltimo
arguit̄ ignis nunc non producit vnum gradum calo
ris pluſq̄ aliud niſi ꝓ quanto determinatur a pͥma
cauſa ad productionem huius caloris vel ignis. ſed
libere prima cauſa determinat ignem ad hũc effectũ
nunc. ergo põt eum determinare nũc ad productionẽ
alterius ignis vel ad productionem eiuſdem poſtea.
¶ Reſpondetur quicquid ſit dando argumento ſuũ
põdus, nõ cõcluditur niſi ꝙ deus põt de potẽtia eius
abſoluta hoc efficere. ſed non eſt ita de facto.

Alibi quoq₃ diſtinctionem
perſonarum inſinuās ait.
Verbo dn̄i celi firmati ſūt:
et ſpiritu oris eius oīs vir-
tus eorum. Alibi etiaʒ ait
Benedicat nos deus deus
noſt̄ bn̄dicat nos deꝰ. ⁊ me
tuant eum oēs fines terre. Trina enim con
feſſio dei: trinitatem exprimit perſonarum:
vnitatē vero eſſētie aperit cum ſingulariter
ſubiungit eum. Eſaias quoq₃ dicit ſe audiſ
ſe ſeraphin clamantia. Sanctus ſanctꝰ ſan
ctus dn̄s deus. Per hoc ꝙ dicit ter ſāctus:
trinitatem ſignificat: per hoc quod ſubdit
dn̄s deꝰ: vnitatē eſſentie David quoq₃ eter
nam filij generationeʒ apte inſinuat ex per
ſona filij: dicens. Dn̄s dixit ad me: filiꝰ me
us es tu ego hodie genui te. De hac gene-
ratione ineffabili eſaias ait. Generationem
eius quis enarrabit.

¶ Diſtinctionis ſecunde queſtio ſecunda.

Ic queritur ſecūdo circa hanc diſtinctio
nem an in lumine naturali oſtēdi poteſt
in deo omnis imperfectionis carentia: et
perfectiōis ſimpliciter poſitio. ¶ Reſpō
detur per duas concluſiones. ¶ Prior
eſt affirmatiua reſponſiua ad titulū que-
ſtionis tanq̄ multum probabilis. ¶ Secunda con-
cluſio. aliqua eſt perfectio deo cōpetens que nō poteſt
oſtendi deo competere ¶ Prior cōcluſio probatur/
ſit aliqua conditio perfectionalis quā dicis primo en
ti non cōuenire; ſed enti ſcdo: tunc ens ſecūdū erit ꝑ-
fectius quo ad aliquā denoīationē q̄ ens primū/ ſed
hoc eſt incōueniēs tribuere enti ſecundo perfectionē
aliquā q̄ a primo tollis. Sed dices aliq̄ perfectio ma
ior ei conuenit. quod ſufficit Sed contra. tūc nulla cō
ditio nobilitatis reperta in creaturis poteſt argui ex
creaturis eſſe attribuēda deo. tibi diceretur nō incon
uenire aliquā ꝯditionē nobiliorē eſſe enti. ſcdo dādā
et non primo. ſed hoc eſt falſū: q: tam philoſophi q̄ ca
tholici arguitiue attribuunt deo quaſdā conditiones
nobilitatis que reperiūtur in creaturis: nec per ſe infe
runt imperfectionē: vt patet. xij. methaphiſices argui
tur eſſe viuēs cognoſcēs ⁊c. Et per auguſt. xv. de tri-
nitate ca. ix. q: naturali ratione iudicamus ꝑferenda
eſſe viuētia non viuentibus: intellectiua nō intelligē
tibꝰ: immortalia mortalibꝰ: bona malis: beata miſe-
ris: et creatorē creaturis: ſine diuiſione preponimus
oportet vt ipſū ſūme viuere/ et intelligere/ et optimū/
et beatiſſimum eſſe fateamur. Itē anſelmꝰ mono. ca.
xv. pene cuncti tam eruditi q̄ minus eruditi ſolent
quaſi ꝓ regula tenere: ſcʒ quicquid optimū iudicant
deo attribuere quicq̄d altius attingit hūana exiſtima
tio: et ex hoc velut ſolido veritatis fundamēto ſummi
magiſtri diſputationis ſue initiū ſumunt: cū diuinis
propoſitiōibꝰ altiꝰ diſſerere intendunt: iuxta illud
primi de doctrina xp̄iana ca. iiij. oēs pro excellentia
dei dimicant: nec q̄ſq̄ inuenire poteſt qui deum credit
eſſe quo eſt aliquid meliꝰ. itaq₃ deū eſſe oēs ꝯceſſerunt
quod ceteris anteponūt. Rurſus ſecūdū modū arguē
di anſelmi mono. cap̄. xv. aut a ī quolibet foret meliꝰ
ipſum q̄ nō ipſū: et q̄ cōditio oppoſita et repugnās:
aut nō: ſi ꝑmū ergo ens. ꝑʒ meliꝰ ē ente ꝑmo: et aliq̄
ꝑfectio ētis ſecūdi ē ſuperior ꝑfectione ꝑmi entis. Si
ſecūdū. ꝙ in aliq meliꝰ eſt nō ipſū q̄ ipſū. igit̄ neceſſai
rio infert imꝑfectionē: q: negationē cōditiōis oppoſi-
te ſuperioris ī ente. ¶ Secūda ꝯcluſio ꝑʒ. nō pot ꝓba
ri in lumīe naturali ꝙ deꝰ eſt omnipotēs/ creatiuꝰ/ ꝙ
poteſt producere accidens ſine ſubiecto/ et quēlibet ef
fectum ſine cauſa ſecūda / et ꝙ eſt trinus et vnus. Iſta
ſola fide ꝯceduntur: et a philoſophis negantur. ¶ Cō
tra priorem concluſionem arguitur. nulla ꝑfectio ſim
pliciter conuenit creature. ergo ex creaturis nulla per
fectio ſimpliciter poteſt deo attribui ex eo ꝙ reperitur
in creatura. antecedens ꝑʒ. quicquid reperitur ī crea-
turis eſt dependens: et poſſibile non eſſe. igitur per ſe
ānexū ꝑfectiōi et neceſſario īferēs ꝑfectionē ergo ſi
aliqua perfectio reperta in creaturis attribuitur deo
ſequit̄ ꝙ deo attribuitur perfectio includens imperfe-
ctionē. ¶ Inſuper nichil eſt in creatura quod in quo
libet ſit melius ipſum q̄ non ipſum. nichil enim crea-
tum eſt melius in deo q̄ non ipſum. ſapientia non eſt
aliquid melius cani q̄ nō ipſum: quia eſſe ſapienteʒ eſ
ſentiam canis deſtruit. ¶ Reſpōdetur triphariam ca-
pitur perfectio ſimpliciter. ¶ Prima eſt que omni im
perfectione caret: nec eſt ei annexa imꝑfectio: et eſt
ſimpliciter nobilior omni eo quod nō eſt ipſa: vel qđ ē
incompoſſibile ſibi. et ſic ſola diuinitas eſt perfectio
ſimpliciter. Nec aliqua perfectio intriſſens creature
eſt perfectio ſimpliciter: niſi in quadā metaphora: pro
q̄to quedā ꝑfectiones creaturarum conueniunt cum
diuina perfectione in aliquo communi. ¶ Secundo
modo capitur perfectio ſimpliciter pro conditione di
cibili de ente ex qua non ſequitur imperfectio in ente
cui conuenit: ymo infert imperfectionem in omni cui
deeſt: et que etiā vniuerſaliter infert illud ens cui con
uenit eſſe ſimpliciter ꝑfectius et nobilius omni ente
cui non conuenit. et ſic philoſophi et theologi conce-
dunt huiuſmodi perfectiones attribui deo. et ſic eſſe
ſubſtantiam/ vitam/ vel intelligentem/ dicitur perfe-
ctio ſimpliciter. ſi omne huiuſmodi ſit ſimpliciter per
fectiꝰ. omni ente non huiuſmodi Sed iſto modo eſſe
ſimplex ens/ vel impartibile/ vel eſſe naturaliter inge-
nerabile et incorruptibile/ et obiectū vel eſſe ens ſpiri-
tuale/ et inextenſum/ vel eſſe productiuū caloris non
dicunt̄ ꝑfectiōes ſimplicit̄ materia ē īgenerabilis: nō
eſt ens perfectiꝰ compoſito. nec accidēs īextenſum eſt
ens nobilius ſubſtantia corporea: nec calor productī-
uus caloris eſt ens perfectius angelo qui non eſt pro-
ductiuus caloris. ¶ Tercio modo pro ꝯditione que
attributa enti non infert imperfectionē enti cui cōue
nit: ſed infert illud eſſe imperfectum cui deeſt: et licet
non vniuerſaliter infert illud cui conuenit eſſe ſimpli
citer perfectius ens eo cui non conuenit: tamē vniuer
ſaliter infert illud cui conuenit eſſe preſtantius/ ſaltē
quo ad hanc conditionem/ omni enti cui non cōuenit
huiuſmodi conditio: et cui conuenit conditio repu-
gnans. et infert illud cui cōuenit eſſe preſtantiꝰ eo cui
nō conuenit ceteris paribus: et infert illud cui nō cō-
uenit eſſe preſtantius ſi ſibi cōueniret ceteris paribus:
id eſt ſuppoſitis eiſdem vel equalibus perfectionibꝰ.
Hoc videtur ſumi ab anſelmo mono xv. patet ꝑ ſuum
exemplum: melius eſt eſſe ſapientem q̄ non ſapiētem:
q̄uis iuſtus non ſapiens videatur nobilior q̄ ſapiēs
non iuſtus: tamē omnis nō ſapiēs inquantū non ſa-

piens minor eſt ꝙ ſapiens: q2 omnis nō ſapiēs melior
eſſet ſi eēt ſapiēs ceteris paribus. Argumētū ꝓcedit
de perfectiōe ſimpliciter ꝑmo mō dicta: et non duob⁹
vltimis modis. ❡ Ad ſecundum dicitur ꝙuis nulla
entitas ſit in creatura aliqua q̄ foret cuilibet enti me=
lior ꝙ non ipſa: et ꝙ entitas aliqua incōpoſſibilis ſe=
cundum idemptitatē: tamen aliqua conditio eſſendi
eſt verificabilis de creatura: et pro creatura: q̄ quodli=
bet cui conuenit infert eſſe melius omni eo cui non cō
uenit ipſa. licet cani non ſit melius eſſe ſapientē ꝙ la=
trabilem eſſe: tamen preſtātius eſt enti eſſe ſapiens cui
conuenit ꝙ cani eſſe latrabilem. ❡ Secundo arguit
eſſe creatiu⁹ primū efficiens īdependēs/ vltim⁹ finis ⁊
dominus ſūmus/ debēt eſſe pfectiones ſimpliciter ex
dictis. ſed hoc eſt falſū. nulla perfectio ſimpliciter po=
teſt remoueri a deo. ſed iſte conditiones per remotio=
nem creaturarū poſſunt remoueri a deo. ſi fortes non
ſit: deus nō eſt cauſa efficiens ei⁹: nec eius vltimus fi
nis: nec dn̄s eius: ſcōm auguſtinū. xij. de ciuitate dei
ca. xv. et. v. de trinitate. ca. vltimo. Sꝫ dices (ſicut di
cendū eſt) poſſe eſſe dn̄s/ ſūm⁹/ et rerū cauſa/ eſt cōdi
tio pfectionis ſimpliciter: et non eſſe actu. Cōtra act⁹
eſt pfectior potētia: vel ſaltem non min⁹ perfect⁹. ix.
methaphiſice. ❡ Contra ſecūdā cōcluſionē argumē=
tor ſic. deū eſſe trinū et vnū eſt pfectio ſimpliciter deo
cōueniēs q̄ nō poteſt probari ratione naturali deo cō
uenire ꝑ te. Contra ꝓbatur naturali ratione deū eſſe
ens ſūmū/ vniuerſaliter omnē perfectionē includens/
et impfectionē excludens. ſed per te eſſe vnū in eſſētia
et trinū in pſonis eſt pfectio ſimpliciter. ergo natura
li ratione ꝓbatur illud deo cōuenire. ❡ Rurſus in lu
mine naturali poteſt cognoſci nullū impoſſibile ſequi
ad deū vnū eſſe in eſſentia et trinū in pſonis: vt in di=
ſtinctione quarta poſt hac eluceſcet. et ita de alijs pfe
ctionibus que deo conueniunt ex ſola fide cognitis.
❡ Ad ſecūdū ſufficienter reſpōſum eſt inter arguēdū
ad calcē vſqꝫ. et dicitur multe cauſe ita pfecte ſic ſe
habent actualiter faciētes ſicut potentes facere: et p=
fectiori modo potiſſimū in actib⁹ bonis. ſed non vtro
biqꝫ. creatio actiua dei non diſtinguitur a creatione
poſſibili dei quādo creat: ſed eſt eſſentia dei: ſimiliter
de dn̄io dicat ❡ Ad aliud contra ſecūdā cōcluſionem
cōcedo illā maiorē omnē pfectionē ſimpliciter philo=
ſophi deo cōuenire ſciuerunt. et qū addis minorē eſſe
trinū in perſonis et vnū in eſſentia. eſt perfectio ſim=
pliciter. Hoc eſt verū ſed ꝯn̄a eſt nulla: capiendo illā
in ſenſu ꝯpoſito de ſcio. nō ſequitur omnē hominē in
cayro eſſe in cayro eſt ſcita a me. Solidan⁹ ſyrie ē ho=
mo in cayro. ergo ſcitur a me ꝙ ſolidan⁹ eſt in cayro.
ſed minor vera totū an̄s eſt verū: et cōſequēs falſum.
et ptꝫ ex argumēto platonis in mēnone primo poſte=
riorū allegato a philoſopho. tu ſcis omnē dualitatē
eſſe parem. dualitas in burſa platonis eſt dualitas: ꝫ
illam ſcis eſſe parem. ſi capiatur maior in ſenſu diui
ſo conſequentia eſt bona: et maior eſt falſa: ſicut con=
cluſio. Nō omnē pfectionē ſimpliciter philoſophi ſci=
uerūt deo conuenire: ſicut nunc omne ens eſſe ens ē ne
ceſſe fortes eſt ens. ergo fortē eſſe ens eſt neceſſe: totū
an̄s eſt verū poſita exiſtentia fortis: et cōcluſio falſa
❡ Ad tertiū argumētū ſi intelligatur ꝙ de omi vero
ex quo nō ſequitur impoſſibile notū eſt in lumine na=
turali illud eſſe poſſibile. hoc eſt falſum. ex nullo credi
to (vt palam eſt) ſequitur impoſſibile. et tamen non
de omni credito eſt ſufficienter notū in lumine natu=
rali illud eſſe poſſibile. requiritur ꝙ nec ex eo ſequatur
impoſſibile: et ꝙ in lumine naturali certum ſit ex eo
nullū ſequi impoſſibile: ſed capiēdo maiorē de virtu=
te ſermonis vt iacet ipſa eſt vera hec ē certa michi vl
michi ſcita ois illa propoſitio eſt poſſibilis ex qua nō
ſequitur impoſſibile: vel potius ois illa propoſitio ex
qua nullum ſeqtur impoſſibile eſt poſſibilis. etiā mi=
nor eſt vera. ſed ꝯn̄a eſt nulla ❡ Ceterū de aliquibus
cōditionibus notū ē eas in lumie naturali dicere pfe=
ctionem vt eſſe viuentem/ intelligentem/ tales philo=
ſophi et prudentes omēs deo attribuunt. alias liquet
imperfectionē includere: tales ab oībus ſapiētibus a
deo negantur. de aliqbus cōditionib⁹ dubiū eſt an i=
perfectionē aut pfectionē dicāt: de talibus dubiū eſt
an deo cōpetant. qui diceret eas dicere pfectionem: et
nullam imperfectionem diceret eas deo poſſe cōpete=
re. Alij qui putāt illas cōditiones includere imperfe=
ctionem negarēt illas cōditiones poſſe deo cōpetere.
Johannes de ripa cōcederet deum poſſe actuare ma=
teriā et ex cōſequenti negat informare dicere imperfe
ctionē: cui⁹ oppoſitū magiſter ſententiarū et alij ſa=
pientes tenent. Aliqua ſūt per ſe nota in lumine natu
rali: aliqua euidentia/ aliqua magis probabilia ꝙ
ſua oppoſita/ aliqua ꝓblemata neutra/ aliqua inopia
bilia in lumine naturali/ vt ꝙ vna eſſentia eſt tres p=
ſone quarū nulla eſt alia: que tamen ſunt certa i alio
genere cognoſcēdi vt puta per ſidē. Dato ꝙ ſolueres
oēs ſillogiſmos inſcribiles cōtra hoc in lumine natu
rali: philoſophus loquēs diceret fūdamētum eſſe im=
poſſibile: cū ſimile non reperiatur in creaturis. Et di
ceret vniuerſalitatem citra de omni ad maiorē in da=
ri vl' i barbara ſufficere ❡ Tertio arguit ſic illō q̄ maius
cogitari nō pt eſt īfinitū imenſū/ trinū/ ⁊ vnū oīpotēs
oīſciens/ et ita de alijs quibuſcūqꝫ abditiſſimis in lu=
mine naturali predicatis. aliquid eſt quo maius cogi=
tari non poteſt. patꝫ per argumētū anſelmi pro ſolo.
capitulo. ſecundo cum dico illud quo maius cogita=
ri non poteſt: audiens intelligit quid dicitur et quid
ſignificatur. ergo illud quo maius cogitari non po=
teſt. eſt in intellectu: aut ergo eſt in re: et habetur pro=
poſitū aut in ſolo intellectu: ſꝫ qō eſt ī ſolo intellectu
pōt cogitari eſſe in re: et in intellectu. ergo poteſt cogi
tari maius eo qō eſt in ſolo intellectu. ergo illud quo
maius cogitari nō poteſt eſt ipſū quo maius cogita=
ri poteſt. et ſequitur ꝙ pōt maius cogitari eo quo non
genuit filium aut pater et filius ſpiritum ſanctum de diuinitate emittunt cū tam ſpiritus ſanctus q̄ filius ſit diuinitas ipſa. ¶ Dubitatur circa hanc diſtinctionem quis eſt terminus formalis huius generationis diuine? ¶ Reſpondetur non omnes conueniunt in termino formali. Sed ſecundū communiter loquentes terminus formalis alicuius productiōis eſt ille qui ſecundū ſe totum capit eſſe ſimpliciter per illam productionē. ¶ Ex illo patent correlaria. ¶ Primum correlariū materia interdum eſt terminus formalis ꝓductiōis. patet ſi nunc deus produceret materiā. tunc materia eſt terminus formalis illius productionis. cum ipſa accipit eſſe per illam productionem. ¶ Secundum correlarium nō capitur formale vt eſt concretū huius termini forma tā ſecundum vocem q̄ ſcd̄m ſignificationē. ¶ Tertium correlarium quando aliquod compoſitum creatur (vt terra in principio ſue creationis) forma non dicitur magis terminꝰ formalis illiꝰ creationis q̄ materia. ¶ Quartum correlarium interdū terminus formalis et terminus totalis diſtinguuntur interdum coincidunt. ¶ Quintum correlarium eſſentia diuina non eſt terminus formalis iſtius generationis diuine. patet. eſſentia diuina non accipit eſſe per hanc generationem. ¶ Sextum correlarium perſona filij eſt terminus formalis iſtius generationis. patet. quia illa accipit eſſe per hanc generationem nō eſſe de nouo. cum illa eſt ab eterno. ¶ Septimum correlarium. quando angelus creatur idē eſt terminus totalis et formalis illiꝰ creationis ¶ Octauum correlarium. quando totum cōpoſitum creatur ſecundum ſe et quodlibet ſui materia eſt terminus formalis ſic eſt forma. ſic eſt totum compoſitum. ¶ Ex quo nono ſequitur alicuius ꝓductionis plures eſſe terminos formales quando eſt vnus totalis. ¶ Decimo ſi materia et forma ſeparatim eſſent create heri vel a principio mūdi: et nunc anima informaret materiam. totū compoſitum nunc eſt terminus formalis illius ꝓductionis. et nec materia nec forma. totum compoſitum nunc recipit eſſe: et nulla pars eius. ¶ Undecimo ſequitur quando homo nutritur ille partialis homo ꝓductus eſt terminus formalis illius mutationis. puta homo conſtitutus ex materia nutrimenti et anima intellectiua illam materiam nutrimenti informante. illud recipit eſſe ſimpliciter: quia eſſe hominem. licet nulla pars eius recipiat eſſe ſimpliciter. pars tamē eſſentialis. eſt enim terminus totalis: quia non eſt pars alterius illa productione producti: licet ſit pars totius hominis nutriti. ꝓpterea dicebatur in quid nominis capiens eſſe ſimpliciter per illam productionem.

Hunc de veritate ſiue proprietate ſiue incōmutabilitate atq; ſimplicitate diuine nature ſiue ſubſtantie ſiue eſſentie agendum eſt. Eſt itaq; deus vt ait Aug. in. vi. li. de tri. ſine dubitatione ſubſtātia. vel melius hoc appellatur eſſentia: quam greci vſiam vocant. Sicut enim ab eo quod eſt ſapere dicta eſt ſapientia: et ab eo quod eſt ſcire dicta eſt ſcientia: ita ab eo quod eſt eſſe dicta eſt eſſentia. Et quis magis eſt q̄ ille q̄ dixit famulo ſuo. Ego ſū qui ſum: et dices filijs iſrael. qui ē miſit me ad vos: Ipſe vere ac proprie dicitur eſſentia cuius eſſentia non nouit preteritum vel futurum. vnde Ihero. ad marcellam ſcribens ait. Deus ſolꝰ qui exordium non habet: vere eſſentie nomen tenet quia in eius comparatione qui vere eſt: quia incommutabilis eſt quaſi non ſunt que mutabilia ſunt.

¶ Diſtinctionis octaue queſtio prima.

Circa diſtinctionem octauā queritur vtrum perfectiones attributales diſtinguantur inter ſe? ¶ Quid nominis eſt pricipiū artis et doctrine. pͥmo poſteriorum. et neceſſe eſt non intelligentem terminos de facili paralogiſare pͥmo elenchorum: in primis exprimentur ſignificationes terminorum: poſtea reſpondebitur ad queſtionem. ¶ Iſti termini diſcrimen habent attributum/ ratio attributalis/ et perfectio attributalis/ attributa ſunt nomina ad placitum vel naturaliter ſignificantia perfectionē diuinam: et pro illa ſupponere: ſed ratio nominis non ſufficienter adhuc explicatur ſic intelligatur. ¶ Attributum eſt nomen de de deo et omnibus perſonis ſimul: et de qualibet ſigillatim predicabile denotans q̄ quodlibet de quo dicitur eſſe tale quale vnicuiq; melius eſt eſſe q̄ nō eſſe. ¶ Per pͥmū nocionalia de deo excluduntur. Per ſecundā particulam tales termini creator pͥmiator predeſtinator ſecludūtur. non eſt melius eſſe creatorem vel premiatorem q̄ nō eſſe. ſi nulla eſſet creatura deus nec eſſet creator nec premiator. et tamen non eſſet et melius. ſecus eſt de iſtis predicatis creatiuum premiatiuum. ¶ Ratio attributalis ē conceptus anime cui attributum ſubordinatur: vel ratio exprimens quid nominis eius. ¶ Perfectio attributalis eſt illud pro quo ſupponit attributum.

¶ Iſtis prelibatis ponuntur concluſiones. ¶ Prima nulla pfectio attributalis diſtiguit ab alia Probatur concluſio quelibet perfectio attributalis eſt deꝰ et eſſentia diuina modo nulla eſt diſtinctio eſſentie diuine (non loquimur nunc de diſtinctiōe perſonarum) ergo non eſt diſtinctio perfectionum attributalium. ¶ Secunda concluſio vna perfectio attributalis nō diſtinguitur ab alia ratione ad hunc ſenſum quia eiꝰ plures ſunt rationes. et ipſa ſecundum vnam differt a ſeipſa ſecūdum aliam. Probatur ille ſenſus eſt impoſſibilis affirmando. ergo illa negatiua concluſio eſt vera. Probatur aſſumptū quia tunc aliqua ratio eſſet eius que non eſſet eius. cōſequens implicat. Conſequentia patet quia omne quo aliquid diſtinguitur ab aliquo eſt proprium illi quod diſtinguitur. ſed non eſt commune ſibi et illi a quo diſtinguitur. ſi ergo aliquid diſtinguitur ratione aliqua erit ſibi ratio propria que non erit illius a quo diſtinguitur. et ſi diſtinguatur a ſeipſo: illa erit eius: et non erit eius. ¶ Tertia concluſio attributa diſtinguuntur ratione: ſaltem rationibus. patet. alia eſt ratio vnius a ratione alterius. igitur. patet. non ſunt termini ſinonimi. ergo habent alios conceptus. et per conſequens alias rationes. Antecedēs patet quia tunc eſſet nugatio addere illos terminos a parte eiuſdē extremi ſine diū ide q̄s

eſt falſum. dicimus deus fortis/ miſericors/ iuſt⁹/ clemens/ et ita de talibus. non tamen intelligendum eſt ꝙ clementia dei diſtinguatur a iuſticia vel miſericordia eius. quia eſt vna et eadem res. ſed habent illi termini alia et alia connotata reſpectu creaturarum. ſicut declarat magiſter diſtinctiōe quadrageſima quarta ſui q̄rti: vbi q̄rit q̄re ſcriptura dicit quedam opera dei pertinere ad eius iuſticiam: quedā vero ad miſericordiam ſi miſericordia dei eſt iuſticia dei. Reſpondet. illis locutionibus quibus huiuſmodi operū ſunt diſtinctiones: vt alia miſericordie/ alia iuſticie/ alia bonitati attribuant nō diuerſitas ſubiacētis rei vocabulis ſignificate exprimitur: ſed varietas ſenſuum ſcilicet ipſarum locutionum. et effectus in creaturis monſtratur. Cū enim dicitur deus iuſtus vel iuſticia eſſentia diuina predicatur. et etiam ꝙ ipſe ſit diſtributor: et iudex meritorum īrelligi datur. Similiter cū dicitur miſericors eſſentia diuina predicatur. et inſuper ꝙ ſit ipſe miſerorum liberator intelligi datur. Vnde vtrunqꝫ illorum pro deo in recto ſupponit. ſed termini habent alia cōnotata. ſicut iuſticia connotat merita et demerita: et dei effectum circa ipſas: qui eſt diſtributor p̄miorū et penarum. miſericordia dat intelligere: vel connotat creaturas miſeras: et dei liberationē qua liberat ipſas a miſeria. ¶ Contra tertiam concluſionem arguitur ſecundum philoſophum quarto metaphiſice ens et vnum ſunt idē: et vna natura. ſed non vt vna ratione oſtenſa. vbi dicit ſunt vnum re: ſꝫ non vnum ratione. Idem dicit de principio et cauſa: igne et elemēto. x. metaphiſice. Et tertio phyſicorum dicit ꝙ idem actus numero ſecūdum rem: ſed diſtinctus ſecundum rationem eſt actio et paſſio et per cōſequēs eadē res diſtinguit a ſeipa rōe. hoc idē tenet cōmentator. xij. metaphyſice ꝯmento. xviij. ¶ Reſpōdetur ſi termini accipiantur ſignificatiue. nō plus differunt ratione ens et vnum qꝫ ens et ens. et vnū et vnū. ſed illius nature poſſunt eſſe plures rationes quarum vna non eſt alia et ſecundum vnā illarum rationum natura illa dicitur vna: et ſecundum aliā habet aliam denominationē: ſic ꝙ eſt diſtinctio inter ratione et rationē. Vel ille propoſitiones de actib⁹ exercitis capiūtur loco propoſitionum de actib⁹ ſignatis: vt crebro eſt apud auctores. et tunc termini ſtant materialiter et tunc eſt ſenſus ſunt vnum natura. ſignificant vnā naturam ſecūdum diuerſas rationes exprimentes quid nominis vtriuſqꝫ et per hoc nō ſūt ſinonima. ¶ Per hoc reſponderi poteſt ad ſimiles auctoritates. Scim⁹ aliquos ſe inutiliter fatigare de ente et eſſentia: et de illo diſcrimine. ¶ Inſuper ſequitur ſecundū dicta iuſticia et iuſtus (vt deo conueniunt) eſſent ſinonima. hoc eſt falſum. viuū et vita (vt deo attribuuntur) non ſunt ſinonima ſecūdum cōmentatorē. xij. metaphiſice commento. xxxviij. ¶ Reſpondetur. ſi iſti termini capiantur in ſua generalitate ſecūdum ꝙ deo et creaturis conueniūt iuſtus et iuſticia et huiuſmodi nō ſūt ſinonima. tamē vt deo attribuuntur nichil aliud importat per concretū q̄ꝫ per abſtractum. nec in concreto nec in abſtracto. vt dicit Anſelmus mono. ca. xvi. de ſuprema eſſentia idem eſt dicere ꝙ eſt iuſta et ꝙ eſt iuſticia. quod non eſt de homine. non eſt iuſticia: ſed iuſticiam habens. ¶ Commentator duodecimo metaphiſice loco preallegato capit terminos viuū et vita in communi et vulgari acceptione.

Dei etiam ſolius eſſentia incōmutabilis dicitur proprie: quia nec mutatur nec mutari poteſt: vnde Aug. iii. v. lib. de trinitate. Alie ſquit eſſentie vel ſubſtātie capiut accidentia qb⁹ i eis fiat vel magna: vel quātacūqꝫ mutatio. Deo autem aliquid huiuſmodi accidere non poteſt: et ideo ſola ſubſtantia vel eſſentia que eſt deus incommutabilis eſt: cui profecto maxime ac veriſſime competit eſſe. Quod enim mutatur: non ſeruat ipſū verum eſſe. et quod mutari poteſt: etiam ſi non mutetur: poteſt quod fuerat non eſſe. Ideoqꝫ illud ſolum quod non tantum non mutatur. verum etiam mutari omnino non poteſt: veriſſime dicitur eſſe: id eſt ſubſtantia patris et filij et ſpiritus ſancti.

¶ Diſtinctionis octaue queſtio ſecunda.

Circa hanc diſtinctionem octauam ſecūdo quero vtrum deus ſit immutabilis?

¶ Dicitur ꝙ nec poteſt mutari ſecundū locum/ nec tempus/ nec aliquid in ſe ſuſcipere/ nec aliquid acquirere. Et licet vnū predicatū nunc verificatur de pronomine demonſtrāte deum: et poſtea ſuum contradictoriū: vt creans: nō creans. tamen hoc non ſufficit ad mutationem idē album nunc eſt ſimile per poſitionem alterius albi. poſt ea per illi⁹ deſtructionem nō ſimile ideo ad relationem non eſt motus: niſi per accidens. v. phyſicorum. et ſm auguſtinum. v. de trinitate cap. vltimo: et ſecundum Anſel. mono. xxiiij. Probatio Iacobi p̄mo. apud quē non eſt tranſmutatio: nec viciſſitudinis obumbratio. pſalmo centeſimo primo. mutabis ea: et mutabuntur tu autē idem es. et anni tui non deficient. et malachie tertio ego deus non mutor. ¶ Ad hoc mgr̄. iij. cap. huius diſt in. introducit beatum auguſtinum ſuper geneſim dicentem. ꝙ deus nec per loca nec per tempora mouetur. creatura vero per loca et tempora. hoc ad lōgum proſequitur magiſter in littera. Etiam aliud in ſe ſuſcipere dicit imperfectionem: propterea ī lumine naturali. xij. metaphiſice dicitur itellectio diuina eſt deus. et informare iterum dicit iperfectionem. ſemper compoſitum diuerſarum rationū eſt ens perfecti⁹ ſua parte. totum et perfectum idem ſunt. iij. phyſicorum. et inferius in hoc primo diſtinctione nonageſima propter equalitatē magnitudinis et perfectionis perſonarum magiſter negat in trinitate eſſe partem et totum. ¶ Sed contra hanc concluſionē arguitur ſic. xp̄us profectus eſt a bethleem ad egiptum. ¶ Inſuper de⁹ creans poteſt non eſſe. ergo de⁹ poteſt non eſſe. Antecedens patet vel deus creans poteſt non eſſe vel deus creans non poteſt non eſſe. ſi ſecundum. ergo de⁹ creans neceſſario eſt. ſi primum propoſitum. ¶ Ad primum dicitur ꝙ hic non habemus oculum ad materiā communicationis idiomatum ¶ Ad aliud argumētum quidam doctor negat hanc conſequentiam. deus creans non poteſt non eſſe. ergo deus creans neceſſario eſt. dat inſtantia ſquit chimera nō pōt non eſſe. eo ꝙ ſi eſſet vera. vel ergo chimera que eſt vel poteſt eſſe Adam.

poteſt non eſſe. ſed vtrũq; eſt falſum: eo ꝙ nec chimera eſt: nec poteſt eſſe. ergo hec eſt vera chimera non poteſt non eſſe. non ſequitur ꝙ chimera neceſſario eſt: Et dicit ꝙ equipollẽtia de neceſſario ⁊ non poſſibile nõ: tenet ſolum cum cõſtãtia ſubiecti ſequit̃ enĩ a nõ põt nõ eſſe. et a eſt. ergo a neceſſario eſt. ¶ Iſtud nõ valet ꝯcedo ꝙ ille nõ equalẽt. non ꝓpt cauſam quã ille dat. vna ẽ negatiua. alia eſt affirmatiua. nec illa negatiua eſt modalis (vt putat) poteſt eſt copula. vel verbum ſubſtantiuũ in eo incluſũ. ⁊ ꝓpterea ꝯcedo ꝙ chimera q̃ eſt non poteſt eſſe. et chimera que poteſt eſſe nõ poteſt eſſe. et chimera q̃ neceſſario eſt nõ poteſt eſſe. nec eſt aliqua equipollẽtia ſꝫ capiẽdo li põt loco de li poſſibilr ẽ (ſicut ipſe facit) ille equalẽt. ſunt ꝓpoſitiões ĩ purpurea ſeruatis ꝓprietatib⁹ logicalib⁹. ¶ Ad formã argumẽti. nego añs. iſta ꝯña nichil valet. deus creãs nõ eſt. ergo de⁹ creãs poſſibilr nõ eſt. añs eſt cõtingẽs. cõſequẽs impoſſibile. nec a non amplo ad amplũ negatiue valꝫ ꝯña ſine conſtantia. ¶ Quo ſit iſte ſimul ſtãt creans non eſt. et oẽ creãs neceſſario eſt. et hoc tenẽdo ꝙ creatura nõ põt creare. ¶ Ex iſto vlteri⁹ ptꝫ. ꝙ hec ꝯña eſt nulla oẽ creans neceſſario eſt. ergo aliq̃d creans eſt. ꝯña eſt contingens. ⁊ predicatum antecedẽtis enũciat̃ de ſubiecto diſtributo mediãte copula de neceſſario.

¶ Sꝫ dices de⁹ neceſſario eſt creans nõ eſt ĩpoſſibilis (imo vera) ergo deus non eſt creans nõ eſt ꝯtingẽs. añs ptꝫ extrema ſupponũt ꝓ eodem. et nulla ponit̃ diſtributio. ¶ Inſuper deus neceſſario eſt creans vel non creans. et nõ neceſſario eſt non creãs. ergo neceſſario eſt creans. ¶ Ad primum nego antecedẽs. non ſufficit ad veritatẽ extrema ſupponere ꝓ eodẽ ⁊ potiſſimũ cũ modo vniuerſali ſicut eſt neceſſe. ibi neceſſitas denotat̃ cadere in actum creãdi: ita ꝙ de neceſſitate de⁹ actualit̃ creet ſignificatio termini neceſſe cadit ĩ connotationẽ termini creans. ſed hanc concedo deus neceſſario eſt creans poſſibile. ibi ſignificatio de li neceſſario nõ cadit ĩ creationẽ actualẽ. ſꝫ in creationẽ poſſibilem. ⁊ licet termin⁹ creãs in iſta de⁹ neceſſario eſt creans amplicẽt: dũ modo in explicãte ſerues illud qδ denotabat̃ ĩ principali ꝓpoſitione de creatione actua li nulla erit difficultas. ¶ Ad ſcδm cõcedit̃ añs ĩ ſẽſu diſiũcto. ⁊ tñ diſcurſus vlterioꝛ quẽ facis nichil valet arguẽdo cũ deſtructione vnĩ⁹ partis ad poſitionẽ alteri⁹. hoc ſolũ tenet in ſenſu diuiſo ⁊ nõ ꝯpoſito. cauſa q̃re iſta eſt ꝯcedenda. deus neceſſario eſt creans vel nõ creans eſt q: illud diſiũctũ a parte p̃dicati cõpetit ſubiecto mediãte modo neceſſitatis: q: ſi creat iã altera pars ei cõpetit. ſi non creat: ei etiã altera pars competit. non ſolũ inter ꝓpoſitiones contradictorias nõ eſt dare mediũ: ſed etiã inter terminos ꝯdictorios reſpectu ſubiecti cui de neceſſitate ꝯueniũt. ¶ Sꝫ dices nõ creans nũq̃ cõuenit deo mediãte tali copula: nec creans ei cõpetit. ergo illud diſiunctũ nõ ſemper ꝯpetit ſubiecto. non creans ibi nõ ſupponit. ꝓbatur ꝑ regulam logicalẽ termin⁹ finitus et infinit⁹ nũq̃ ſupponunt ꝓ eodẽ mediãte eadẽ copula. ¶ Scio illã regulã ab aliquibus logicis ſeruatã: ſꝫ nõ eſt michi regula. a pluribus negat̃ĩ extrinſecis tẽporib⁹ et modalibus et ſic illam nego. et tran'eat ꝙ nulla pars illius diſiũcti cõpetat ſubiecto mediãte tali copula. ſufficit ꝙ totũ diſiũctũ cõueniat mediãte tali copula. niſi dicas in hac de⁹ neceſſario eſt nõ creãs oportet reflectere neceſſe vt de⁹ neceſſario eſt nõ creãs qδ neceſſario eſt. Vtrobiq; tenemus diſiũctũ contradictorioꝛũ ꝯuerti cũ ente. ¶ Secũdo arguitur oĩs ꝑſona diuina ꝑſona diuina contingenter eſt. ergo quelibet ꝑſona diuina põt deſinere eſſe. ⁊ ꝑ ꝯñs eſt mutabilis ſcδm temp⁹. ꝯña eſt nota. et ꝓbat̃ añs per exponẽtes eius. omnis ꝑſona diuina perſona diuina poſſibiliter eſt. et omnis perſona diuina ꝑſona diuina poſſibiliter non eſt. ꝟitas p̃oris exponẽtis claret. et ſcδa ptꝫ. ꝑ ſuam contradictoriã ꝑſona diuina oĩs ꝑſona diuina neceſſario ẽ. q̃ eſt falſa. Eodẽ mõ põt argumẽtari de iſta a ꝑſona diuina ꝯtingenter eſt ꝑſona diuina. a ꝑſona diuina poſſibiliter eſt ꝑſona diuina. ⁊ a ꝑſona diuina poſſibiliter non eſt ꝑſona diuina: poncudo ꝙ a ſit ſignũ cõfuſiuũ confundens diſiũctim terminum ſequentem. ¶ Aliq̃ ꝓpter iſtas exponentes cõcedunt illas quoꝛũ modũ reprobaui ĩ primo tractatu ſũmularũ. Ad locũ illũ remitto. oportet dare ſingulares taliũ. et nõ eas exponere vt iacet. et ſic opinoꝛ tutius eſſe dicendũ. de modalib⁹ in alijs ſignis exponibilib⁹ dũ modo difficultas ꝓueniat ab alijs ſignis vt ſoꝛtes poſſibiliter eſt foꝛtioꝛ platone. et ſic de hac ſoꝛtes poſſibilit̃ differt a platone. hoc nõ põt fieri ĩ vbi expoſitio incipit a termino modali. ¶ Preterea chriſtus incipit eſſe homo. ergo incipit eſſe ens. ab inferioꝛi ad ſuperi⁹ affirmatiue. ¶ Ampli⁹ deus incipit eſſe in hoc hoc mundo. ergo incipit eſſe in loco. ¶ Ad primũ negatur ꝯña. tacite arguit̃ negatiue: vt patet per vnã exponẽtem. xp̃s imediate ante hoc nõ fuit homo ergo immediate añ hoc non fuit ens. et ſic arguitur pregnanter negatiue. ¶ Circa iſtud ꝯñs eſt difficultas cũ ipſum a paucis annis elapſis reprobabat̃ a noſtra facultate põteſſe argumẽtũ in oppoſitũ eo ꝙ adiectiua poſita a parte predicati poſſunt ĩcludere ꝓ ſubſtãtiuo ſubiectum vel tranſcendẽs: et cũ ĩcipit ⁊ incipiẽs eſſe equaleãt eodẽ modo iſte equalẽt xp̃s eſt incipiẽs eſſe chriſtus. et xp̃s eſt xp̃s incipiẽs eſſe. ergo vtraq; earũ vel altera eſt vera. ſed de hoc in tertio. ¶ Ad ſecũdum loquimur de loco p⁹ exiſtente. ¶ Preterea de⁹ neceſſario eſt in inſtanti. ergo deus in inſtanti neceſſario eſt naturaliter loquendo. conſequens eſt falſum. ergo et antecedens. ¶ Reſpondetur conſequentia nichil valet ſecundũ multos neceſſe confũdit. ⁊ de ineſſe prime erit deus eſt in inſtanti que eſt neceſſaria. de ineſſe alterius opoꝛtet capere terminũ diſcretũ in hoc vel in illo. cum inſtanti ſtet determinate quicq̃d ſit de prima ſecunda eſt falſa. ¶ Dubitatur an deus ponatur in p̃dicamento: ¶ Reſpondetur ꝙ res ad extra non pꝛopꝛie ponitur in pꝛedicamento: ſed dicibile rem ſignificans. Quid obſtat terminũ de⁹ poni ĩ p̃dicamẽto. nõ requiritur cõpoſitio diuerſarum rationũ rei ſignificate per terminũ: quia tunc iſti termini angelus albedo et celum (ſecundũ ꝯmentatorem) non ponerent̃ in predicamẽto. neq; res cognite moꝛe alioꝛũ. ¶ Poteſt dici ꝙ termin⁹ deus ponitur in p̃dicamento ſubſtantie. hoc non cõcludit deum includi limitibus. cũ termini actio creatio ꝯſeruatio q̃ dicũtur de deo ponunt̃ ĩ predicamento actiõis. Nec obſtant auctoꝛitates ĩtroducte a magiſtro in littera de beato auguſtino ſeptimo de trinitate dicente deum enĩ abuſiue dicim⁹ ſubſtantiam. Ibi capitur ſubſtantia ſecũdũ eius deriuationẽ. hoc eſt ſubſtare accidenti. non excludendo ſubſtantiam p̃dicamentalem. hoc patet per verba eius quinto de trinitate cap. ſcδo allegata a magiſtro. ĩtelligã inquit deum ſine qualitate bonum. hoc eſt deus eſt bonus nõ ſubſtãtia per q̃litatẽ inherentẽ ſine dubitatiõe vel nichil hoc appellatur eſſentia: quã greci vſiam vocant alie inquit eſſentie vel ſubſtantie capiũt accidẽtia: quod in eis fiant vel magna vel quãtacũq; muta-

tio: et tunc dicendum eſt ꝙ de ratione vniuerſalis nõ eſt ꝙ dicatur de his cõiuncti pluraliter de quibꝰ diui ſim ſingulariter dicit. Et iſtud videtur conforme mẽ ti beati Auguſtini. v. de trinitate capitulo octauo et decimo vbi dicit aliqua predicamẽta proprie dici de deo: aliqua trãſlatiue. Poteſt adduci dictũ eiuſdẽ ſer mone. iij. dominice infra octauam epyphanie q̃ intitu latur de trinitate et columba in quo ſic inquit. decem ſunt genera locutionis: quibus homines ſuos ſenſus ſolent inter ſe conferre. non de illis dico quas grãma tici partes oratiõis vocant. ſed de illis quos philoſo phi grece cathegorias: latine predicamenta appellare ſolent de hinc ſingula predicamẽta nominat ⁊ poſtea ſubiungit. his omnibus modis ſolet ſancta ſcriptura de deo loqui ſed aliter proprie: aliter tranſlatiue; alit relatiue. proprie deꝰ dicit ſubſtantia vna. Et etiã ad idem videtur facere dictũ eiuſdem ĩ ſua dialectica ad filium adeodatum: cum inq̃t in cap. de vſia. Ipſa aũt vſia genus non habet: cum oĩa ipſa ſuſtineat. ¶ Si placeat alicui excludere terminũ deus a predicamen to ſubſtantie. addatur illa particula non propter ali quã rationem. quia ſcḋm ariſtotelem et cõmentatorẽ non eſt neganda vniuerſalitas ab iſto termino deus. Incaſſum eſt facere hic difficultatem an terminus deꝰ ponat in predicamẽto pluſq̃ ponat in libro ſcripto.

S Adeoq̃ ſola proprie ac ve re ſimplex eſt: vbi nec par tium nec accipientium nec quarũlibet formarũ nulla eſt diuerſitas ſine variatio vel multitudo. Vt autem ſcias q̃modo ſimplex ſit il la ſubſtantia. te docet Auguſti. in. vi. li. de trinitate. Animaduerte primo quare om nis creatura ſit multiplex et nullo modo ve re ſimplex et primum de corporali: poſtea de ſpũali creatura. Corporalis vtiq̃ crea tura ex partibus conſtat: ita vt ſit ibi alia pars minor alia maior: et maiꝰ ſit totum q̃ quelibet pars. Et in vno quoq̃ corpore a liud eſt magnitudo: aliud color: aliud eſt fi gura. Poteſt enim et minuta magnitudine manere idem color et eadem figura et colo re mutato manere eadẽ figura: et eadẽ ma gnitudo Ac per hoc multiplex eſſe conuin citur natura corporis: ſimplex autem nullo modo.

¶ Diſtinctionis octaue queſtio tertia.

P Reterea tertio inquiramus an deus eſt ſpiritus ſimplex et ĩpartibilis? ¶ Iuxta queſita in hac octaua diſtinctiõe cap. iiij. ⁊ ſequẽtibus a magiſtro capit multipha riã ſpũs Aliquãdo ſumit ꝓ vẽto et flatu aeris: interdũ a medicis pro corpore quodã ſubtiliſ ſimo: per quod fit pulſus in hoĩe. vel pro quadã virtu te vitali vel animali ortum habentem corde vel a cere bro: per quẽ fit motus et ſenſus pulſus et anhelitus. Aliqñ aĩa dicicitur ſpũs. ⁊ ſic anima bruti dicit ſpiri tus. et per conſequens ſubſtãtia ſpũalis. ſ; cũ ſpiritus

hoc modo eſt res extenſa habens partes loco ⁊ ſitu di ſtinctas ideo ponebatur in titulo queſtionis ĩpartibi lis. ¶ Reſpondetur per ꝯcluſiones ſequentes. ¶ Pri ma eſt deus eſt impartibilis ſubſtantia. Hãc cõcluſio nem multiplici patrum teſtimonio magiſter in littera roborat. ¶ Inſuꝑ quītodecimo de trinitate capitibꝰ quarto et quinto dicit auguſtinꝰ. incorporalia prefe runtur corporalibus. ¶ Inſuper inferiꝰ patebit deũ eſſe vbiq̃. nullũ corpꝰ eſt vbiq̃. igit. ¶ Scḋa ꝯcluſio poteſt multum ꝓbabiliter ꝓbari in lumine naturali ꝙ deus eſt ſubſtantia in materialis et impartibilis. ¶ Probatur hoc optime naturaliter loquẽtes poſue runt: ⁊ non dixerunt illud gratis: quin aliq̃bus ratio nibꝰ ad hoc eſſent moti. Unde ariſtoteles octauo phy ſicorum. primũ mouẽs neceſſe eſt eſſe impartibile: nec habere magnitudinẽ. hoc ipſum dicit duodecimo me taphiſice. oſtenſũ eſt inquit quoniã nõ cõuenit ſubſtã tiam hanc habere vllam magnitudinẽ. ſed eſt ſine par te et indiuiſibilis. ¶ Hoc ariſtoteles ex via motꝰ pro bare conatur tripliciter. ¶ Primo ex infinita poten tia p̄mi motoris. ¶ Scḋo ex ꝑpetuitate motꝰ celeſtis ¶ Tertio ex immobilitate primi motoris. ¶ Quan tũ ad primũ octauo phyſicorũ ſic argumentatur. Si virtus primi motoris eſt corporea ⁊ extenſa. igit aut eſt in magnitudine finita vel infinita: nõ ſcḋm q: talis magnitudo non eſt. nõ p̄mũ. q: in magnitudine finita non eſt ꝟtus infinita extẽſa. talis enĩ virtus eſt maior ſecundum extenſionem: ⁊ ſecundum efficientiam cau ſandi in maiore parte. et per conſequens ſi eſt infinita erit in magnitudine infinita. Q: autẽ virtus p̄mi mo toris ſit infinita ꝓbauit prius ꝑ hoc ꝙ mouet tempo re infinito. ¶ Hec ratio philoſophi non demonſtrat ꝓpoſitum licet ſubtiliter diſputet primo de celo ⁊ ter tio phyſicorũ ꝙ non detur magnitudo infinita. ratio nes ſue nõ concludunt vt poſthac diſtĩctione quadra geſima quarta patebit. Q: ampliꝰ eſt probat ignotũ ꝑ ignotius multo difficilius eſt ei ꝓbare in lumine na turali virtutẽ p̄mi motoris eſſe infinitam in perfectio ne et vigore q̃ ipſam eſſe inextenſam et incorpoream. Q: talis infinitas nõ cõcludat ex perpetuitate motꝰ in materia de infinito patebit. ¶ Secũdo arguit ex ꝑ petuitate motus celeſtis octauo phyſicorum ſic nulla virtus corporea et extenſa mouet in tẽpore infinito ex ſe. ſed virtus primi motoris mouet ex ſe tpe infinito. igitur. maior probatur. q: ſi a virtus extenſa moueat tempore infinito. b. igitur c certa pars ipſius a mo uebit b vel aliquã partem eiꝰ: vel mobile ſibi propor cionatum in tempore minori. ⁊ non infinito. potentia enĩ totiꝰ eſt maior q̃ potẽtia partis. potẽtia enĩ ma ior poteſt mouere longiori tpe: ⁊ q: que erit ꝓportio motoris ad motorẽ eadẽ erit tpis ad tempꝰ. igitur c pars certa ipſius a motoris mouebit tm̃ tempore fi nito. igitur equalis pars mouebit eq̃li tpe finito. ⁊ cũ a cõtineat tantũ partes tales finitas. ſeq̃tur ꝙ totũ tẽ pus q̃ a mouebit erit finitũ. ¶ Hanc deductionẽ pro bat cõmentator in de ſubſtãtia orbis tractatu. ij. et ad dit ꝙ ſicut motꝰ celi nõ eſſet infinitus niſi eſſet a ꝟtute nõ ĩ corpore. ita corpus celeſte (q: eſt finitũ) nõ eſſet ꝑ manẽtie ĩfinite niſi ꝟtus q̃ largitur ei motũ eternum largiret ei in ſua ſubſtantia permanentiam eternam. ¶ Hec rõ ẽ debilis. ꝓcedit ex illo ꝙ ſi a ꝟtꝰ extẽſa mo tiua mouet tpe ĩfinito. c certa pars eiꝰ mouebit tm̃ tpe finito. ſ; hoc eſt dubiũ. imo falſũ: ſicut ſol natꝰ eſt illu minare perpetuo: ita et medietas ſolis: igitur ſi ꝑ poſ ſibile vel impoſſibile eſſet diuiſa poſſit illuminare per

petuo. licet non tam extenſe. ¶ Preterea virtus motiua incorruptibilis ⁊ inalterabilis ſi mouet tēpore aliquo pari ratione pōt mouere tempore infinito. patet. quia eſt infatigabilis. et ita quocunqꝫ tempore finito dato in quo mouet eque potens eſt iterum mouere in fine illius temporis ſicut in principio ſed q̄libet pars ipſius a eſt virtus incorruptibilis: quia ex quo a eſt incorruptibile non componitur ex corruptibilibus.

¶ Inſuper virtus motiua ſubdupla vel ſubtripla ad a poteſt equali tempore mouere ſicut a. ergo et ſi medietas ipſius a ſeorſum exiſtens poteſt mouere ſequitur ꝙ poteſt mouere equali tempore cum a. antecedēs patet quia vnus planeta vel ſtella eſt minoris potētie et efficacie q̄ꝫ alter. patet de luna minori terra. et ſole maiore eadem. et tamen luna perpetuo mouetur ſicut ſol. ¶ Amplius pars totius paſſi incorruptibilis poteſt pati et tranſmutari a tempore infinito (vt patet de porcione materie que eſt in hoc lapide) ſicut et totū paſſum. igitur pari ratione de actiuo: vel de motiuo incorruptibili. ¶ Aliter arguitur ex. xli. cōmēto duodecimi metaphiſice. ex dictis cōmentatoris et themiſtij. nullus motus neceſſario perpetu⁹ fit preciſe a motore poſſibili: quieſcere et ceſſare a motu. ſed omne corporeum natum eſt quieſcere: et a motu ceſſare. igit̄ nullus motus neceſſario perpetuus fit p̄ciſe a motore corporeo. Sed motor celi in lumine naturali ponendus eſt perpetuus et de neceſſitate. maior eſt nota et probatur minor. omne enim corpus (quantū eſt de ſe) natum eſt quieſcere: et moueri. motus et quies ſunt priuatiue oppoſita circa corpus mobile. igitur idem ſubiectum eſt ex ſe poſſibile ad vtrumqꝫ oppoſitorum priuatiue. ¶ Tum ſecundo quia natura eſt principium motus et quietis. ii. phyſicorum. ¶ Sed hec ratio nō concludit: quia fundatur in hoc ꝙ motus celi ſimpliciter perpetuatur ex hoc ꝙ primus motor mouet mere neceſſitate naturali: et ꝙ agat ad extra naturaliter. quod eſt falſum. et oppoſitum eſt probabile in lumine naturali. ¶ Dicetur vlterius ꝙ non eſt de ratione cuiuſlibet corporis quieſcere. ¶ Poteſt dici ꝙ argumēta ariſtotelis. viii. phyſicorum licet non ſufficienter virtutem primi motoris inextenſam ſimpliciter concludant: tamen videntur probare ꝙ non ſufficit extēſa materialis (ſicut mouentia phyſica inferiora) generabilis et corruptibilis. talis enim virtus (ſi eſt finita in corpore finito) non poteſt mouere motu continuo/ ꝑpetuo et vniformi. probatur quia aliqua certa pars eius mouebit tantum tempore finito. et non tanto tēpore quanto totum cuius eſt pars. quia tale mouens eſt alterabile/ et paſſibile a contrarijs reſiſtiuis: ⁊ corruptiuis. et per conſequēs fatigabile / et diminuibile ob contractiones mutuas. et per conſequens minus durabit q̄ꝫ maior virtus. vt paruus ignis minus durat q̄ꝫ magnus. cum igitur ſit proportio partis ad totum in efficacia virtut; motiue et actiue: ſequitur ꝙ erit proportio temporis quo poteſt minor potentia durare: et agere ad tempus quo maior potentia eiuſdē rationis finita poteſt ſic mouendo et agendo durare. et per conſequens v̄tus materialis/ et paſſibilis/ non poteſt mouere (niſi ſit infinita) motu infinito. Hoc autē eſt impoſſibile. quia vel eſſet ī magnitudine finita vel infinita: quorum vtrumqꝫ reprobatur. Hoc modo videtur rationē ariſtoteles cōmentator in de ſubſtantia orbis tractatu. iii. accipere. et ipſa eſt thopica. ¶ Eadem concluſio ſic probatur ens ſimpliciter primū non eſt cauſatum et dependens eſſentialiter ab alijs: tanqꝫ a cauſis prioribus. omne ens extenſum et corporeum eſt cauſatū et eſſentialit̄ depēdens ab aliquib⁹ tanqꝫ cauſis prioribus: q2 eſt compoſitum ex principijs cōponentibus que ſunt cauſe ſecundū ariſtotelem quinto metaphyſice. ¶ Preterea omnis ſubſtantia corporea nata eſt informari accidentibus: vt quantitate et qualitatib⁹ varijs. quod duodecimo metaphiſice negatur a philoſophis. ¶ Vlterius per rationē que tāgit̄. viii. phyſicorum citra medium: et duodecimo metaphyſice commento. xxxv. cōtingit dare mobile mouens: et eſt dare mobile non mouens. igitur eſt dare mouens nō mobile. Vides ꝙ in lumine naturali aduerſarius non conuincetur. Et illud poteſt colorari ſicut habet̄ actuum. xxiii. ſaducei dicunt angelum neqꝫ ſpiritum eſſe. Et caſſianus decima collatiōe p̄me partis (que eſt ſecunda collatio abbatis iſaac) refert ꝙ ſere ab vniuerſo genere monachorum per prouincias egipti commorantium hic error ſuſcipiebatur ſcilicet ꝙ deus omnipotens humane figure cōpoſitione formatus eſſet ſicut dicit ſcriptura ꝙ homo ad imaginē dei factus eſt. ⁊ epiſtolas pontificis hunc errorē reprobantis cū graui amaritudine receperūt. inter quos quidam pater antiqu⁹ famoſe ſanctitatis noīe ſerapion cum magna difficultate ab hoc errore reuocatus eſt. poſt quā reuocationē erat in omnib⁹ mēte confuſus eo ꝙ imaginē deitatis quā in oratione ſibi ꝓponē conſueuerat aboleri de ſuo corde ſentiret: et cū fletu amaro diceret. Heu me. ſublatū a me deū meum: et nunc quē adorem ignoro. Hoc tenuerunt pithagorici vt tāgit̄. xii. metaphiſice circa mediū. Poſuerūt enim optimū ⁊ nobiliſſimum non in principio: ſed in ꝯpoſito ex principijs et Anſelmus de incarnatiōe, vbi dicit dyalectici moderni nihil eē credūt niſi qd̄ imaginatiōib⁹ comprehendere poſſint. nec putant aliqd̄ eſſe in quo partes nature nō ſūt. Et pleriqꝫ coluerūt planetas vt egiptij ſolē. q̄ ſignū eſt ꝙ nō eſt demōſtrata hec cōcluſio ī lumine naturali ꝙ p̄mū ens eſt īpartibile. tamē ratiōes ad illam partem ſunt apparentes: et alique earū apud ſanū ingeniū concludentes qd̄ ſufficit in iſtis abditiſſimis nature ad debere aſſentire. ¶ Quocirca peccāt planetas et corporea colentes in lumine naturali. Nō ſiemus in talib⁹ deus eſt corporeus per cōmunicationem idyomatū. Et licet ſint tres perſone quarū vna non eſt alia in deo nulla eſt compoſitio. ¶ Sed dices quomodo deus eſt ſimplicior angelo vel anima intellectiua? ¶ Reſpondetur nec angelus nec anima intellectiua habet partes. ſed anima pōt informare corpus angelus poteſt in ſe ſuſcipere accidens et materia prima accidens ſuſcipere poteſt: quia eſt ſubiectum inheſionis accidentis corporei ſecundum aliquos. De accidente indiuiſibili habet partes intenſiuas: et naturaliter non poteſt eſſe extra ſubiectum. deo autem iſta non competunt. ¶ Sed contra iſtud arguitur ſimplicitas non eſt perfectio ſimpliciter. ergo non eſt ponenda in deo. ¶ Antecedens probatur. quia omne habēs illam eſſet perfectius non habente. conſequens eſt falſum. quia nec materia nec forma eſt perfectior toto cōpoſito. Conſequentia probatur. quia perfectio ſimpliciter eſt vbiqꝫ perfectio ſimpliciter. igitur dat perfectius eſſe ſimpliciter. imo tunc quanto aliquid eſt perfectius appropinquat eſſentie tanto plus participat de ſimplicitate. ¶ Ad primum negatur antecedens. ⁊ dicitur ꝙ non oportet ꝙ ſit ſimpliciter et abſolute perfectius: niſi ceteris paribus. vel quo ad hanc conditionem. Et eodem modo dicatur ad aliud.

S Idē quoqꝫ arrianice queſtioni Ambro. in hunc modū reſpondet. Ego inquā filium eſſe natum cōfiteor quod reliquū eſt impietatis: horreſco Scriptum eſt enim in veteri teſtamento: vt vel vnum e pluribꝰ dicam. Ante me nō fuit alius deus. et poſt me non erit. Quis ergo hoc dicit: paṫ an filius? Si filiꝰ ante me inquit nō fuit alius deus. Si pater poſt me inquit nō erit hic priorē et ille poſteriorem non habet. Inuicem enim ī ſe ⁊ pater ī filio ⁊ filiꝰ in patre cognoſcitur. Cū enī patrem dixeris: eius etiam filium deſignaſti. quia nemo ipſe pater eſt ſibi. Cum filiū nominas et.am patrem fateris: quia nemo ipſe ſibi filius eſt Itaqꝫ nec filius ſine patre: nec pater poteſt eſſe ſine filio: ſemper ergo pater ſemper et filius eſt.

## ¶ Diſtinctionis none queſtio vnica.

C Irca diſtinctionē nonam in qua magiſter de coeternitate patris ⁊ filij agit oſtendens patrē nō ꝑus fuiſſe ꝙ̃ filium. Queritur an pater aliquo modo ſit prior filio?

¶ Premittamus aliquas acceptiones prioris noſtro propoſito pertinentes: poſtea reſpōdebimꝰ ad titulum queſtionis. ¶ Quintupliciter (vt ad propoſitum ſufficit) vna res dicitur prior alia ſcꝫ eternitate/ tēpore / perfectione/ natura/ et cauſalitate. Eternitate prior eſt res eterna re non eterna: ſumendo eternum proprie pro incommutabili: et non poſſibili non eſſe: aut aliter ſe habere. Iſto modo ſumit auguſtinus li. octuaginta triū queſtionū q. xix. vbi ait quodā incōmutabile eſt eternum eſt. ſemper enī huiuſmodi eſt. quod autē cōmutabile eſt tēpori obnoxium eſt. non enim ſemper huiuſmodi eſt. ⁊ iō eternum non recte dicitur. et. iiij. de trinitate capitu. xix. ait non enim proprie vocatur eternū ꝙ aliqua ex parte mutatur. Hoc eſt ꝙ aliquo modo mutabile eſt. ⁊ infert. inquantū ergo mutabiles ſumꝰ intantū ab eternitate diſtamꝰ. ¶ Quo fit ſi aliq̄ creatura infinito tēpore fuiſſet adhuc mutabilis eſſet. et deus īmutabilis et per cōſequēs deus eternitate prior eſſet ꝙ̃ illa. Cui ſententie concordat boetiꝰ. v. de conſolatione philoſophie. vbi ait ꝙ illi errant ꝙ cum audiunt viſū fuiſſe platoni mundū neqꝫ habere initiū temporis neqꝫ finem habiturum: putant hoc modo ſequi. ꝙ deo ſit mūdus coeternꝰ. Aliud eſt enim inquit ꝑ interminabilē duci vitam: qđ plato mūdo tribuit. Aliud interminabilis vite totam pariter cōplexam eſſe preſentiā: quod diuine mentis propriū eſſe manifeſtum eſt neqꝫ enim deus conditis rebus antiquior videri debet temporis quantitate: ſed ſimplicis potius proprietate nature. et iſto modo non eſt poſſibile creaturam fuiſſe ab eterno. ¶ Prius tempore eſt q̇d precedit aliud. ¶ Prius perfectione dicitur omne perfectius reſpectu imperfecti: ſaltem omne perfectius eſt prius perfectione reſpectu imperfecti. ¶ Prius natura dicitur vnū ſine quo aliud eſſe non poteſt: ſed non ecōuerſo. ſicut capit philoſophus prius natura. v. metaphiſice capitulo de priori. hoc modo anima eſt prius natura ꝙ̃ totū compoſitum et iſtud poteſt intelligi naturaliter vel ſupernaturaliter. Et iſte eſt vnꝰ modus prioris acceptꝰ a philoſopho in poſtpredicamentis qui eſt quando nō conuertitur ſubſiſtendi conſequentia. ¶ Prius cauſalitate vel ſecundum cauſam dicit̃ illud quod eſt cauſa alterius: et non econuerſo. et iſtud poteſt dupliciṫ intelligi: vel in eodem genere cauſe: vel in diuerſis generibus. et ſic vnum poteſt eſſe cauſa alterius: et ecōuerſo. cauſe ſunt ſibīuicē cauſe. ij. phiſicorum. ¶ His premiſſis ponuntur tres concluſiones. ¶ Prima eſt pater non prior eſt filio eternitate tēpore/ perfectione/ aut natura. probatio. pater et filius ſunt vnus et idem ſimplex deus. ergo pater non eſt prior filio eternitate tempore/ ꝑfectione/ vel natura. antecedens eſt de fide cōſequentia eſt clara: ¶ Secunda pater eſt prior filio ꝓducibilitate. ¶ Tertia concluſio filius fuit ab eterno. Iſte due concluſiones ex fide habentur vt patet per ſimbola apoſtolorum epheſinū et athanaſij vt in hac trinitate nichil prius aut poſterius. nichil maius aut minus. Sed tote tres perſone coeterne ſibi ſunt et coequales. Probatur tertia concluſio ratione filius eſt deus. ergo fuit ab eterno. ergo pater non fuit priꝰ filio. ¶ Sed contra iſtam concluſionem tertiam arguitur ſic omne producens eſt prius producto ab illo. ergo pater eſt prior filio inſtanti vel tempore. cōſequētia patet: quia pater producit filium. antecedens probatur dupliciter. Tum primo per auguſtinum de mortalitate anime capite. tertio nulla res ſe facit aut gignit: alioquin erat anteꝙ̃ eſſet. ſi hoc falſum eſt verū eſt illud. conſequētia autem nulla eſſet niſi verum ſit ꝙ quodlibet faciens vel gignens ſit anteꝙ̃ ſit illud qđ ab eo gignitur. et omne producens ſit prius producto ab illo. Tum ſecundo idem probatur per philoſophū xij. metaphiſice cauſas agentes et mouentes dicit differre a formalibus: in hoc ꝙ ipſe precedunt res quarū ſunt cauſe: formales autem non precedūt: ſꝫ ſūt ſimul et cōmentator ibidem commēto. xvi. cauſa inq̇t agēs differt a formali. quia agens precedit illud quod agitur: et mouetur ab eo. formalis autē et materialis eſt cum generatione. et infra ponens exemplum philoſophus ait. ꝙ ſanitas non precedit hominem ſanum cū ſanitas in ſano eſt quaſi forma. ſanans autem neceſſe eſt vt precedat ſanitatem. neceſſe eſt etiam ſecundum cōmentatorē agens precedere actū ab eo ⁊ ꝓducens productū. ¶ Ad hoc dicitur ſi capiatur pꝰ ꝓ prioritate productibilitatis vel originis: conceditur. ſi pro prioritate eternitatis temporis: ꝑfectionis vel nature negatur non mirandū eſt ꝙ filius producatur a patre et ſit illi coeuus. ita contingit in aliqua cauſa naturali et ſuo effectu. ſi ignis fuiſſet ab eterno ſplendor ignis fuiſſet ab eterno. ſcđm auguſtinū. vi. de trinitate ca. primo. nec philoſophus vult ꝙ agēs vel mouēs ꝓcedit tpe illud qđ fit vel mouetur. itelligētia celum mouens/ nō ꝓcedit tpē celū nec motū eiꝰ. ¶ Secundo arguitur iſta filius dei eſt natus nunꝙ̃ habuit hāc de preſenti verā filius dei naſcitur. quia ſi interdum illa erat vera filius dei naſcit̃ ſēper fuiſſet vera ſi fuiſſet formata. ¶ Reſpondet vtraqꝫ eſt de preſenti adhuc dato ꝙ natus capiatur ꝑticipialiter. magiſter in li-

tera adducit auctoritates patrū an vtraqꝫ illarū debeat ꝓcedi. Et citat origenē auguſtinū hilariū ⁊ grego. et eos conuenire (et rationabiliter) facit ꝙ vtraqꝫ iſtarum debeat concedi. Sed ſatius iſta conceditur filiꝰ eſt ſemꝑ natꝰ ꝙ̃ iſta filius ſēper naſcit᷑. propterea ca. xiiij. huius diſtinctiōis inquit dicamus ergo filiū natum ante tpa: et ſemꝑ naſci de patre. ſed congruentiꝰ ſemꝑ natum et eūdem ab eterno ſemper eſſe. ſicut res que ſucceſſiue producit᷑ hoc perfectionis habet. ꝙ qn̄ fit eſt. hoc imꝑfectionis habet: quando facta eſt non eſt res permanens quo ad eſſe et ſucceſſiua quo ad fieri. hoc imperfectionis habet in fieri non eſt. ſed hoc perfectionis capit. ꝙ qn̄ dicitur facta eſt/ ſic ꝑfectionē ſimilitudinariā perſona filij capit non ꝙ de nouo incipit eſſe. ſed ꝙ ſemper generatur et ſemper genita eſt.

¶ Dubitatur an ſit aliquis ordo originis ī diuinis? ¶ Hic multi quēdam doctorē impugnant de iſtꝭ ſignis originis. eo ꝙ dicat patrē in primo ſigno originis: filiū in ſecūdo: ſpiritum ſanctum in tcio. Sꝫ nodus rei eſt pro quo ſupponit hoc ꝯplexū ſignū originis. Et in primis dicit᷑ hic doctor nō ſententialit᷑ diſſertab alijs. cū filiū et ſpiritū ſanctū ponat ab eterno fuiſſe cū pr̄e: nec patrem eos ꝓceſſiſſe ꝑ inſtās vel tēpus. hoc cōplexū ꝑmū ſignum originis ſupponit ꝓ ipſomet patre. et illa conſtructio tranſitiua capitur loco vnius intranſitiue. vt iuſticia dei: vel miſericordia eſt in deo. hoc ergo cōplexū primum ſignum originis ſupponit pro patre connotando ꝙ eſt prima origo in diuinis: hoc eſt a nullo alio procedit. Sed q̄libet alia perſona, in diuinis eſt a patre filius eſt in ſecūdo ſigno originis eodē modo idemptice: quia eſt a ſolo patre ſpiritus ſanctꝰ eſt in tercio ſigno: quia ab vtraqꝫ ꝑſona emanat: Et quia eſt emanatio (vt fide conſtat) diuinarū perſonarū inter ſe. Filiꝰ eſt origo ſpiritus ſancti. ſicut et pater. propter noſtrā intelligentiam dicit ſpiritū ſanctum eſſe in tercio ſigno originis. quia nos ita intelligimus in creaturis. ſi/ a/ ſit cauſa b/ et b ſit cauſa/ c/ dicimꝰ ꝙ eſt aliqua prioritas temporis/ inſtātis/ vel nature inter a et b; pariter inter b et c. Sic licet nō ſit vſitatꝰ modus loquendi doctorū dicere patrem eſſe cauſā filij: tamen eſt eius origo. et ſic ſententialiter nō diſcrepat ab alijs: ſed ſolū eſt modus differendi ꝟbalis. ¶ Gerſon ī ſecūda lectiōe ſuꝑ marcum circa mediū et plerīqꝫ alij ſubſānant iſta inania ſigna originis. et imitatores iſtius doctoris ſunt in cauſa non deſcendentes ad rationē. ſed ad ſuꝑficiem verborum contra intentionem doctoris. ¶ Poteſt etiā nō incōuenienter dici ꝙ ille propoſitiones de actibꝰ exercitis capiūtur loco propoſitionū de actibus ſignatis. Pater eſt in primo ſigno originis: id eſt ſignificatur ꝑ primū ſignū originis. ſillogiſmus eſt in barbara vel darij. diffinitio et diffinitum ſunt. idem ſicut creberrime noīales loquuntur. generare eſt prius origine ꝙ̃ ſpirare: quia generare ſecundū multos et eū eſt ꝑ modum intellectus. ſpirare aūt ꝑ modū voluntatis et quia ita eſt in alijs ꝙ actus intellectus ꝓcedit actū voluntatis iuxta illud vulgare beati auguſtini inuiſa diligere poſſumꝰ incognita neq̄q̄. Sic quo ad noſtram intelligentiam dicat᷑ generare eſſe in aliquo ſigno priori ꝙ̃ ſpirare. ¶ Sic potes dicere de predicatis eſſentialibus in ordine ad notionalia et perſonalia.

IOhannes autē in epiſtola canonica ait. Deus charitas eſt non dixit ſpiritusſanctus charitas eſt. Quod ſi dixiſſet abſolutior eſſet ſermo: et non parua pars queſtiōis deciſa: ſed quia dixit: deus charitas eſt: incertū eſt: et ideo querendum eſt: vtrum deus pater ſit charitas an filius: an ſpiritusſanctus: an deus ipſa trinitas: quia et ipſa non tres dij: ſed vnꝰ eſt deus. Ad quod Augu. in eodē libro ita dicit. Neſcio cur ſicut ſapiētia et pater dicitur et filius et ſpiritusſanctus: et ſimul oēs non tres ſed vna ſapientia: non ita et charitas dicatur pater ⁊ filius et ſpiritusſanctus et ſimul omnes vna charitas. Nec.i ideo tamen quiſq̄ nos inconuenienter eſtimet charitatem appellare ſpiritū ſanctum: quia et deus pater et deus filiꝰ poteſt charitas nūcupari: ſicut proprie verbum dei etiam ſapientia dei dicitur cum et pater et ſpiritusſanctus ſit ſapientia.

¶ Diſtinctionis decime queſtio vnica.

CIrca hanc diſtinctionē decimā queritur an ſpiritus ſanctus producatur libere vł naturaliter? Pono cōcluſiones. ¶ Prima eſt ſpiritusſanctus de neceſſitate ꝓducitur. Probatio de neceſſitate eſt deus. et qua neceſſitate eſt deus eadē neceſſitate ſpiratur a patre et filio. ¶ Secunda concluſio licet ſit in parte de termino certare an ſpiritusſanctus producatur libere: tamen conformius ad modū loquendi ſanctorū ponitur concluſio ſpiritusſanctus producitur naturaliter: et non libere. patet quia agens dicitur naturale qđ poſitis omnibus requiſitis ad agendum: et nullo exiſtēte impedimento: ita ꝙ ipſum poteſt agere: neceſſario agit: nec eſt in eius poteſtate non agere. agens dicitur liberū qđ ſic ſe habet ꝙ omnibus poſitis q̄d poteſt agere: non de neceſſitate agit. ſed penes agens ſitum eſt non agere. Agens naturale potentia irrationalis et agens non ſecūdū ꝓpoſitū idē ſunt. ¶ Hoc ptꝫ per auguſtinum tcio de libero arbitrio caplo primo vbi inquirens an motus voluntatis quo ipſa ab incōmutabili bono auertitur: et cōuertitur ad commutabile ſit ei naturalis ſicut motus deorſuꝫ naturalis eſt lapidi. determinat ꝙ non. ⁊ dat cauſam inter eos in ordine ad lapidē ⁊ voluntatem ait. in eo eſt ſimilis illi motui quo deorſum verſus lapis fertur. quoniā ſicut iſte proprie eſt lapidis: ſic ille animi. verūtamen in eo diſſimilis ꝙ in poteſtate non habet lapis cohibere motum quo mouetur inferius. animꝰ aūt dūmodo vult non ita mouetur: vt ſuperioribus deſertis: inferiora diligat et ideo lapidi naturalis eſt ille motus animo vero iſte voluntariꝰ. vbi vt ptꝫ. vocat deſcenſum lapidis deorſum eſſe naturalē quia nō poteſt cohibere motū ¶ Ex iſto patet ꝙ neceſſitas et libertas (de qua loquimur) non cōpetūt eidē agenti reſpectu euiſdem. Hoc dixerim deus pater producit naturaliter filium

et contingenter creaturas. ſic pater et filius naturaliter producunt ſpiritūſanctum: et contingenter creaturas. ſicut aīa eadem producit vnū actū naturaliter puta intellectionem et aliū ſua ſponte: puta actū volūtatis deliberatū. et idem patȝ de motibus p̄mo p̄mis et de actibus deliberatis. Hoc ipſum: non negatur q̄n ſpiritusſanctus producatur volūtate complacenti ſic etiā producitur filius ¶ Sed contra iſtud arguit̄ probando q̄ neceſſitas et libertas ſeſe cōpatiantur reſpectu eiuſdē: ⁊ hoc ſic. Encheridion. ca. xv. nec eīn culpanda eſt voluntas: aut voluntas non eſt: aut libera dicenda non eſt. quia beati ſic eſſe volumus: vt eſſe miſeri non ſolum nolum⁹: ſed nequaq̄ velle poſſum⁹: ſicut ergo aīa noſtra nunc nolle infelicitatem ita tunc velle iniquitatē non poterit. ¶ Ex iſto patet q̄ beatitudinē neceſſario et libere volumus. ⁊ ſic neceſſitas et libertas eidē principio reſpectu eiuſdem conueniunt ¶ Reſpondet̄ auguſtin⁹ non dicit voluntatē eſſe liberam reſpectu volitionis beatitudinis: nec reſpectu volitionis infelicitatis. ſed dicit voluntatē qua volumus beatitudinē: et non poſſumus velle infelicitatē eſſe liberā. illa volūtas dānata multos actus volūtatis miſerie impertinētes libere elicit. ſic de beato reſpectu actuū impertinētiū beatitudini. Vel dicit̄ q̄ auguſtinus loquitur de libertate que opponitur ſeruituti peccati et miſerie que vtiq̄ eſt maior in volūtate q̄to ipſa immunior eſt et liberior a peccato. ¶ Secundo arguitur principiū productiuū amoris mutui patris et filij eſt principiū productiuū ſpiritusſancti. ſed voluntas diuina eſt principiū amoris mutui patris ⁊ filij. igitur maior patet per ſāctorū auctoritates varias magiſter probat in littera q̄ ſpiritusſanct⁹ ē amor cōmunis et mutu⁹ patris ⁊ filij. minor patet q: huiuſmodi amor eſt vere productus et ſpiratus: et per ꝯñs aliquid ē eius principiū productiuū et nō apparet aliud q̄ volūtas patris et filij: quia omnis amor product⁹ a voluntate elicitur. ¶ Inſuper ſpiritusſanctus procedit nō quomodo natus: ſed quomodo datus. et eſt donum patris et filij. vt patet per auguſtinū quīto de trinitate ca. xiiij et ſequenti. de ratione aūt doni eſt q̄ libere donet̄. igitur. ¶ Ad primū negatur minor amor productus qui eſt ſpiritusſanctus non producit̄ a voluntate. Q̄ patet omne qḋ eſt principiū productiuū ſpiritusſancti producit ſpiritū ſanctū. voluntas diuina non producit ſpiritum ſanctum. igitur minor patet. q̄n ſicut eſſentia cōmunis non generat/ nec generat/ ſpirat, nec ſpiratur/ vt in quīta diſtinctiōe dictū eſt. ſic nec volūtas cū ſit eadē eſſentie oībus modis: ⁊ ex natura rei. nā voluntas diuina eſt ſpiritusſanctus. ipſa non eſt productiua ſpiritusſancti. q̄uis voluntas diuina ſit pater qui producit ſpiritūſanctū. ſicut eſſētia diuina eſt pater qui generat. eſſentia diuina tū (vt conciliū dicit) non generat. nec voluntas diuina magis p̄ducit amorē q̄ eſt ſpiritusſāctus q̄ q̄ producat ſeipſam. Secus eſt de voluntate creata. ¶ Pro ſolutione alterius argumenti ſupponatur diſcrimē inter donari et eſſe donū vt patet per auguſtinū quīto de trinitate. ca. quītodecimo donari preſupponit creaturā cui donetur et hoc eſt liberū. Eſſe donū non preſupponit creaturā idē eſt eſſe donabile et eē donū. p̄pterea in loco preallegato dicit auguſtin⁹ ſed q: p̄cedebat vt eſſet donabile iam donum erat. et anteq̄ eēt cui daret̄. ergo ſicut in preſentiarū non dicit oīmodā ſimilitudinē in hoc dicto ſpiritusſanctus exit quomodo datus mere contingenter datur: et non exit mere contingenter. ſed ſicut exit complacenter: datur cōplacenter. vel capit dari pro dono: et ideo magiſter inſertus in. xiij. diſtinctione ait. Nā vt ait auguſtinus eodē libro ca. xiiij. ſpūſſctūs p̄cedit a patre non quō natus: ſed quomodo datus. vel donū. per hanc adiectionē donū e: poſuit illud quomodo datus. Si cuipiam placeat dicere q̄ omne contingēs eſt liberū (ſed non cōtra) poteſt: licet non ſit cōmunis modus loquēdi philoſophorū et ſanctorum. et tunc dicitur q̄ fruitio patrie eſt libera: quia a pricipio libero. et ſpirituſſanctus producitur cōplacenter a patre et filio. p modum amoris. q: dicitur eorū nexus amoroſus vt magiſter deducit in littera. in difficultate vocali non eſt amplius inſiſtendum.

Hic dicēdum eſt ſpiritum ſanctuȝ a patre eſſe ⁊ filio et procedere a patre et filio. qḋ multi heretici negauerunt. Q: aūt de vtroq̄ procedat multis diuinorum eloquiorum teſtimonijs comprobatur. Dicit enim apoſtol⁹ Miſit deus ſpirituȝ filij ſui in corda noſtra Ecce hic dicitur ſpirit⁹ filij. Et alibi. Qui autem ſpiritum chriſti non habet hic non ē eius. Ipſe etiam filius de ſpiritusſancto: dicit in euangelio. Quem ego mittam vobis a patre. Patris autem ſpiritus dictus eſt vbi legitur. Si ſpiritus eius qui ſuſcitauit chriſtum a mortuis habitat in vobis. Et ipſe chriſtus dicit. Non enim vos eſtis qui loquimini: ſed ſpiritus patris veſtri q̄ loquitur. Et in alio loco. Quem mittet pater in nomine meo. Et alibi ipſe filius de ſpiritu ſancto ait. De patre procedit. His et alijs auctoritatibus pluribus oſtenditur q̄ ſpiritusſanctus a patre et filio procedit.

Circa hanc diſtinctionē vndecimā et ſequentem in quibus magiſter loquit̄ de proceſſiōe ſpiritusſancti. vbi tāgitur diſceptatio inter grecos et latinos. Queritur an ſpiritusſanctus procedat a patre et filio: ¶ Reſpōdetur affirmatiue. probatio. omnis concluſio ex contentis in ſacra ſcriptura per ſe deducta eſt ſimpliciter vera: et vt articulus fidei tenenda. hec eſt huiuſmodi. igitur maior eſt manifeſta minor eſt beati auguſtini. xv. de trinitate ca: xvij. vbi dicit expreſſe q̄ de filio ſpiritusſanct⁹ procedere reperitur. et ca. xxvij. dicit. difficillimū eſt generationē a proceſſiue diſtinguere ſufficiat interim eis qui extendi nō amplius valent id qḋ de hac re in ſermone quodā p̄ferendo ad aures populi dixim⁹ dictūq̄ conſcripſimus et ſubdit ad propoſitū imediate. inter cetera eñ per ſanctarū ſcripturarū teſtimonia docui de vtroq̄ procedere ſpiritū ſanctū. et libro. iiij. ca. liij. hoc deducit p auctoritatem ſacre ſcripture dicens. nec poſſumus dicere q̄ ſpiritusſanctus a filio non procedat. non enim fruſtra et patris et filij ſpirit⁹ diceret̄. nec video quid aliud voluit ſignificare filius; cū ſufflans ait accipite

ſpiritū ſanctū: neq₃ eni flatus ille corporeus cū ſenſu corporaliter taugendi procedens ex corpore ſubſtantia ſpiritusſancti fuit. ſed demōſtratio per congruam ſignificationem non tantū a patre ſed etiā a filio procedere ſpiritū ſanctu₃. Et ſubdit. q̄d ergo ait domin⁹ quē ego mittā vobis a pr̄e: oſtēdit ſpiritū ſāctū ⁊ pr̄is et filij quia etiam cum dixiſſet quem mittet aadidit in nomine meo. Et quia forte diceret aliquis ſi filius dixiſſet quem mittet pater a me: ſicut dixit quē ego mittam vobis a patre videlicet oſtenderet ꝙ totius diuinitatis vel ſi melius dicitur totius deitatis pater eſt principiū. ¶ Iſtas rationes facit ibidē auguſtinus. libro. xv. ca. xxvi. Patet igitur ex intentione auguſtini ꝙ ſpiritum ſanctū procedere a filio poteſt ex contentis in ſacra ſcriptura ꝑ ſe deduci. Teſtimoniū etiā cax huius concluſionis colligitur ex concilio lugdunenſi ſub gregorio. x. de ſūma trinitate et fide catholica. libro. vi. ca. fideli. Fideli ac de nota profeſſione fatemur ꝙ ſpiritusſanctus eternaliter ex patre et filio: non tanq₃ ex duobus principijs: ſed tanq₃ ex vno principio non duab⁹ ſpirationibus: ſed vnica ſpiratiōe ꝓcedit. Hoc ꝓfeſſa eſt hacten⁹/ predicauit/ ⁊ docuit/ hoc firmiter tenet/ predicat/ ꝓfitetur/ et docet ſacroſancta romana eccleſia: mater oim̄ fideliū: et magiſtra hoc habet orthodoxorū patrum/ atq₃ doctorum latinorū pariter et grecorum incōmutabilis et vera ſententia. Sed quia nō nulli ꝓpter irrefragabilis p̄miſſe veritatis ignorantiā in errores varios ſunt ꝓlap. i. Nos igitur huiuſmodi erroribus viam precludere cupientes. hoc ſacro approbante concilio dānamus atq₃ reprobamus oēs qui negare preſūpſerint eternaliter ſpiritū ſanctum procedere ex patre et filio: ſiue etiā temetario auſu aſſerere ꝙ ſpiritusſanctus ex patre et filio tanq₃ ex duobus principijs et nō tanq₃ ex vno ꝓcedat ¶ Contra hanc concluſionē arguitur ſic ſi ita eſſet ſicut ipſa aſſerit ipſa eſſet articulus fidei et per ꝯñs greci tenentes oppoſitum ſunt heretici et diuandi. hoc eſt inconuenieñs aſſerere de tot celebribus viris. Unde damaſcenus. libro primo ca. x. ſic dicit vnus ſpiritusſanctus prodiēs quidē ex patre non filialiter: ſed proceſſibiliter. et paulo poſt circa finē capituli ſequit̄ noſce autē oportet nos non dicere patrem ex aliquo. ſ₃ ipſū filij patrem. filiū autem non dicim⁹ ſine cauſa: nec patrem. dicimus autem ipſum eſſe a patre: et filium patris ſpiritū vero ſāctū ex pr̄e ⁊ ſpiritū pr̄is noiam⁹ ex filio aūt ſpiritū ſctm̄ non dicim⁹ ſ₃ ſp̄m filij nominamus. ¶ Item in ſimbolo conſtantinopolitane ſinodi ſic legitur. credim⁹ in ſpiritū ſanctū dn̄m et viuificantē ex patre procedentem: cū patre et filio adorandum et glorificandum. Et in ſimbolo quod cantatur in miſſa quod fuit editum in niceno concilio non cōtinetur ꝙ ſpiritusſanct⁹ procedat a filio ¶ Reſpondetur negando cōſequētiā maxime de his qui preceſſerunt expreſſam determinationem eccleſie licuit interdum aliquid opinatiue tenere. et tamen poſt determinationē eccleſie non licet. ſi ſit ſermo de poſteriorib⁹ qui ſecuti ſunt determinationē eccleſie non habet̄ conſequēs icōuenieñs: potiſſimū de litteratis. ¶ Aliter dicit magiſter ca. iiij. xi. diſtinctionis dicens ꝙ greci et nos ſolo verbo differimus in ſententia conuenientes ſic inquiēs. Sciendū eſt tamen ꝙ greci ſpiritū ſanctū cōfitentes eſſe filij ſicut et patris Quare ampli⁹ dicit. ſpiritū filij et veritas in euāgelio ſpiritum veritatis. ſed cū non ſit aliud ſpiritū ſanctum eſſe patris et filij q̄₃ eſſe a patre et filio. etiam in hoc in eādē nobiſcu₃ fidei ſententiā cōuenire videntur: licet in verbis diſſentiant ⁊ poſt in ca. v. eiuſdem diſtinctionis declarat ex famatiſſimis grecis ꝙ ſpiritusſanctus ꝓcedit ex patre et filio. Ad hoc ad athanaſium didimū cirillū iohannem criſoſtomū in medium adducit. Forte iſti antiq̄ greci volebant dicere ꝙ ſpiritusſanctus principaliter procedit a patre: ad hūc ſenſum ꝙ quicquid habet filius habet a patre. et cum ſpiritusſanctus procedit a filio: hoc ipſum habet fili⁹ a patre: et nō q₃ prius vel magis procedit ſpiritusſanctus a patre q̄₃ a filio. ſic exponit magiſter in tertio ca. xij. diſtinctiōis. ¶ S₃ nō eſt veriſimile de grecis poſt determinationem eccleſie ꝙ haberent diſputationē vocalē cum latinis. ſed potius realem. vt patet per anſelmū de proceſſione ſpiritusſācti ca. iiij. in principio capituli vbi loquens de q̄buſdam q̄ premiſerat in principio ſic inquit. Hoc ſupplere prius dicta. pariter credim⁹ indubitanter: et confitemur et nos qui dicimus ſpiritū ſanctum a filio ꝓcedere: ⁊ greci qui nobiſcū nō ꝯſentiūt eccleſie. Et iſtud patet cum interdum ꝓteſtati ſunt ſe velle capere determinationē matris eccleſie: et illi adherere protin⁹ reuertentes in regionē ſuā per aliā viā ad priorem redierunt vomitū. ¶ Dubitatur vtrum pater ⁊ fili⁹ ſint vnū principiū ſpirans ſpiritum ſanctum? ¶ Reſpondetur. Quia de iſta pater et filius ſunt vnus ſpirator ſunt diuerſe opiniones doctorum: hec tamen pater ⁊ filius ſunt vnū principium ſpirās cōmuniter cōceditur. Unde auguſtinus. xv. de trinitate ca. xiiij. ait. Fatendum eſt patrem et filium eſſe principium ſpiritusſancti: non duo principia: ſed ſicut pater et filius vn⁹ deus: et ad creaturā relatiue vnus creator et vnus dns ſic relatiue ad ſpiritū ſanctum vnum principiū. In ꝓpoſito vtimur termino ſpiritusſanct⁹ notionaliter vt tertie perſone in diuinis cōuenit et non eſſentialiter. ¶ Circa veritatem huius propoſitionis plurime volitant poſitiones aliquibus eā ſaluantibus de virtute ſermonis. alijs eam ſaluantibus non de rigore ſermonis Beatus thomas currit ad ſuppoſitionē cōfuſam tantū hoc reprobat gregorius dicēs. nullū cadit ſignum cōfuſiuu₃ ſup terminū principiū Sed hec impugnatio nō eſt magni ponderis copulata predicamēti vbi ⁊ qñ cōfundūt confuſe tantū terminum cōmunem ſequentē. vt ſolet dici de hac propoſitione pariſius et rome vendit̄ piper: idem cōmuniter admittitur de copulatis p̄dicamēti ſubſtātie aut relatiōis ¶ S₃ licet illud ſit probabile reſpectu termini ſupponentis queſtio remanet pro quo ſupponit. cui alij non ſatiſfaciunt ſufficienter. Relictis aliorum modis tanq₃ inſufficientibus quos ꝓpter tedium nolo proſequi. Adhereo illi dicto altiſſiodorenſ in hac parte. vij. ca. ſui primi libri ꝙ vnū principiū ſupponit pro patre ⁊ filio copulatim: et non ſunt duo principia. ſicut pater eſt de⁹ filius eſt deus. et non ſunt plures dij. et terminus principiū ſupponit determinate: et li et capitur copletiue. licet idē altiſſiodorenſ aliqua diffuſe ponat i hoc capl'o dicēs. ꝙ hec eſt incongrua hoc principiū eſt: demonſtrando patrē et filiū. dicit ꝙ hec dictio principiū q̄tum ad formam ſingularis eſt. ſicut hec eſt icōgrua iſte deus vel aliquis deus eſt. ſed capimus illā quod verum reputamus: quod ſupponit copulatim ꝓ duabus perſonis. et hec ſingularis eſt vera demonſtrato patre et filio. hec ſunt vnum principium: et due perſone. ſicut duo lapides ſegregati ſunt vnus binarius et non vnum ens.

# Diſtinctionis tertiedecime q̄ſtio vnica.

POſt hec conſiderādum eſt q̄ſtū a talibus quales nos ſumus intelligi poteſt: cuꝫ ſpiritusſāctꝰ ꝓcedat de pr̄e ꝛ ſit de ſubſtantia pr̄is: cur nō dicaẗ eſſe natꝰ iꝫ potiꝰ ꝓcedere et cur nō dicaẗ filiꝰ. Quare aūt ſpiritusſāctꝰ non dicaẗ vel ſit natus: et ideo non ſit filius. Auguſtinꝰ oſtendit in. xv. libro de trinitate ita dicens. Si ſpiritusſanctus filius diceretur āboꝝū vtriqꝫ filiꝰ diceреẗ. qđ abſurdiſſimū ē. Filiꝰ q̄ppe nullus eſt duorum niſi patris ꝛ matris. Abſit autem vt inter deum patrem et deum filium tale aliquid ſuſpicemur. Abſurdiſſime ergo filius dicetur amborum id eſt patris et filij. Amborum enim filius diceretur: ſi cum ambo genuiſſēt quod abhorret omnium ſanorum ſenſus. Non ergo ab vtroqꝫ eſt genitus: ſed procedit ab vtroqꝫ amboꝝū ſpiritus. His verbis oſtenditur cur ſpiritusſanctus cuꝫ ſit de patre: non tamen dicatur genitus vel filius.

¶ Diſtinctionis tertiedecime queſtio vnica.

QUeritur circa hanc diſtinctionē tertiādecimā an proceſſio ſpiritusſācti ſit gn̄atio. ¶ Queſtio pōt habere multos ſenſus ſecundum ꝙ verbalia in eo cōtēta poſſunt ſumi paſſiue vel actiue. ꝛ adhuc iſti termini poſſunt capi vniformiter: q̄rendo an ſpiratio actiua filij ſit generatio actiua ꝛ potiſſimum reſpectu filij: et ſimiliter an generatio paſſiua ſit generatio actiua. et de iſtis ſenſibus querimus ſi difformiter termini caperentur non eſſet difficultas. ¶ Reſpondetur. Per concluſionem negatiuam. probatio. eſt niſi vnus filius genitus. ſi ſpiritusſanctus eſſet generatio paſſiua eſſet genitus quod eſt falſum iohānis tertio ſic deus dilexit mundum vt filiū ſuum vnigenitū daret. propter qđ in ſymbolo apoſtolorum cōfitemur vnicum dei filium. et quia filius vtiqꝫ genitus: vt dicit auguſtinꝰ. v. de trinitate. c. vi. ¶ Contra hanc concluſionē arguitur ſic omnis productio viuentis a viuente eiuſdē nature nūero vł ſpecie eſt generatio ſpiratio eſt hm̄ōi. igitur maioꝛ patet per locū a diffinitione generationis. minoꝛ ptꝫ ſecundum fidem. Nam ſpiritusſanctus eſt viuens et eiuſdē nature cū patre: et non minus q̄ꝫ pater et filius ſunt eiuſdem nature. eius productio eſt productio viuētis etiam ſimilis: ꝑ cōſequēs non ſolum erit generatio ſꝫ vniuoca. ¶ Difficultas iſta ſemꝑ acerrima reputata fuit apud maiores: ꝛ merito ſecūdum illud Yſaie liij. generationem eius quis enarrabit. pariforma de proceſſione. Qua propter dicit beatus auguſtinꝰ. xv. de trinitate ca. xxv. cōtra maximinū. ꝙ eſt ei īpoſſibile illud explicare. Et io. damaſcenus libro primo de orthodoxa fide ca. x. ſic dicit. filius vero a patre naſcibiliter ſpiritus aūt non naſcibiliter: ſed proceſſibiliter Et mox ſequitur generatiōis et proceſſionis differentiam eſſe didiſcimus. At quis differentie modus nequaq̄ꝫ Beatus auguſtinus. xv. de trinitate. ca. xvij. ꝛ anſel. mono. lv. hoc inſequēs dant hoc diſcrimē q̄m filius eſt ab vno tantū ſpiritusſanctus aūt a duobus filius aūt nullus poteſt eſſe duoꝝū: niſi vnus ſit pater et alter mater. quod in trinitate imaginari abſurdiſſimum eſt. ¶ Iſta ratio egre eſt ſufficiēs: q2 vbi productum eodē modo penitus eſt a duobus: nec aliter ab vno q̄ꝫ ab altero: nec ab ambobus q̄ꝫ ab altero tantū vbi productio ex hoc ꝑciſe ꝙ eſt a duobus non videtur minus debere dici generatio: q̄ꝫ ab vno tantū et ceteris ſimul cōcurrentibus. vnitas eīm et pluralitas producentiū non variat rationē productionis. Q2 pater productio vnius ignis a duobus non minꝰ diceреẗ generatio q̄ꝫ productio vniꝰ ab vno. ſpiritusſanctus aūt q̄ꝫuis ſit a duobus: eodē tamē modo penitus eſt ab vtroqꝫ: vt ſuperius dictum eſt. ¶ Et ex hoc ptꝫ ꝙ non ſequitur ꝙ ſpiritusſanctus eſſet filius duorum: ꝙ eſſet vnius tanq̄ꝫ patris. et alterius velut matris: cuꝫ filius non ſit vniformiter ex patre et matre. Alioquin non eſſet vnus pater et mater potius q̄ꝫ alter vel econuerſo. Et iſtud poteſt roborari ſi idem ſemen numero eſſet in duobus hominibus ex quo debeat generari ꝓles vterqꝫ illorum generantiū eſſet pater. Potes pro beato auguſtino dicere ꝙ licet iſtud verum habeat in creaturis verū non habet in diuinis. ¶ Alij vadunt ad principiū quod et pn̄cipiū quo. Sed hec pn̄cipia hactenus reſpuimus Beatus auguſtinꝰ dat aliū modum. v. de trinitate ca. xiiij ex diuerſitate modi procedendi: quorum vnus procedit quomodo natus alter quomodo datus. ſed cum illud non declareẗ quomodo ſpiritusſanctus non procedit quomodo natus manet res caliginoſa. ¶ Frater gregoriꝰ de arimeno dicit ꝙ non eſt ei poſſibile intelligere hanc materiam licet cōfiteatur ſe credere. Quā reſponſionē quidē doctoꝛ poſterioꝛ dicit eſſe ſcandoloſam: verū eſt turpe eſt theologo materiā tractāti nichil penitus diſcriminis dare. Sed iſte doctoꝛ poſterioꝛ dicit ꝙ explicatio fieri non poteſt niſi per hoc ꝙ generatio eſt ab vno tātū ſpiratio autē a duobus. ¶ Item filius eſt ab vno ſolo et non ſpiritusſanctus: et ſpiritusſanctus eſt a duobus quorum vnus ſcꝫ pater dat alteri puta filio: ꝙ ſpiritusſanctus procedat ab eo. ſic etiam poteſt explicari quomodo ſpiritusſanctus procedit vt datus: ſed non vt natus. Sꝫ hic doctoꝛ imponit terminos ad placitū et videtur petere pn̄cipiū in re ipſa. ¶ Diciẗ generare proprie capiendo (vt dicatur reſpectu filij) eſt productio non de nichilo alicuius viuentis cognoſcentis ab aliquo eiuſdem nature numero vel ſpecie ſiue res habeat eſſe poſt non eſſe: ſiue ſemꝑ habeat eſſe: ſic ſcꝫ ꝙ res producta quando eſt generatio vniuoca poteſt ſic facere in productione ſicut res generans Ponitur non de nichilo ad ſecludendaꝫ creationem que non ē proprie generatio. Dicitur viuentis et cognoſcentis ſol et homo generāt hoīem ſcđo phiſicoꝝū. ſed homo non eſt filius ſolis: nec ſol ſuus pater. quia nō viuit nec cognoſcit. Ultima ꝑticula ſeparat ſpiritū ſanctū q̄ nō generatur. palam eſt ꝙ eſt productio vniuoca in perſonis diuinis. nulla perſona in diuinis eſt alia perfectioꝛ: ſed ſunt eadem res. non modo ſpecie: ſed numero. illa que aſſimilantur patribus propriiſſime vocantur filij. propterea philoſophus quarta ꝑticula ꝓblcu

thomas ſcotus.

De aliaco.

matum problemmate xiiij. cauſã reddit: quare vermis genitus ex nobis: vel aliud aial: ex noſtris humorib⁹ vel carne non vocatur filius noſter ⁊ tamen ſortes vł plato vocatur filius. propterea dicit cõmentator ibidem cũ filius multũ patri aſſimilatur. dicim⁹ prouerbialiter ſic ei ſimulatur. ac ſi eũ ſputiſſet. et ſic mulus vel mula ſecundum modũ illũ non vocatur fili⁹ aſini et eque. ſed ſatis bene apud diffinitionẽ quã damus. Diximus in productione vniuoca ad ſecludẽdas mulas et mulos: quos filios reputam⁹. ſemper vtrobiꝗ res producẽs ⁊ producta ſunt eiuſdẽ ſpeciei in creaturis. ſi res producẽs poteſt producere aliquid: res producta poteſt ſimile producere: vel ei non repugnat: ſi non proueniat impedimẽtũ accidentale. patet inducẽdo in ſingulis. modo filius in diuinis maxime patri aſſimilaꝶ. ſicut pater producit filium ſic filius producit ſpiritũſanctum. et in hoc patri aſſimilatur producendo perſonã eiuſdem pfectionis ſecum: ſicut pater ⁊ filius. Adieci in generatiõe vniuoca. Ariſtoteles putabat mulos generare nequire: quorũ aſini ſunt patres apud loquentes. niſi aliũde fiat orbatio accidentaria ꝓpter frigidos et huiuſmodi. Et nephas eſt hoc ſpirituiſãcto attribuere. Placet teophraſto ⁊ pleriſꝗ alijs ꝙ muli generent et ita frequenter (vt aiunt) in aſia cõpertum eſt. et ſic quodlibet viuũ productũ a viuente cognoſcente iterũ generare poteſt et ſic quoquo verſũ poteſt iterum generare: quia tale apud loquentes cui hoc non conueniret non vocatur filius vel pater: ſiue fuerit generatio vniuoca ſiue equiuoca.

PReterea diligenter annotandum eſt ꝙ gemina eſt proceſſio ſpiritusſãcti: eterna videlicet que ineffabilis eſt: qua a patre ⁊ filio eternaliter et ſine tempore proceſſit: et temporalis qua a patre ⁊ filio ad ſanctificãdã creaturã procedit. Et ſicut ab eterno communiter ac ſimul procedit a patre et filio: ita ⁊ in tempore cõmuniter ⁊ ſimul ab vtroꝗ procedit ad creaturam: non diuiſi a patre in filium: et a filio ad creaturam. Unde Auguſtin⁹ in. xv. libro de trinitate ait. Spiritusſanctus nõ de patre procedit in filium: ⁊ de filio procedit ad ſanctificandam creaturam: ſed ſimul de vtroꝗ procedit. Quis hoc filio pater dederit: vt ſicut de ſe ita etiam de illo procedat.

¶ Diſtinctionũ. xiiij. xv. xvi. queſtio vnica.

CIrca hanc quartãdecimã diſtinctionem et duas ſequẽtes. Queritur vtrum ſpiritusſancto competat duplex proceſſio. ¶ Reſpõdeꝶ affirmatiue. Probatio vna eſt eterna (de qua ſupradictũ ẽ) per quã ſpiritusſanctus eternaliter procedit a patre et filio. Alia eſt temporalis: qua creaturis daꝶ. ¶ Spiritusſanctus multiphariã viſibiliter apparuit in ſpecie columbe ſuper chriſtum baptizatum in iordane mathei. iij. in ſpecie nubis lucide. in transfiguratione mathei. xvij. in ſpecie flatus ſufflante chriſto reſurgente dicente accipite ſpiritũſanctũ quorum remiſeritis pctã ⁊ cetera. Jo. xx. in ſpecie ignis ſiue in linguis igneis actuũ. ij. ¶ Secunda cõcluſio ſpiritusſanctus a ſe mittitur. pater eſt deus. ⁊ diuina eſſentia modo opera trinitatis ſunt indiuiſa. ¶ Tertia concluſio licet patri non conueniat mitti: et ſpiritusſancto et filio cõueniat non tamẽ propterea pater eſt maior alijs perſonis. prior pars patet pater a nullo eſt. ergo non cõuenit ei ꝙ mittaꝶ. ¶ Secunda pars patet q̃libet perſona in diuinis eſt deus. ergo eſt perſonarum equalitas. ¶ Quarta cõcluſio ſpiritusſanctus ẽ miſſus interdum viſibiliter: vt in ſpecie ignis in die penthecoſtes (in linguis igneis: et in ſpecie columbe) interdum inuiſibiliter in caſtas mentes. ¶ Contra iſta arguitur ſic filius dei eſt vbiꝗ. ergo eſt in peccatorib⁹ et in omnibus creaturis. antecedens inferius patebit diſtinctione. xxxvij ¶ Reſpõdeꝶ deus tripharíã eſt in rebus: modo generaliſſimo in omnibus: modo ſpeciali: in bonis per gratiã modo ſpecialiſſimo per vnionẽ ipoſtaticã cũ humanitate aſſũpta. et deus ſpecialiter datur creature: quando eius donũ ſcꝫ charitas datur et hoc eſt deum dari in ſuo effectu. ¶ Circa has diſtinctiones dubitatur quare pater habet ıpotẽtiã ꝙ dicatur fortis: filius ꝙ dicatur ſapiẽs: ſpiritusſanctus ꝙ dicatur bonus: ¶ Secũdo dubitatur an illa erãt columbe/ nubes/ et tales res: vel ſolum apparitiones: ¶ Reſpondetur propter hereticos ponuntur diuinis perſonis illa appropriata. quia inter mortales inueniunꝶ patres eſſe filijs debiliores putarẽt aliqui patrẽ in diuinis eſſe filio impotentiorẽ: propterea conſulto adiectũ eſt epitetum fortis patri. Et quia filij non ſolent eſſe ita ſapientes ſicut patres inter homines et ne id idẽ de filio in diuinis exiſtimarent adiectũ eſt filio ipotẽtiã ſapientia. Et ſpiritus in modo loquendi in ſuperbã partẽ capiꝶ. dicimus alexandrũ macedonẽ fuiſſe alti ſpiritus propterea additur ſanctus vel bonus. ¶ Ad ſecundã dubitationẽ non dubitamus an erant vere res. ſed querim⁹ an erat columba apparẽs vel realiter columba. ¶ Reſpõdeꝶ vtrũꝗ eſt deo poſſibile: nec de altero ſufficienter conſtat.

IAm nunc accedamus ad ſignandam miſſionez ſpiritusſancti qua inuiſibiliter mittitur in corda fidelium. Nam ipſe ſpiritusſanct⁹ qui deus eſt: ac tertia in trinitate pſona (vt ſupra oſtenſum eſt) a patre et filio ac ſeipſo temporaliter procedit. i. mittitur ac donaꝶ fidelibus: ſꝫ que ſit iſta miſſio ſiue donatio et quomodo fiat conſiderãdum eſt.

¶ Diſtinctionis ſeptimedecime queſtio prima.

IN hac ſeptimadecima diſtinctione magiſter loquitur de charitate et eius augmento et decremẽto. quã diſtinctionẽ i duas partes precipuas ſecare curabo in priori parte aliqua theologalia in poſteriori aliqua phiſicalia cum methaphiſicalibus ponam Quo ad priorez partẽ aliquas queſtiones q̃ram. ¶ Prima an charitas creata ẽ neceſſaria ad ſalutẽ. ¶ Secũda an charitas infuſa reſpectu act⁹ meritorij efficientiaz obtineat. ¶ Tertia an

Actus elicitus a maiori gratia ſit magis meritorius ꝙ actus elicitus a minori ſuppoſita equali intenſiõe actus. ¶ Quarta de reciproca actiuitate actus ⁊ habitus inſtantanee producti: partim: occaſione vnius argumenti. q. iiij. partim de habitu acquiſito charitatis et eius actu. ¶ Quinta an quis poteſt mereri gratiã et gloriã i inſtanti. ¶ Sexta an circũſtãtia tẽporis augeat meritum. ¶ Septima an tantum mereť habens actum meritoriũ interiorem tantum ſicut habens exteriorem iunctum: et tantum gratie infuſe acquirat. ¶ Octaua an aliquis actus eſt intrinſece meritori⁹ ¶ Nona an charitas ſit diminutibilis ¶ Propterea primo ꝗritur an gratia creata ſit viatori neceſſaria ad ſalutem: ¶ Reſpondetur per aliquas cõcluſiones. ¶ Prima eſt ponenda eſt aliqua charitas accidẽs aĩe inherens. ¶ Secunda cõcluſio deus poteſt aliquem ſaluare de potentia abſoluta ſine charitate. ¶ Tertia concluſio non eſt poſſibile ſecũdum legem dei iam poſitam aliquem ſaluari ſine charitate infuſa. ¶ Prima concluſio probatur auctoritate apoſtoli prime ad corin. terciodecimo ſi linguis hominũ loquar et angelorũ. Dices ibi loquitur de charitate increata. ¶ Hoc non eſt ad eius mẽtem: cũ in fine cap. dicat manent fides ſpes et charitas tria hec: Maior autem horum charitas. Non comparaſſet charitatẽ increatã cũ aliis duabus: nec dubiũ fuiſſet ꝙn charitas increata ſit maxima horũ. ¶ Item ad romanos quinto. charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris ꝑ ſpiritũ ſanctum qui datus eſt nobis. ¶ Inſuper hoc patet de ſũma trinitate et fide catholica ca. dãnamus ¶ Rurſus fides et ſpes infuſe ponuntur accidẽtia diſtincta a ſpiritu ſancto per magiſtrũ. ergo et charitas vel det diſcrimen. ¶ Item auguſtin⁹ in libro de vidẽdo deo. Ecce etiã charitas quãtulacũꝗ etiã in voluntate noſtra conſiſtit. nobiſꝗ conſpicua eſt nec in loco videť. nec corporalibus oculis: que nec ſuo ſectori viſu nec tactu teneť: nec audiť affatu: nec ſequiť inceſſu quãto magis deus ipſe cuius hoc pignus in nobis eſt. ¶ Hoc idem patet in epiſtola ad fortunatum. Et gregorius ſcðo moraliũ alia ſunt dona ſpiritus ſancti ſine quibus ad vitã neꝗꝗ ꝑtingitur. Alia quibus vite ſanctitas pro aliorũ vtilitate declarať. Et ſequitur. Manſuetudo nãꝗ humilitas patiẽtia / fides / ſpes charitas dona eius ſunt. ſine quibus ad vitam hoĩes peruenire non poſſunt ¶ Et in triceſimo ſeptimo bona ſũma ſunt fides ſpes et charitas: que cũ veraciter habenť: in malo infecti non poſſunt. ¶ Secũda cõcluſio probatur. deus poteſt dare alicui ſpiritum ſanctum: non dando eius donũ. et talis ſaluabiť. igitur. ¶ Inſuper aliquis eſt ſcript⁹ in libro vite ſecundum pſcientiã dei: vel eternam eius predeſtinationem et nõ ſecũdum preſentem iuſticiã. et talem poteſt deus ſic ꝑpetuo ſeruare ſine charitate. ¶ Tercio poteſt deus creare hominẽ ſine charitate et ſine culpa et acceptare talem ad vitam eternã: et actus eius ad premiũ: vel ei cõferre: ſicut cõmunit⁹ putať de beatitudine. anime chriſti ꝓmiũ ſine meritis. ¶ Tertia concluſio patet per apoſtolũ pme. ad cor. xiij. Si linguis hominũ loquar et angelorum: charitatem autẽ non habuero: nichil michi ꝓdeſt. ¶ Itẽ quĩtodecimo de trinitate capite octauodecimo. ipſa diuidit inter filios regni et ꝑditionis. eſt veſtis nuptialis mathei. xxij. ſine qua nõ ꝑueniť ad nuptias. ¶ Cõtra pmã cõcluſionẽ arguit. argumentis magiſtri que introducit in littera: quibus mouebatur nullã ponere charitatem creatã. octauo de trinitate capitulo ſeptĩo q. proximũ diligit: ꝯſequẽs ẽ vt ipſam dilectionem precipuo diligat. deus autẽ dilectio eſt. q manet in dilectione in deo manet. octauo capitulo eiuſdẽ libri ſimilem ſententiã ponit. ¶ Sed ad iſtas auctoritates et ſimiles ſicubi inueniãť diciť: ꝙ intelliguť de charitate increata. charitas increata eſt ſpũs ſanctus: creata habitus inclinans habentem in actus meritorios. ¶ Contra ſecundã concluſionẽ arguitur. bene ſequitur ſortes eſt ſaluatus. ergo ẽ deo charus. ergo habet charitatem. nemo poteſt eſſe alb⁹ ſine albedine. ergo neꝗ charus ſine charitate. ¶ Diſtinguitur pmo pñs vel charus formaliter. et ſic non oportet. vel in acceptatione diuina: et ſic conceditur potiſſimũ in actu meritorio ẽ acceptatio diuina Non eſt ſimile de albo qð fieri non poteſt tale ſine albedine ¶ Contra terciã concluſionem argumẽtor. qualibet charitate ſine ſortes poteſt ſaluari. ergo ſortes põt ſaluari ſine charitate. tenet ꝯña noĩa et verba tranſpoſita idem ſignificant ſcðo ꝑiarmenias ſeruatis ꝓprietatibus logicalib⁹. quẽadmodũ eſt hic. de ampliatione non eſt ſermo termini eodẽ ſupponũť. ¶ Inſuper ſingulares iſtarum duarũ ex parte termini charitate equiualent ergo ille due equiualent patet aſcendendo ſub termino charitate copulatiue cum vtrobiꝗ diſtribuiť ¶ Ad primum nego ꝙ equiualeãt ille aſſumpte prior eſt vera: ſcða eſt falſa. eſt determinatio accepta vnica acceptione cũ ſuo determinabili in ſcða: nõ autem in priori. ¶ Ad ſecundũ nego ꝙ poteſt vniformiter capere ſingulares ſub illo termino charitate i vtraꝗ. oportet deſcendere diſiunctim in vna ſic ſortes poteſt ſaluari ſine hac vel hac charitate ⁊ ſic de ſingulis ¶ Ulterius diciť quando habes hanc modalem diuiſam conceſſam ſortes poteſt ſaluari ſine charitate nõ habes concluſionem que eſt modalis ꝯpoſita. non pono diſcrimen iter poteſt et poſſibiliter ẽ. nec dabiť detineſſe per hanc ſortes ſaluať ſine charitate: ſed ꝑ plures ſingulares ſic: ſortes ſaluať ſine hac charitate ſortes ſaluatur ſine hac charitate. modo quelibet illarũ eſt poſſibilis. Nulla eſt apparentia taliũ cõſequentiarũ poſſibile eſt ſortem ſaluari ſine hac charitate. poſſibile eſt ſortẽ ſaluari ſine illa charitate. et ſic de ſingulis ꝗ poſſibile ẽ ſortẽ ſaluari ſine charitate patet ex artib⁹ Non ſto in talibus nullã charitatem habens põt mereri. nullam charitatem habendo tu potes mereri. omnia illa ſunt ꝑuia intelligenti logicã: ſiue exponanť ꝑ dũ / ſi / vel quia nulla eſt difficultas. ¶ Secũdo arguitur contra eandem concluſionem. aliquis actus ẽ meritorius elicitus in peccato mortali. ergo charitas nõ eſt neceſſaria ad ſalutem. ꝯña claret probatur añs. eliciat ſortes dilectionẽ proximi in peccato mortali deteſtetur ſuũ peccatum mortale continuãdo ſuũ actum dilectionis ꝓximi tunc ſic. pro iſto actu dabitur vita eterna hic actus ẽ elicitus in peccato mortali. ergo pro actu elicito in peccato mortali dabitur vita eterna. ¶ Inſuper nec hec charitas eſt neceſſaria ad ſalutẽ nec illa. et ſic de ſingulis. ergo nulla charitas eſt neceſſaria ad ſalutem. añs patet per aſcenſum. quacũꝗ charitate data ſine illa põt eſſe ſorti ſalus igiť. ¶ Ad primũ pono propoſitiones. ¶ Prima eſt pro actu facto in peccato mortali dabiť vita eťna Patet per argumentum: cum pro eo cõtinuato tẽpore infuſionis gratie dabiť vita eterna et ille actus fuit elicitus in pctõ mortali. igitur. ¶ Secunda propoſitio aliquis eſt

actus meritorius vite eterne factus in pctō mortali
patꝫ ex prioꝛi: et ex ampliatione participij factus.
¶ Tertia propoſitio nunꝗ̄ pro actu elicito in pecca
cato mortali datur gratia per talem electionē. ⁊ illo
tēpore quo actus eſt cū mortali pctō actum habens
non meretur gratiā nec gloriā: bene tamē pro alio tē-
pore. et hoc totum cōſurgit: eo ꝙ idem actꝰ numero q̄
eſt bonus moraliter elicitus cū mortali continuatus
libere poſt inſtans infuſionis gratie incipit eſſe meri-
torius in illo inſtanti et poſt illud inſtans erit merito
rius. ¶ Ad ſecūdum dicitur ꝑ ꝓpoſitiones. ¶ Pri-
ma nulla charitas eſt neceſſaria ad ſalutem de lege iā
poſita patet ꝑ argumentū: ¶ Secunda propoſitio ne
ceſſe eſt habere charitatem. ſi ſortes debeat ſaluari ſe
cundum legem vt neceſſe cadat in totam conditiona-
lem. ¶ Tertio arguiꝰ aliquis eſt charus deo ſine cha
ritate. qḋ patet proferat ſacerdos ego te baptizo. ⁊c.
ſuꝑ vno paruulo q̄ in primo inſtāti non eſſe verborū
moriatur Arguiꝰ ſic talis ſaluabitur. ergo eſt deo cha
rus ſecūdū legem: et tamen non habuit charitatem in
aliquo inſtanti vite ſue. ¶ Inſuper ponatur ꝙ deus
precipiat ſorti diligere eū aū a inſtans terminatiuū
hore future omittat ſortes. et ſucceſſiue cadat i furtā
vel temulētiā. iam ſortes eſt in peccato mortali ante a
inſtās: tenēdo alterā ſolutionū in. xvi. di. quarti ⁊ad
huc eſt in gratia. ¶ Preterea idem actus eſt merito-
rius et demeritorius. patet de actu quo quis facit ali
quid propter deū et inanem gloriam venialem q̄ duo
bus actibus equiualet quorū alter eſt bonus. ergo ſal
tem iſte eſt bonus. ¶ Rurſus aliquis ſimul et ſemel
meretur et demeretur. nec poſſunt dari diuerſi actus
ad hoc ſaluādū. ergo per eūdem actū aſſumptum ptꝫ
precipiat deus ſorti nolle mereri toto iſto die vel hora
ſortes non poteſt illud preceptum tranſgredi nichil fa
ciendo. quia ſequitur ſortes nichil facit. ergo nō mere
tur actu elicito. Nec poteſt preceptum trāſgredi actu
demeritorio quia ſi ſic ſit ita ꝙ non habeat actū eli-
citum niſi illū quē ponit aduerſarius eſſe demeritori
um. Si ille cōceditur ſimul eſſe meritorius: habetur ꝓ
poſitū. Si non tunc non mereꝰ actu elicito ergo non
trāſgreditur preceptū illud. nec p̄t actu meritorio pa
ri ratione: nec actu indifferēti. ergo vel nullo actu p̄t
illud preceptū tranſgredi: vel actu meritorio ſolum.
¶ Sed dices ſortes poteſt trāſgredi preceptū datum
licet non mereatur actu elicito: ſufficit ad tranſgreſ-
ſionem ꝙ habeat voluntatē nō implendi qḋ ſibi preci
pit: vel faciendi ſibi inhibitū. vt volens occidere eſt
tranſgreſſor precepti de homicidio. et tamen velle oc-
cidere non plus eſt occidere ꝗ̄ velle mereri actu elici
to ſcienter contra p̄ceptum ſit mereri. ¶ Contra po-
natur ꝙ nichil ei imputetur ad tranſgreſſionem illius p̄
cepti niſi actus meritorius elicitus. ¶ Ad terciū re-
ſponſum eſt in ſua materia alibi. ¶ Ad aliud dictum
eſt in ſecūda. q. ſeptimedecime diſtinctionis quarti.
¶ Ad aliud diciꝰ ꝙ talis actus eſt ſolum demeritoriꝰ
nec duobꝰ actibus (vt dictuꝫ eſt) equiualet. ¶ Ad aliud
inter arguendū ſufficienter dictum eſt ad replicā vſqꝫ
in calce poſitam et vlterius dicitur ꝙ illud non eſt ra
tionabile qḋ precipiꝰ. ¶ Dubitatur an charitas infū
datur ſecūdum ꝙ homo meretur: vel inſtanti terminā
te actū? ¶ Reſpondetur deus poteſt infundere ſcḋm
ꝙ ei placet. ſed de lege conforme rationi videꝰ: ꝙ deus
creet gratiā ſecūdū ꝙ homo meretur. ſi in inſtāti. in il
lo infundit gratiā. ſi ſucceſſiue: partibiliꝰ creat gratiā
Ratio charitas concurrit ad actū meritoriū. et deus
dat viro ſuū auxiliū vt mereatur ſecundum ꝙ homo
habet bonū actū. ¶ Aliqui dicunt ꝙ pro actu remiſ-
ſo nō daꝰ gratia quibus nō credimus. Et arguitur ꝙ
ſic vel requiriꝰ ꝙ actus ſit alicuius certe intenſionis
ad hoc ꝙ gratia infundatur? ⁊ q̄ro quāter et dicere ne
ſcis. ſequitur ergo ꝙ quecūqꝫ intenſio gradualis ſuffi
cit ad gratie infuſionem ¶ Sed cōtra hoc argumenta-
tor apocalipſis. iij. Scio ego opa tua: quia neqꝫ frigi
dus es neqꝫ calidus. vtinam frigidus eſſes aut calidꝰ
¶ Inſuper abſonū videtur ꝙ deus expectet cōcurſū
voluntatis creando gratiā. ¶ Reſpondeꝰ illa aucto
ritas nichil eſt contra nos. per frigidum intelligitur
ille qui timet peccare formidine pene: per tepidū ocio
ſum. ¶ Ad aliud negatur id eſſe abſonū. nunqd deꝰ
concurrit cū cauſa ſcḋa qualibet et interdum in crea
tione expectat diſpoſitionē cauſe ſcḋe vt in creatione
aie intelle ctiue poſt materiam diſpoſitā in matrice.
¶ Circa hanc queſtionem dubitatur vtrum oīs actꝰ
elicitus a gratia ſit meritorius vite eterne. ¶ Reſpō-
detur affirmatiue. Probatur per cōmunē modum lo
quendi in theologia. ¶ Et confirmatur ſi hoc nō eſ-
ſet verū: maxime inſtaretur de actu ipſius reprobi. ſꝫ
ibi non eſt inſtandū. ſtat ꝙ eliciat actū elicitū a gra
tia cum maiori conatu circa ita bonū obiectū ſicut fa
cit ille electus. ſed cōſtat ꝙ electus meretur vitā eter-
nam. ergo reprobus. ¶ Preterea ſi non merebitur vi
tā eternā hoc ideo eſſet quia non habebit vitā eternā
¶ Hoc non vꝫ beatus petrus in negatione demeruit
vitā eternā. et beata magdalena in ſuis operibꝰ mor-
talibus ⁊ tū iſti non habuerūt penā eternā. ¶ Simi
liter ſi rex ſtatuat ꝙ aliquis propter a actū mereatur
ꝑ premiū infra vnuꝫ annū vꝰ mēſem ſi talis incurrat
crimen maieſtatis leſe perdit priora merita. nec habe
bit premiū. ¶ Sed cōtra hanc concluſionē arguitur
ſic iſte ſimpliciter ⁊ abſolute meruit premiū vite eter
ne. ergo ſimpliciter ⁊ abſolute ſibi reddetur premiū
vite eterne. deus reddit vnicuiqꝫ ſcḋm merita ſua ſꝫ
ſi iſte non habeat vitā eternā non p̄miabiꝰ p̄mio ſecū
dum meritū ſuum. Nō vꝫ dicere nunc meretur vitam
eternā: ſed nunꝗ̄ meruit vitā eternā ſicut henricus iu
romā: ſꝫ nunꝗ̄ fuit romā: niſi attigat romā. ¶ Hoc
non valet ſi illa de preſenti ſit vera poſt lapſum tēpo-
ris meriꝰ veritatē ꝓpoſitiōis de preterito. ¶ Inſu-
per ſuſceptio ſacramenti nō eſt homini reprobo meri
toriū vite eterne. ergo nec aliqua eius operatio. An-
tecedens pꝫ per magiſtrū ſententiarū. iiij ſētē. di. iiij.
ca. primo recitātē dicta beati aug. ꝙ ſacramenta i ſo-
lis electis efficiunt qḋ figurāt ¶ Ad primum nega-
tur ꝯña niſi in ꝯſequēte apponatur/ niſi impediat re-
munerationē culpabiliter et ꝑdit merita ſua ſine recu
peratiōe. nec hoc eſt cōtra legē mie vꝰ iuſticie. Sꝫ dictū
eſt in. iiij. di. xv. q. p̄ma quid habebit pro actibus ſu-
is meritoriis. ¶ Ad aliud negatur aīs. et ad proba-
tionem. non eſt illud intelligendum quia vere et reali-
ter recipiant gratiā per quā ſunt ſub merito vite eter
ne. ſed intelligitur ꝙ per illā nō ꝯſequētur de facto vi
tā eternā quia cadent a gratia et merito. ¶ Secūdo
principaliter arguitur qḋ nō conuenit alicui niſi ſub
certa ꝯditione et ipotheſi ſi conditio ſimpliciter non
ſtat. illud ſimpliciter et abſolute non conuenit illi. ſed
iſti reprobo exiſtenti in gratia non cōuenit mereri vi-
tam eternā niſi ſub coditione et ypotheſi perſeueran
tie finalis: et cū excluſione finalis ipenitētie. ¶ Pre-
terea nullos reprobos poteſt ſaluare. igitur nullus re-
probus poteſt mereri vitā eternā. et oppoſito ſequitur

oppoſitum. antecedēs enim eſt verū in ſenſu compoſito. ergo conſequēs erit verū in eodē ſenſu. ¶ Ad primum negatur minor: immo ſimpliciter ꝛ abſolute meruit vitā eternam. ¶ Ad aliud dicitur eſt falſū in ſenſu diuiſo: et ſic cōceditur ꝑ̄ns in ſenſu cōpoſito concedo antecedens negando conſequentiā: in quocunqꝫ ſenſu ſumatur conſequens.

HOc autem vt intelligibilius doceri: ac plenius perſpici valeat premittendū eſt quiddā ad hoc valde neceſſariū. Dictū quidē eſt ſupra: ꝛ ſacris auctoritatibus oſtēſum ꝙ ſpūſſanctꝰ amor eſt patris et filij quo ſeinuicem amāt et nos. His autē addēdū eſt: ꝙ ipſe idē ſpiritusſanctꝰ eſt amor ſiue charitas: qua nos diligimus deū et proximū que charitas cū ita eſt in nobis vt nos faciat diligere deum et proximum: tunc ſpiritusſanctus dr̄ mitti vel dari nobis. et qui diligit ipſam dilectionem qua diligit proximū in eo ipſo deū diligit: q2 ipſa dilectio deus eſt. i. ſpūſſctūs.

¶ Diſtinctionis ſeptimedecime queſtio ſecūda.

SEcundo circa hanc. xvij. diſtinctionem queritur an gratia actiue ad actū meritorij ꝯcurrat? ¶ Nō pōt hic partitam magiſtri reſpōſiōēs Unomodo negatiue reſpōdendo. ¶ Cōtra quā ſic argumentor. nullus eſt actꝰ meritoriꝰ ſine charitate. ſed charitas eſſet otioſa ſi non ꝯcurreret. igitur non ſufficit preſentia charitatis. q2 ſic peccatū veniale eſſet actꝰ meritoriꝰ. cui charitas coexiſtit. ¶ Dices oportet actū eſſe bonū: et in vltimū finē relatum. modo nec veniale peccatū eſt actus bonus: nec actꝰ indifferens ſcd̄m ponētes. ꝓpterea reſpectu illoꝝ charitas nullam habet actionem. ¶ Propterea aliter argumētor. fides infuſa et ſpes infuſa inclinant in actus credendi ꝛ ſperandi. ergo hoc non eſt negādum a charitate aſſe. patet. et ſimul ꝓbare tendit de charitate nihil negādū eſt a natura nobili qḋ eſt perfectionis: vbi nō conſtat de oppoſito. q2 dignificāda eſt natura ſcd̄o de generatione ſed perfectōis eſt poſſe cauſare. ꝓpterea maxima cauſalitas ꝑme cauſe attribuitur. ſed nulle ſunt rationes ꝓbātes charitatē nō agere: nec auctoritates. ergo illud nō eſt negandū a tam nobili qualitate: que fidē et ſpē in nobilitate excupat ꝑme ad cor. xiij. maior horū charitas. mortia habemus ꝙ angelꝰ et homo nullā ſubſtantiā producere poſſunt ſecus autē in propoſito. ¶ Inſup auguſtinꝰ in enthiridiō capite. xv. cōparat gratiā ſeſſori: et voluntatē equo. mō ſeſſor multum agit ad domandum equum. ¶ Propter has rationes affirmatiue reſpondeo ad titulū q̄ſtionis. ¶ Contra hanc cōcluſionem argumētor multiplici argumēto (vt veritas eluceſcat) ꝛ primo ſic vl̄ charitas ꝯcurrit ad oēꝫ actū meritoriū vel ad aliquē ſic: et ad aliquē non: ſcd̄m non eſt dandum: quia parilis eſt ratio in omſbus. Sed primum improbo. ſequitur ꝙ charitas inclinaret ad ꝯtraria. hoc eſt falſum: cū ē agens naturale. modo idē inſtrū idem ſemꝑ natū eſt facere idē primo de generatione. ꝛ ſole potētie rationales valēt ad oppoſita ſcd̄o perihermenias: ꝛ nono methaphyſice charitas nō eſt potentia rationalis. igitur: et ꝯſequentia patet. interdū inclinabat charitas iudeū ad circūcidendū ſuū paruulum modo inclinat eū ad oppoſitū. Et ſi religioſus preciperet ſorti nouitio mundare clauſtrū: et prohiberet platoni. charitas inclinat ſortē ad velle mundare clauſtrū: et platonem ad nolle mūdare. ¶ Reſpondetur charitas inclinat imediate ad placēdū deo: ꝛ ad omittendū omne quod diſplicet. ꝛ mediate in oēꝫ actū meritoriū. ¶ Uel ſic (ꝛ melius) cōcedēdo ꝙ charitas inclinat ad oppoſita ſucceſſiue: ꝛ ſimul reſpectu duoꝝ hoīm. vel reſpectu duorum actuū in eodē compoſito. ꝛ non inconuenit hoc in inſtrumento dei. ¶ Sed ꝯtra hoc argumentor. ergo calor inclinat in productionē frigoris: ꝛ caloris: cū ē inſtrumētū dei: cuius q̄libet cā ſcd̄a eſt inſtrumentū abeo dependens ¶ Homo poteſt dicere non eſt ſpeciale inſtrumentū calor ſicut gratia nō ē idē. ſed illā ſpecialitatē retentere tibi relinquitur. ¶ Dico ad principale argumētū nō inconuenire agens naturale ꝯcurrere ad cōtraria quū eſt partiale agens ſecum requirens ad agēdū cauſam liberam. noticia cōcurrit ad productionem dilectionis ſortis. ſtante eadē noticia quis ꝓſequitur ſortē odio. ergo notitia que prius ꝯcurrebat ad dilectionem tūc concurrit ad odiū. ſecus eſt de calore qui nō requirit agēs partiale liberū ad concauſandū: intelligo de cauſa ſcd̄a quelibet cauſa requirit cauſalitatē dei ad cōcauſandū. qui eſt cā libera. ¶ Et per hoc patet ſolutio auctoritatum. idem inſtrum idem ſemꝑ natū eſt facere idē in agente naturali qḋ nō requirit cauſam liberam ſcd̄am ad ſecum concauſandū. Eodemmodo dicatur ad illud potētie ſole rationales valēt ad oppoſita. ¶ Sed ꝯ hoc argumētor vel charitas inclinat nūc ad occidendū ſortē vel nō: ſi ſcd̄m. ergo ſi deus precipiat platoni occidere ſortem eū nō inclinabit. ſemꝑ calor eſt aptus natus producere calorē. et nullatenus frigus. ¶ Ad iſtud ptꝫ reſpōſio ex dictis. ¶ Sed ꝯ principalē argumenti ſolutionē oppugnatur. nullus habitus inclinat in actū alterīꝰ virtutis immediate: ſed ſolū mediante ſuo actu elicito: actus charitatꝭ eſt diligere deū et proximū ſicut ſeipſum. ergo charitas nō inclinat in actum temperātie. vel iuſtitie niſi mediāte actu ſuo. ¶ Reſpondetur maior eſt vera de habitibus qui ab actibus naturaliter emergunt cuiuſmodi nō eſt charitas. ¶ Scd̄o dicitur cōcedendo maiorē. quilibet actus meritorius eſt actꝰ charitatis infuſe: ꝛ eque imediate inclinat in oēm actuꝫ meritoriū. nō mediatius inclinat charitas ī dilectionē proximi q̄ ad ieiunandū: vel ad expectandum in bello quū oportet: ꝛ ſic de alijs virtutibꝰ cardinalibus infuſis. vt iuſtitia fortitudine et ſiīibus. tēperantia infuſa inclinat imediate in quēlibet actū tēperantie. nō infundūtur tot habitus infuſi quot dabiles ſunt actus in ſpecie diſtincti tꝑantie. quia ſic darentur infiniti habitus infuſi: qḋ nondū cōceſſum eſt. Et charitas infuſa eſt agens vniuerſalius q̄ temperātia infuſa: vt eſt ſol reſpectu cauſe particularis. ¶ Sed cōtra iſtud argumētor. hoc dato quis poteſt euidēter ſe cognoſcere habere charitatē infuſā. hoc eſt falſuꝫ nemo ſcit an amore vel odio dignus eſt. Eccleſiaſtici. ix. ꝯſequētia patꝫ. poteſt quis experiri ſe habere actū intenſiorem q̄ ante habuerit. et pōt cognoſcere ꝙ non magis conatur q̄ ante conatus eſt, ergo poteſt

BIBLIOTHECA ... FERDINANDUS

cognoſcere ꝙ intēſio actꝰ a charitate emanat. ¶ Preterea non dabitur ſecundum hoc intenſiſſimus actus quem voluntas pōt habere. patet ſi capacitas actiua anime fortis terminaē in decem gradibꝰ. ſic ꝙ hos poteſt habere et non plures. ob ſuperuenientē charitatē plures actus habere poteſt quodlibet agens finitū potens in aliquē effectū ſi iuuetur ab alia cauſa poteſt in maiorem effectum ꝙ̄ ſi ſe ſolo ageret. ſi fortes pōt ferre decē libras ſe ſolo cum ope alterius pōt ampliꝰ ferre vel ſi decem libre ſint minimū pondꝰ qđ fortes leuare poteſt: eas leuare pōt cū ope platonis. ¶ Reſpondeē ad primū negando ꝯñam. difficile eſt viro cognoſcere quādo ſuus actus eſt intenſior vel remiſſior. multi putant actū non eſſe intenſibilē. ¶ Inſup neſcit an deꝰ magis auxiliaē: vel ipſe eſt melius diſpoſitus ꝙ̄ alias in corpore et in mente: nō inficior qui aliquis pōt habere certitudinē moralē ꝙ ipſe eſt in charitate ¶ Ad ſecundum concedo ꝙ nō datur intenſiſſimꝰ. actꝰ quē voluntas poteſt habere cū charitate. q2 ſemper ad maioritatem charitatis maiorabitur cōcauſalitas. ⁊ ſic voluntas pōt in maiorē effectū ꝙ̄ ante. ¶ At dicis. ex iſto ſequiē ꝙ charitas ſuapte natura reſiſtit cuilibet petō mortali vel veniali. ptꝫ. quodlibet agens qđ inclinat naturaliter in vnū effectū reſiſtit ꝯtrario illiꝰ effectꝰ. calor reſiſtit frigori. Et ſi dicas id eſſe ob incōpoſſibilitatem. hoc ptꝫ de forma ſubſtantiali aque que ꝓducit frigus que reſiſtit calori producēdo. ¶ Concedo conſequens. ꝙ charitas reſiſtit peccato ¶ Quo fit habens charitatem facilius exit in actū bonum ꝙ̄ eam nō habens. ¶ Scđo ptꝫ hñs magnā charitatem propenſius exit in actū meritorium ꝙ̄ paruā habens ¶ Secundo principaliter arguitur. ſequeretur ꝙ aliquis eſſet actus meritorius non volitꝰ. hoc eſt inconueniens. igiē. patet totus actꝰ meritorius fortis cauſaē a duabus cauſis ſcilicet a volūtate et a charitate. illa pars actus que cauſatur a gr̄a nō cauſatur a volūtate. et ſic vna pars actus meritorij erit non meritoria. ¶ Forte dicis nō inconuenire actū meritoriū ꝯſtari ex duobus actibꝰ nō meritorijs: vt ſcutū integraē ex duabus medietatibus quaꝝ vtraꝗ eſt non ſcutū. ¶ Contra actus platonis vt vnū eſt meritoriꝰ. ꝫ q̄libꝫ medietas actus fortis intenſi vt duo. alioquī intenſio acciut obeſſet. ¶ Preterea ſequitur ꝙ charitas inclinaret ad velle aſſentire falſo: ⁊ ad cognoſcendā alienā. ptꝫ ſi ſit ignorantia inuincibilis erit meritū hāc velle cognoſcere ꝙ̄ inuincibiliter credit eſſe ſuā. Eodē modo de vetula q̄ vult aſſentire alicui ꝓpoſitioni cuiꝰ oppoſitum nō teneē ſcire q̄ eſt p̄dicata a prelato famato in vita et doctrina. ¶ Ad primū nego ſequelā. quelibet pars actus meritorij eſt meritoria. magna pars eſt magni meriti et parua minoris meriti Et per hoc ſoluiē argumentū ꝙ nemo ꝑ actū finitū meretur īfinitū premiū gradualiter: eſto ꝙ īfinitas ptes cathegorematice ꝯtineat actus meritoriꝰ: quarū quelibet eſt meritū Argumentū preſupponit falſū. ꝙ vna pars actus cauſeē a ſola volūtate: ⁊ alia pars a ſola gr̄a. totus actꝰ ⁊ quelibet pars eius cauſatur ab vtraꝗ illarū cauſarum. totꝰ actus cauſaē a gratia: ſꝫ nō totaliter. Quo fit hec conſequētia eſt nulla. voluntas et gratia ꝓducunt actū meritoriū vt octo. ꝫ volūtas ſe ſola poteſt ꝓducere meritū vt duo vel vt vnum. ¶ At dicis habeat fortes dilectionē proximi vt duo qui eſt in peccato mortali. deteſtetur ſuum mortale. iam ſuperinfūdetur gr̄a, conetur volūtas eodē modo vt priꝰ. ⁊ concurrat vltra ad dilectionē gradualē vltra duo. tūc dabiē actus meritoriꝰ ad quē gr̄a nō cōcurrit. ¶ Rñdetur admittendo caſum: q̄ ad primā partē. ſed inuoluit pugnantia q̄ ad poſteriorē partē. ꝙ eodē modo conetur vt prius et erint p̄ciſe duo gradus dilectionis. cū voluntas eodē modo conatur vt prius: tantū agit vt pꝰ ergo ſe ſola poteſt producere ſecundum illam actionē duos. tunc ob ſuperueniens auxilium maior effectus ꝓduciē ab illis duabus cauſis. ¶ Sed dices nō continuatur idem actus dilectionis: quia tunc actus meritorius et nō meritorius eſſent eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime. ſed hoc non. effectus producti a cauſis ſpecie diſtinctis ſpecie diſtinguūtur. ⁊ hoc in effectibꝰ volūtatis et intellectus. alioquin tibi tenebitur ꝙ opinio error et ſcientia de eodē obiecto propinquo idēptificanē in ſpecie. ¶ Reſpōdeē concedēdo ꝙ actꝰ meritorius ⁊ nō meritoriꝰ ſūt eiuſdē ſpēi ſpecialiſſime ſubſtantialiter et entitatiue: non autē in gñe meriti. nec ſemper a diſtinctione cauſarum ſpecifica in actibus anime arguitur ſpecificum diſcrimen effectuum: ⁊ potiſſimum quando diſcrimen oritur ab habitu. quia ſic actus primus habitus generatiuus: et actus ſequens ab illo habitu emanans ſpecie differrent. quod eſt falſum. ¶ Item inclinatus habere actus meritorios q̄ in eo generant habitum amiſſa charitate ille habitus et voluntas poſſunt exire in ſimiles actus in ſpē ante acquiſitionē charitatis. igiē. ¶ Fortaſſe dicis ſicut dicit quidē actus diligendi deū nō eſt actꝰ ꝟtut. moralis. ſꝫ actꝰ gr̄e ſupnaturalis. ⁊ ſic ꝑ huiꝰmōi actꝰ nō gn̄aē habitꝰ moralis. Probat ſi ſimul augereē habitꝰ moralis qū augeē gr̄a tunc minꝰ augereē gratia. q2 facilius eſt augere gr̄am per ſe: ꝙ̄ gr̄aꝫ ⁊ hitū moralē ſimul ⁊ habitus genitꝰ impediret augmentū gratie. ſic in prima queſtione dicit (et quidē male) deus creat gratiam. et actus naturaliter generat habitum. et ſecūdū hoc nulla eſſet charitas acquiſitā habitualis. et illa habitualis eſt occaſionalis cauſa maioris gratie infuſe. Climeton.

¶ Ad ſecundum nego ꝙ charitas inclinat ad velle aſſentire falſo. vel ad velle alienam cognoſcere. hoc eſſet ad illicitum inclinare. tamen ad alienam velle cognoſcere charitas inclinat. ad falſo velle aſſentire inclinat in ipoteſi data in quarto diſtinctione quinta queſtione vnica. in vndecima diſtinctione eiuſdem ꝓbare ſategimus ꝙ bona vetula aſſentiēs p̄lato predicanti hereſim cuiꝰ oppoſitū nō teneē ſcire explicite nō peccat imo tātū mereē ſicut alia vetula ꝟo aſſētiēs p̄dicato ab alio prelato. Sed ad hoc argumentū non viget. ſi ille actus ſit malus ad ipſum non concurrit charitas qui tenet poſitionem de cōcurſu charitatis non habet reſpondere an a actꝰ vel b ſit bonꝰ. ſat eſt tueri ſi bonꝰ ſit ꝙ ad eū īclinat charitas. ¶ Tertio argumentor. ſi concluſio contra quam obiectamus ſit vera. aliquis actꝰ voluntatis ſubito de erit. conſequens eſt inconueniens. ergo et antecedens quod eſt concluſio. Patet cōſeqentia. diligat fortes platonem duodecim gradibus dilectionis: ita ꝙ illi gradus ſunt intēſiſſimꝰ actus quē fortes pōt habere cū hac charitate. ſꝫ nō pōt hēre vltra nouē gradꝰ ſine charitate. tunc iterum ponaē, ipſo etiam actū ꝯtinuāte ꝙ odio proſequatur ciceronē. ipſo volente ſemp equaliter diligere platonem quantum eſſet parte eius. hoc eſt ſecundū extremū ſue potētie. Iſto caſu poſito deus ſubtrahet ociſſime charitatem. ſi odium elicitatur inſtantanee. in illo ſubtrahetur charitas per remotionem de preſenti. quo facto tres gradus dilectionis rapiſſime deſinunt eſſe. et potes argumentū deducere de dilectiōe

ponendo ꝙ ſortes habeat intenſiſſimum actũ quẽ põt habere ſine grã. ⁊ ſup infundat̃ gratia ob deteſtationem alterius actus tres gradꝰ ſimul infundent̃. ¶ Reſpondetur concedendo illatum. nec hoc eſt diſſonum quando deus ſubito ſubtrahit agens. ſed totus actus ſincathegoreumatice non raptim fluit. ſic gratia ſuperueniens inſtantanee eueſtigio cauſando ſuam portionem quo ad intenſionem actus appponit. ¶ Sed dicis voluntas ſine gratia habebat nouẽ gradꝰ dilectionis. ꝓpter gratiam ſuperuenientẽ volũtas habebit tres vl̃ duos gradꝰ dilectionis. videt̃ ꝙ voluntas poteſt ſuos nouẽ gradus ꝯſeruare ſe ſola quos produxit ꝑmo ſine gratia. facilius eſt vel ſaltẽ non minꝰ facile ꝯtinuare motũ ꝙ̃ principiare. ¶ Reſpondet̃ volũtas quantũ eſt de ſe poteſt illos nouẽ gradus ꝯtinuare. et continuaſſet ſi placuiſſet ſine charitate ſupuenientẽ. ſed in preſentia charitatis nõ illos ſolitarie conſeruat. ſicut calor vt octo ꝓduxiſſet calorem vt octo in b paſſum ſi non ſuperueniſſet calor c. ſed c calore poſito in ſpera agendi a calor non producit totũ nec totaliter cõſeruat calorem a ſe ipſo productũ. ſi vnus ignis calefaciat aquam alter ignis in fine actionis ex altera parte poſitus cũ igne producente calorem conſeruat calore iam productũ. ¶ Vel (vt accommodatior ſit analogia) capiatur calor quatuor graduũ q̃ produxit q̃tuor in b paſſum. poſita c calore vt ſex iuuat a calorem conſeruare calorẽ ꝓductũ. et iterũ ꝓducit. ſed nõ eſt penitus idẽ in hac ſcala intelligẽtie: cũ calor vt quatuor nõ ꝯcurrit vltra q̃tuor. ſ3 voluntas q̃ habuit maximũ actũ quẽ poterat habere vt nouẽ ob ſupuenientẽ gratiã et animã irrorantẽ ad maiorẽ actũ concurrit ꝙ̃ prius. ¶ Sed contra iſtud argumentor ponatur ꝙ charitas ſit in anima et ſortes diligat platonẽ ꝓpter deũ et deus ĩpediat actiuitatẽ charitatis. hoc eſt non mouet charitatẽ ad agendum. tũc dilectio ſortis eſt meritoria: ⁊ tamẽ ad illud meritũ non concurrit charitas. ergo ſufficit coaſſiſtentia charitatis ⁊ nõ requiritur coefficientia. ¶ Admitto caſum ꝙ nõ coagat cũ actione charitatis: tunc non agit. ſed ex illo nõ probas qui ex ſua natura ad actum meritoriũ cõcurrit. vt in igne regis babilonis danielis. iij. licet pueros nõ calefecit ignis. tamẽ ignis erat calefactiuꝰ. ſed an ille actus erit meritorius ĩ caſu me fugit. deus poteſt dare aliã legẽ vel facere ꝙ ſufficiat coaſſiſtentia charitatis. vel ꝙ nõ requirat̃ cauſalitas. nec coaſſiſtẽtia. et ſic hoc argumẽto tenuiter ꝯcluſionem feris.

ceptibilia in eodẽ informatiue pñt conſtituere aliq̃d
vere vnũ illius ſpeciei et de qualibꝫ forma vnius ſpe
ciei ſubiecto aliquo informatiue receptibili eſt dare
tñ ꝙ non maius intenſiue et naturaľr ſine miraculo
ſimul ẽ receptibile in illo ergo etiã et tot alicui⁹ deter
minate pfectionis ſimul ꝙ non pl'es. Unã partẽ reci
pio qꝛ dictis et dicendis rationi conſentaneũ iudico
aliã partẽ reputo falſam ſcilicet ꝙ detur ſtatus in ha
bitib⁹ eiuſdẽ ſpẽi ¶ Unũ ſic arguo. capacitas aĩe paſ
ſiua eſt infinita et tñ in ſe recipere põt ſicut agens pt
introducere in eam et cũ inter aliquos habit⁹ eiuſdẽ
ſpeciei nulla eſt repugnantia et ad habitũ aĩa non cõ
currit actiue nõ eſt ſtat⁹ in habitu eiuſdẽ ſpẽi. ¶ Se
cundo arguiť ad idẽ ſignetur maximus habitus poſ
ſibilis naturaliter ad intentionẽ tuam et ſic a ꝯſtata
ex habitibus viginti hoĩꝫ vel noticia ſortis vigeſimi
primi producit ſpeciem vel habitũ vel nõ põt produ-
cere ſi primũ habeo propoſitũ ꝙ nõ eſt ſtatus ſi ſcd̃m
quero abs te vnde hoc prouenit cum ſcd̃us habitus
nõ repugnat prioribus et aĩa non impeditur circa ha
bitus niſi voluntarie loquaris debes pari ratione po
nere ſtatũ in habitibus diuerſarũ ſpẽrũ teneo nullate
nus ſtatum in habitibus quin q̃buſcũꝫ habitib⁹ da
tis in aĩa ipſa poteſt habere plures et nũero et ſpecie
differẽtes ⁊ qñ ille ſic arguit qꝛ omnia eiuſdẽ ſpeciei
naturaľr ſimul receptibilia in eodẽ informatiue pñt
cõſtituere ⁊c. ¶ Inſuper lac cũ ſũma albedine re-
cipiet ſummã dulcedinem et ita in alijs qualitatibus
ſpecie differentib⁹ et tñ eſt ſtatus in forma. ¶ Ad pri
mus nego illd̃ qd̃ aſſumit nec ĩ hoc apparẽtiã video
¶ Ad ſcd̃m dico ꝙ lac quantũ eſt de ſe recipere põt
infinitã albedinẽ ſed quia agens non producit vltra
al bedinẽ datã illam recipit ⁊ nõ aliã et eſt ſimile dať

intenſiſſimũ lumen de facto in orbe vel in aere produ
ctum a ſole ſi deus produceret aliũ ſolem (ꝙ eſt bene
poſſibile) magis illuminatiuũ et aer et orbes celeſtes
intẽſius illuminarent. ¶ Preterea dato ꝙ ſit ſtat⁹ in
intẽſiſſimo habitu nõ euitabitur propoſitũ palam eſt
aĩam poſſe exire in intenſiorẽ actũ cũ habitu ꝙ̃ ſine
eo et tũc ſic argumentor aĩa adiuta auxilio habitus
põt exire in actũ intenſum vt vndecim que non pote-
rat exire in actũ niſi vt decẽ ſine habitu ſed q̃cquid
deus facit cũ cauſa ſcd̃a hoc põt facere ſine ea alioq̃n
nõ eſſet oĩpotens cum egeret ope cauſe ſecunde ad ꝓ-
ductionẽ vnius effectus quẽ ſe ſolo producere nequit
ergo quicq̃d poteſt ꝓducere cũ habitu põt ſe ſolo ſed
poteſt producere vndecim gradus actus cũ habitu ĩ
intellectu ſortis ergo et totidẽ põt producere ſine ha-
bitu ⁊ nõ pure paſſiue ſe habebit vt ſupra patuit in ꝓ
ductione vndecimi gradus et q̃ ratione põt produce
re vnũ gradũ põt duos tres q̃ttuor et ſic ſine ſtatu. ꝙ̃
cum ope ſpeciali dei aĩa põt habere actũ infinite intẽ
ſum a quo vitaliter ĩmutatur ⁊ ad quẽ cõcurrit. Sed
tunc dices capacitas actiua aĩe augetur. ¶ Reſpon
detur per propõnes. prima eſt capacitas aĩe non põt
augeri bene ſeq̃tur capacitas aĩe poteſt augeri et oĩs
capacitas aĩe eſt aĩa. ergo aĩa poteſt augeri in diſa-
mis ꝯcluſio eſt falſa et minor vera ergo maior falſa.
¶ Secunda ꝓpoſitio poteſt augeri capacitas actiua
aĩe patet plura pt capere. per auxiliũ ſpeciale dei licet
ſemꝑ equaliter conetur tñ ad cognitionẽ vel dilectio
nẽ pluriũ concurrit cum auxilio dei ſpeciali ꝙ̃ cum
concurſu dei generali. ¶ Tertia propoſitio lꝫ capa-
citas paſſiua anime nõ ſit res maior ꝙ̃ actiua eiuſdẽ
tamen ipſa eſt maior capacitas paſſiua ꝙ̃ actiua ſem
per loquẽdo de lege aĩa poteſt recipere infinitos gra
dus habitus et non poteſt vitaliter ĩmutari cum illa
influẽtia tot gradib⁹ act⁹ ¶ Quarta propõ reſpectu
actus aĩa equaľr recipit et immutať hoc eſt ipſa equa
liter in agendo et recipiendo agit ſemꝑ ad actũ ſicut
ipſum recipit. ¶ Tertia propoſitio ꝑncipalis dabi-
lis eſt intenſiſſimus actus quẽ anima põt habere cuꝫ
influentia dei generali ſine habitu vel cũ habitu certe
intenſionis. Probatur potentia actiua terminať ad
maximũ in qd̃ põt primo de celo ⁊ mundo et quicq̃d
ſit de minimo in qd̃ non põt qñ eſt reſiſtentia ꝓpter di
cta reſpectu potentie actiue tñ in maximũ in propo-
ſito terminatur cũ actus eſt ſalus aĩe et hoc intelligiť
cũ concurſu de generali q̃ concurſus ad oẽm effectuꝫ
producibilem eſt neceſſarius experientia etiã docet fi
nitatem potentie actiue. ¶ Contra tertiã ꝓpõem ar
guitur aĩa concurrit ad actũ infinite intenſum ergo
eſt infinite potentie ¶ Inſuper difficilius eſt habere
duos gradus actus ꝙ̃ vnum et difficilius tres ꝙ̃ du-
os et ſic ſine ſtatu ꝙ̃ eſt infinite difficultatis habere
actũ infinite intenſũ. ¶ Ad primũ negatur ꝯña cũ eſt
infinitũ auxiliũ extrinſecũ quẽadmodũ ſi fortes tra-
heret corpus infinite grauitatis cũ infinitis homini-
bus nõ eſt ꝓpterea maioris actiuitat' ꝙ̃ ſi ferret vnã
librã ſoluꝫ ¶ Ad ſcd̃m nego añs de actu elicito quo
ad gradus quis põt habere non eſt difficultas in actu
voluntatis et ſit difficultas ſi ſine ope extrĩſeca nulla
eſt coaleſcente auxilio ſicut coaleſcit effectus
¶ Sed adam in queſtione prelata tenet ꝙ aĩa ſepa-
rata vel angelus ſine miraculo in ſtatu patrie vbi cor
pus non aggrauat aĩam poteſt habere infinitas noti-
cias ſincathegoreumatice ſpecie differẽtes equaliter
pfectas et hoc concedit in puris naturalibus ſine gr'a

et ratio eſt dicit ꝙ cognoſcere aliq̄d non eſt niſi potē-
tiam cog[n]itiuā habere cognitionē formaliter ſed in-
ter illas cognitiões nulla eſt repugnantia ſed vna pōt
ſtare cū vna ergo cū quibuſcūq̃ aliis. ¶ Inſup hoc
ꝯtingit de habitibus ergo et de actibus ¶ Iſte rōes
non concludunt ꝓpoſitū et opinor oppoſitū verum
in primo argumento cōmittit fallatiam non cauſe vt
cauſe relinquit punctum quare aīa ſeparata non pōt
habere infinitos actus cū influentia dei generali ⁊ ſi-
ne habitu: ſꝫ ꝙ aīa eſt magis impedita cū pluribus
actibus q̃ cū paucioribus ergo tot poſſunt eſſe actꝰ
in anima ꝙ ipſa non poterit habere plures ſtantibus
prioribus. ¶ Ad ſcōm dico ꝯña eſt nulla aīa non vi-
taliter immutatur ab habitu pꝫ in dormiente ſecus
eſt in actu Gregoriꝰ in.ij.hunc doctorē ſequit̄ in no-
ticijs actualibus quare habentur habitus ꝓpter ſup-
plementū habitus ſed rationes eius in quarto diſtin
ctione quarta euacuaſſe putamus ¶ Sed ꝓ elucidio
ri enucliatione queſtionis pono propoſitiões Prima
eſt non datur maximū corpus poſſibile. ¶ Secunda
propoſitio non datur maxima multitudo creatura
rū producibiliū. ¶ Tertia propoſitio non datur ma
xima forma poſſibilis quo ad intenſionē. ¶ Quarta
ꝓpoſitio gratia anime xp̄i eſt infinita inteſiue Due
prime propoſitiones patē ſunt ex dictis cum auxilio
ꝓbationis tertie patet vel illa forma eſt infinite intē-
ſa adhuc deus pōt addere illi forme vnū gradū quo
facto erit maior q̄ continet tātūdē et amplius ſi te
neatur deū non poſſe producere infinitū pꝫ propoſi-
tio quia ſi non hoc eſt propter aliquas rationes addu-
ctas vl' adducibiles ꝓbantes aliquā formā finitam
eſſe maximam poſſibilem ſed adducte ſunt ſophiſtice
nec video. quo nā pacto alique ſunt adducibiles ad
ꝓbandū. Quarta ꝓpoſitio probatur qꝫ eſt perfectio
nis attribuendā eſt anime xp̄i vbi non cōſtat de op-
poſito ita ꝙ ſi opꝫ ex ignorantia noſtra in alterū illo
rū incidere vel tribuendo illi aīe qꝫ non habet vl' au
ferendo ab ea perfectionē quā habet ſatius eſt incide
re in primū ſcā decens eſt habere magnā gratiā ⁊ nō
repugnat aliquam eſſe infinitam vt in diſtinct.xiiij.
poſterius eluceſcet. ¶ Item per aduerſarios datur
illi anime maxima gratia poſſibilis addo illi poſitio
ni nulla eſt maxima poſſibilis finita oportet ꝙ ſit in
finita Sꝫ hanc quartā propoſitionē proſequemur in
xiij.diſtinctione.iij. ¶ Contra ſcōam concluſionem
arguitur oēs anime cauſabiles deus poteſt cauſare.
quo poſito in eſſe deꝰ nullas plures pōt cauſare nec ali-
quas alias aīās patet iſtas aīas cauſabiles deus pōt
cauſare demonſtrādo tres animas cauſabiles et iſtas
aīas ⁊c̃. pōt cauſare ⁊ ſic ſine ſtatu ergo omnes ani-
mas cauſabiles deus poteſt cauſare tenet conſequen-
tia per aſcenſum. ¶ Forte dices illa eſt vera capien
do oīs diſtributiue ſed non capiendo collectiue:
¶ Contra hoc arguit̄ oēs anime ſunt cauſate. g̃ oēs
aīe poſſunt eſſe cauſate ab eſſe ad poſſe ſine ſigno di-
ſtributiuo. Sed dices (et ita dicēdū eſt) ꝯña non valet
cum ſigno collectiuo magis q̃ cum ſigno diſtributi-
uo quēadmodū non ſequitur oēs hoīes currunt ergo
oīa aīalia currūt. ¶ Sed ꝯ hoc argumentor demon-
ſtro oēs homines poſſibiles que obijciuntur intelle-
ctui diuino iſti homies poſſunt eſſe cauſati. ergo poſ-
ſibile eſt iſtos oēs eſſe cauſatos illa eſt vā in ſenſu di-
uiſo.ergo in ſenſu cōpoſito. ¶ Sed dices non ſequit̄
iſte poſſunt eſſe vere demonſtro duas cōtradictorias
ergo poſſibile eſt iſtas duas eē veras et regula illa nō

habet verum in plurali numero. Propterea aliter ar-
guitur iſta eſt indefinita oēs anime cauſabiles poſ-
ſunt eſſe cauſate ſiue oēs ſit pars extremi ſiue nō ſup-
ponamꝰ ꝙ non ſit ps extremi iam aīe cauſabiles ſtat
confuſe tm̄ copulatim tūc ſic iſte aīe cauſabiles demō
ſtrando duas et iſte demonſtrando tres vel quattuor
et ſic ſine ſtatu poſſunt eſſe cauſate.ergo oēs aīe cau-
ſabiles poſſunt eſſe cauſate copulatim aſcēdendo to-
tum copulatū ſupponit. Qꝫ pꝫ quelibet pars eiꝰ ſup-
ponit. g̃ hoc predicatū cauſate enūciatur de ſubiecto
cū mō poſſibilitatis ⁊ aſcendens eſt vera igr̄. ¶ Sed
dices totū ſubiectū non ſupponit ⁊ hoc cōſtat tenēdo
oēs eſſe partem extremi cuꝫ nulle poſſunt eſſe omnes
aīe cauſabiles etiā aīe cauſabiles non ſupponit coar
tatur a ſigno collectiuo ſtare ſcōm exigentiā ſigni vt
in iſta quilibꝫ homo currit in qua ly homo ſtat ꝓ ma
ſculis tm̄ et hoc pꝫ iſtā concedimus oēs apoſtoli dei
pauciores duodecim ſunt duodecim et oēs apl'i dei:
qui ſunt pauciores duodecim ſunt duodecim ſi ly qui
referat ly apl'i dei ſolum et non hoc totū omnes apo
ſtoli dei et probabile eſt ꝙ oēs non ſit pars extremi ta
men ſi apl'i dei pauciores duodeci non ſtaret ſcōm co
artationē ſigni collectiui illa eſſet falſa vt patꝫ inter
repugnantiā ſubiecti et p̄dicati. ¶ Sꝫ dices tunc in
iſta oīs apoſtoli dei ſunt duodecim ſtat ſolū ꝓ omni-
bus.ergo non debemꝰ deſcēdere ad duos vel ad tres
copulatim cum nō capimus inferiora illius termini
apoſtoli dei ſcōm acceptionē ſcōm quaꝫ capitur nul-
la pars copulati eſt inferior ad apl'i dei. ¶ Ad iſtud
nego ꝙ non ſufficienter deſcendit̄ et tranſeat ꝙ nul-
la pars copulati ſit inferior ad terminū illum ſufficit
ꝙ ille ſimul ſumpte ꝯpleant iferioritatē reſpectu termi
ni: vt iſte et iſte demonſtrando duodecim ſunt apo-
ſtoli dei inferioritas ſaluatur per hoc ꝙ deſtruantur
iſti et capiantur alij duodecim apl'i et ponēdo illā in
eſſe ſeruet̄ ſimilis coartatio ſicut in illa de poſſibili.

¶ Diſtinctionis ſeptimedecime queſtio.xvi.

Uperiori queſtione locuti ſumus de ma
xima forma nunc querendū eſt an detur
minima forma. Et q̄a aliqua forma ha
bet ptes extenſiuas et intenſiuas: aliqua
intenſiuas tm̄ hāc materiā in duas que
ſtiones partiemur quaꝝ prior mentionē
faciet de minimo ſcōm extenſioēꝫ que aditum prebet
ad minimū ſecundū intenſionē. ¶ Propterea nunc
queritur vniuerſaliuꝰ an detur minimū naturale.
¶ Titulus queſtionis nō intelligit̄ de minimo ſim-
pliciter: quia illud non poteſt eſſe: q: ſi eſt minimū eſt
paruū et per ꝯñs quantū.et ſic dato ꝙ teneamus cuꝫ
dīo democrito ꝙ continuū conficitur ex punctis: non
datur minimū in continuo. punctū impartibile non
eſt q̄ntum. quodlibet q̄ntum hꝫ partes ex q̄bus conſtet.
¶ Illo mēbro minimi ſimpliciter reiecto loquimur
de minimo naturali: puta an detur aliquod ita par-
uum cui repugnat minus eſſe extra ſuū totuꝫ.quia in
ſuo toto eſt infinitū parua pars. Nec de potentia dei
etiā loquimur.quantūcūq̃ partem quantūlibet par-
uam deus poteſt conſeruare extra ſuum totum ſicut
in ſuo toto conſeruatur.loquor ergo naturaliter.
¶ Et quia pōt eſſe queſtio de paruo qꝫ nō poteſt na-
turaliter durare per notabile tēpꝰ vl' cui repugnat eē
minꝰ et eſt iſte ſecūdꝰ ſenſus maioris momenti. Scd̄
de vero ꝓ mēbro in hac q̄ōne futurꝰ eſt ſermo. ¶ No-
tabis hic variū eſſe modū opinandi aliquibus ponē
tibus ſtatum in extrinſeco aliis autem in intrinſeco.

Exemplū. dant minimam q̄titatem ſub qua non pōt eſſe homo a puo ad magnitudinē aſcēdendo ſub illa non poteſt eſſe homo: et ſub qualibet minori ſuper extremū minus: gratia exempli ſint decem pedes minima q̄titas ſub qua non poteſt eſſe homo: ꝙ ſub illa q̄titate non pōt eſſe homo ſed ſub qualibet minori ſuper aliud extremū. Nec datur aliquis hōīs quālibet q̄titatē minorē oportet dare ſingulares de ineſſe ſub iſta q̄titate minori pōt eſſe homo demonſtrādo ſeptē pedes ⁊ ita de qualibet alia ſinglari vt tuipſe noſti ex logica. In alio extremo datur maximū quod nō extrinſecū. verbi cauſa ſit pedale. ſub iſta q̄titate ꝓpter q̄titatē paruā non poteſt eſſe hō. et ſub q̄libet minori fieri poteſt ſupleas citra decem aliud extremum et ſecundum iſtud non dabitur maximus homo qui pōt eſſe naturaliter nec affirmatiue nec negatiue. neq̧ minimus totalis ſed maximus qui non et minimus qui non. Et iſta mēbra qui vult poteſt tueri. ¶ Rationabilius eſt ſcd̄m cōmuniter loquētes dare terminū intrinſecū in maximo et minimo qd̄ ſic (ſi extrema dari debeant). ¶ In illo ergo ſenſu procedendo de minimo naturali partite ſunt poſitiones quaꝝ vna

Sctūs thom. videtur cōmentatoris in pleriſq̧ locis quā ſequitur qui dē alius doctor in commētarijs primi phiſicoꝝ alia

Doctor ſubti le. diſt. ij. eſt poſitio cōterranei oppoſitū tenētis que opinione mea eſt etiā defēſabilis: nec dictis ariſtotelis repugnat. vtrūq̧ modum in hac queſtione proſequemur.

¶ Et p̄mo p̄mū ſit cōcluſio fundamētalis hec datur minimū naturale tam in homogeneis q̄ in etherogeneis. ꝓbatur in etherogeneis ſic non ſub quātalibet paruitate repibilis eſt homo totalis. ergo eſt ſtatꝰ in minimo. ⁊ ſi in maximo qd̄ non habeatur ſtatꝰ. Hoc inſtituto ſufficit. probatur aūs quia da eius oppoſitum naturaliter quero ab te quare non vidiſti hominē (de homine loquens de totali ītelligo vt muſcas abigā) tante paruitatis ſicut eſt formica. non pōt dari ratio niſi quia anime hominis aduerſatur informare tam parue molis materiam ſicut eſt materia grani ſinapis. ſic de magnitudine argumentū deducere potes. Et ſicut reperitur in aīalibus perfectis ⁊ idē videtur in oībus. ¶ Ulterius quarto celi cōmento vigeſimoquarto finis cōueniens augmentabili eſt menſura terminata in longitudine latitudine ⁊ profunditate. verbi gratia menſura hoīs non eſt niſi ad humanitatis menſurā naturalem. et. viij. phiſicoꝝ cōmēto lxij. res naturaliter habent magnitudines termīatas Et primo celi commento. lxxij. Si natura alicuꝰ forme fuerit nata eſſe in corpore infinito. neceſſe ē vt natura illiꝰ forme ſit infinita. Hoc idem ponit in elemētis ſexto phiſicoꝝ cōmento ſexageſimoſcd̄o. Primū in omni generatione et corruptione eſt minima pars que pōt inueniri de generato minimū eīn ō generato eſt determinate q̄titatis. vbig̃ ſ̄a minima pars eſt terminata ſcꝫ minima que pōt eſſe ignis. Et ſexto phiſicorum cōmento nonageſimoprimo. Omne generabile naturale habet aliquā q̄titatem naturaliter in initio generationis et in fine. et ita q̄titas habet extrema et mediū verbi grā. quoniā q̄titates embrionum ſunt teriate. ſ. minimi embriōis. ⁊ maximi embrionis ⁊ ſimiliter q̄titates hoīm ſunt teriate. ſ. maximi ⁊ minimi Uñ īpoſſibile eſt augeri in infinitū aut diminui Nam ſi tranſiuerit naturalem q̄titatē in diminutione et additione ſtatim corrūpetur. oīs enim actio cuiuſlibet entis perficitur per q̄titatem et qualitatem terminatā. ſicut eſt diſpoſitio in entibus artificialibus. Et ſeptimo phiſicorū commento ſecundo. Primus motus in igne eſt minima pars que poteſt eſſe ignis in actu. Et ſecūdo de aīa commento. xxxvij. Caro hꝫ in paruitate magnitudinē quā non ptrāſit.

¶ Ex dictis auerroys habes hāc cōcluſionem ꝙ res naturalis terminatur ad minimū ſic ꝙ nullum minꝰ illo in tali ſpecie naturaliter pōt exiſtere ſeorſum ſiue in homogeneis/ ſiue in etherogeneis/ ſiue in elemētis ſiue in elementatis. ¶ Scd̄o habes ꝙ qñ ſtupa applicatur igni ꝙ minimū naturale ignis ꝓducitur in inſtanti ⁊ hoc expreſſe in forma ponit cōmētator. ⁊ hoc quādo ſtupa eſt remota ab igne. Si pure ſucceſſiue ꝓduceretur forma ignis tam dabiť minus minimo naturali extra ſuum totū per inſtans quinimo per tēpꝰ ſecus eſt ſi poneret ſtupa prope ignē tūc forma ignis pure ſucceſſiue producetur in materia illius ſtupe. cū facit aliqd̄ vnum cum priori igne vt experiētia docet nō habet minus minimo naturali extra ſuum totum

¶ Tertio ſequitur ſi minimū ſtupe ſit pedale: et applicet igni ſtupa pedalis cū diuidia totū corrūpet in inſtanti ſuppoſito ꝙ ſtupa remoueatur ab igne. ꝓbať correlariū non pōt eſſe ignis minor q̄ pedalis. ꝗ pedale ſtupe ꝯuertetur in ignē. et ſi aliud ſemipedale ſtaret ſub forma ſtupe daretur minus minimo naturali ſtupe ꝯ̄ concluſionē. ſecludo remouenda. hoc eſt īpedimēta parui momēti q̄ poſſunt impedire correlariū vbi potes dicere ꝙ illa ſtupa rareſieť ad quadruplum quia paulo mutatis terminis redit correlariū non ꝓducit totū iſtud in inſtāti de per ſe: quia ſi fuiſſꝫ minimū naturale ſtupe poſt vnā partem inflammatā vel aliquid maius illa ſolū produxiſſet minimū naturale ignis in inſtanti et reliquā partem incineraſſet partibiliter. ergo de per accidens hoc fecit ne maneret minus minimo naturali ſtupe. ¶ Quarto ſequitur ꝙ aliqd̄ agens extrinſecū ita cito agit in partē remotā ſicut in ptē propinquā. pꝫ de igne incinerante ſecūdā ptem illius minimū ignis gñandi ita cito ſicē primā. nō nego quin poterat eſſe diſpoſitio preuia (⁊ debuit) qualitatiuarū diſpoſitionū que ſit ſucceſſiue licet minimū naturale caloris quod ad extenſionē producebatur ſubito. intēſio illius caloris nō ſufficienter diſponebat paſſum ad ſuſceptionē forme ignis propterea ſucceſſiue caleſiebat. et qñ eſt ſufficiens calefactio ſubito introducitur forma ſubſtantialis ignis. ⁊ hoc ſenſibiliter videmus calefaciēdo pannū prope ignem ad habendū pannū incineratū pro ꝯſeruatione ignis producti inter calibem et ſilicem. ¶ Sed dices inter in caſu tercij correlarij pedale citius calefiet q̄ ſemipedale ſequens. et in eodē inſtanti ꝓducetur ignis in ſemipedalitate et in pedalitate. ergo per correlarium ille ignis producetur in materiā indiſpoſitā: puta in ſequens ſemipedale. ¶ Rñdetur nō ſequitur etiā ſubito introducit calorē. et ſaltē erit prioritas naturalis inter calorem et formā ſubſtantialē ignis. non tñ incōuenit ꝙ ignis producatur ſub minori caliditate vel raritate q̄ forma ignis exigat ad bene exiſtendum: quia forma ignis introducta et raritatē et caliditatē forme cōuenientē introducit. ¶ Ex iſto quinto ſequitur ꝙ maius minimo naturali generatur ſubito ꝑ modum ſequele: puta qñ reliquum non pōt per ſe exiſtere ſed de per ſe ſolū minimū naturale generatur ſubito. Hoc eſt quando altera pars poteſt per ſe exiſtere.

¶ Sexto ſequitur ꝙ ignis producit ignē vltra ſpheram ſue actiuitatis in aliqua ꝓpīquitate ignis poteſt generare ignem ⁊ in aliqua nō poteſt vt experimento

dinoſcimus.non ſequitur producit ignē in pedale remotū ergo in aerem pedalē propinquū.non eſt ſic aer ſuſceptiu⁹.et reſiſtētia totius aeris impedit Probat correlariū poſito ꝙ parua portio ſtupe (minimo ꝑs digitalis) ponatur infra ſpheram actiuitat; in qua ignis generat ignē et reliqua pars vltra illam incinerabit queeſt minor minimo naturali ergo ꝑe remotior etiā incinerabitur queeſt ſimpliciter ⁊ abſolute vltra ſuā ſpheram. licet poteſt ſua ſphera actiuitatis dici de ꝑ accidens.non loquimur de ſphera calefaciendi. ſphera actiuitatis producēde forme ignis includitur in ſphera calefactionis. ¶ Si ponas minimū naturale ſtupe et minimū ignis pedalia poſita ſtupa bipedali remota ab igne ſic ſcz ꝙ pma medietas corrūpetur in inſtāti queritur quomodo corrūpetur ſcḋa medietas? ¶ Reſpondet ſucceſſiue calefiet.et forma ignis poſtea illam materiam incinerabit. non eſſet neceſſe ſubito incinerare propter ignē qui iam coniungitur primo igni. ſed ſi ſucceſſiue igniretur daretur minus minimo naturali ſtupe. ¶ Si ponas de potētia dei ſtupam bipedalē equaliter diſpoſitā quoad oēs ſuas partes ad forme ignis ſuſceptioēz.tūc queritur quid erit de ſuſceptione illius forme? ¶ Dicitur ꝙ prima pedalitas ꝓducetur in inſtāti. ¶ Sed forte dices nō eſt neceſſe ꝙ illa pedalitas incinerata cū igne principali incendant ſecūdā medietatē ſecū.primū inſtās eſſe prime pedalitat; incinerate erit vltimum inſtans nō eſſe ſecunde pedalitatis ignite.ſi ſucceſſiue ſecūda pedalitas igniretur daretur minus minimo naturali ſtupe. ¶ Poteſt rationabilius dici ꝙ ſecūdus ignis cū igne principali in eodē inſtāti in quo eſt incinerat ſecundā pedalitatē. ¶ Sed ſi ponatur bipedalis ſtupa cū digitali parte adiūcta ſufficienter diſpoſita ad ſuſceptionē forme ignis primū pedale incinerabitur in inſtāti.pars digitalis pure ſucceſſiue:et ſubito ꝑs pedalis ſequens nec ſuper hoc mireris de ſtupa bipedali data ꝙ prima medietas concurrat ad inflammationē ſecunde pedalitatis in primo inſtanti quo ē in rerum natura.quia ſi eſſet minimū naturale ſtupe ſūme diſpoſitum ad ſuſceptionem ignis in hoc inſtāti produceret ignē primo et applicetur illi ſtupe. Iam iſte ignis in eodē inſtanti in quo eſt incinerat ſtupā datam.quare ergo magis incōueniet primum pedale ſtupe ignitū poſſe concurrere ad generationē ſecūde pedalitatis in illo inſtanti pmo in quo eſt?et ſic ſi eſſent plura minima ſepata omnia ſumme diſpoſita in quātolibet numero exoptas ignis incinerabit in eodē inſtanti primū minimū.et pmum cū igne in eodē inſtanti producet ignē in ſecundū minimum.et ad oīa pedalia que ſunt in ſphera ſue actiuitatis ſequentia concurrit in eodē inſtanti et minima que ſunt extra ſpherā ignitionis pncipalis ignis icinerabūtur a precedētibus in quoꝝ ſphera ſunt.licet forma ſubſtātialis producatur ſucceſſiue q̄ ad partes ſubſtātiales extra materiā minimi:non tñ inconuenit formā ſubito ab extrinſeco in minimū produci. ¶ Si detur maximū qḋ non naturale opꝫ ꝙ illud introducatur ꝑ vltimum inſtās non eſſe ſubito.et illud mēbrū reputauit quidā mag; probabile interdū ſed repertens offendiculum in itinere ꝙ tunc oportet dare vltimū inſtans eſſe rei permanentis retroceſſit ad minimū. Sed poſtea dicetur ꝙ iſtud nō debuit ipſum ipediuiſſe a ꝓgreſſu.ſed cū vix pedaliter diſtabat ab iſto reputabat oppoſitum eſſe probabile. dicamus ergo in concluſione ꝙ datur minimū naturale. ¶ Contra ꝯcłonē arguit

Gorius

ſic ipſum minimū eſt q̄ntum et eſſentiale eſt q̄nto vt poſſet diuidi in partes quarū quelibet eiuſdem rationis cū toto poteſt remanere ſeorſum ſicut ſuum totum.

¶ Confirmatur iſta ratio ſi minimū naturale aque diuideretur in duas ꝑtes. Iam quelibet pars diuiſa erit aqua.aqua nō componit ex non aquis. ¶ Si dicas illa aqua et quelibet ꝑs eius deſinet eſſe.et quelibet pars materie informabit forma cōtinentis vł circunſtantis. Hoc non valet: q̄a ponatur ext̄ vniuerſū vel in vacuo. ¶ Reſpōdetur (ſicut dictū eſt a principio) naturaliter loquimur alioquin concederet illatū nego ꝙ quodlibet quantū poteſt diuidi naturaliter. ptꝫ de celo et eius partibus. Et licet quelibet pars integralis aque eſt eiuſdē rationis cū toto non tamen poteſt durare ext̄ ſuū totū ſicut in toto. mas et femina ſunt eiuſdē rōis.et tñ femina pt̄ cōcipere ⁊ nō mas. Si mēbrū ſeparet̄ ab aīali bruto nō informat aīa illā partem:tñ informauit illā in ſuo toto.propter paruā diuiſionē in materia aīma deſinit informare materiā ſuaptenatura.ptꝫ de vulnere letali in homīe et aliis animātibus nimirū ꝙ deſinat informare ꝑ hoc ꝙ vna pars ſeparatur ab alia. Et qñ ponis minimū naturale aque diuidi.dicitur ꝙ forma aque nō informat illā materiā q̄admodū ſi ſecares brutum in duas partes vtraq̄ pars informabitur forma cadaueris. ⁊ nō amplius forma brutali.ſic qñ partes minime aque in duas partes diuidūtur deſinit forma aque illas iformare que informabūtur forma aeris circūſtāte vł ignis dato etiā ꝙ non ſit optima diſpoſitio pro receptione forme aeris in fine partionis. aqua cōponitur ex aq̄s et ex duabus rebus quarū quelibet eſt nō aqua. aqua eſt aque.licet materia ſit nō aqua ⁊ forma nō aqua nō opꝫ ꝙ aqua ſit non aque.quia tūc aqua non eſſꝫ aque cū exiſtentia ſubiecti. Et vlterius quando ponis illō minimū in vacuo vel extra vniuerſum ad caſum preter legem danda eſt ſolutio cōformis. Dicitur ꝙ ſi aliquod agens creatum poſſꝫ diuidere partes illi⁹ aque aque materia manebit ſine forma ſubſtātiali niſi de⁹ aliquam aliā formā producat.ſufficit ꝙ forma aque non amplius informabit illā materiā. Et ſi deus nō cōcurrat ad productionē noue forme ſicut pōt quia nullā habent aliqui apparentiā in oppoſitū. Dicitur ꝙ manebit materia ſine forma ſubſtātiali. ¶ Secundo arguitur ex iſto ſequitur ꝙ res ꝑmanens habebit vltimū inſtans ſui eſſe cōpletū. hoc eſt contra ariſtotelem.viij.phiſicoꝝ textu cōmenti ſexageſiminoni. probo ꝯſequentiam ponatur vnum minimū naturale ignis cui applicetur aqua multū frigefactiua ī hoc inſtanti qḋ eſt vltimū inſtās nō eſſe actionis.tūc ſic hoc eſt vltimū inſtans eſſe completū ignis.cū in hoc inſtanti iſte ignis eſt:et in nullo inſtāti poſt hoc erit nec aliquid ei⁹ erit aliqua denſitas que repugnat forme ſubſtantiali ignis vel arguatur eodē modo poſt ſeparationē partiū a toto. ¶ Inſup videtur illud preter rationē ꝙ alicuius rei generande vna pars ꝓducatur in inſtanti ⁊ alia ſucceſſiue. ¶ Ad primū dicitur dupliciter.tum pmo negatur ꝙ rei permanētis detur vltimū inſtans eſſe cōpletū.immo deſinet eſſe per pmū ſui non eſſe. Res ſub minori q̄ntitate poteſt durare q̄ eſt genita q̄ poteſt produci. Puer nō poteſt generari in frigore in quo pōt durare poſtq̄ eſt genitus. Similiter aqua poteſt manere ſub maiori caliditate q̄ poſſet generari. ¶ Sic datur maxima q̄ntitas ſub qua res naturalis non pōt durare poſtq̄ producta eſt ſub illa nō poteſt durare: et ſub q̄libet maiori citra aliud

Thomiſ[illegible]

extremū.et ſic non deſinit ꝑ vltimū inſtans ſui eē ſed
per primū non eſſe. ¶ Secūdo cōceditur illatū ⁊ hoc
Gregorius debet iſte hō cōcedere ſi reſpōdeat ↄ̄ñter ad ſua dicta
cum teneat in ſcdo angelū ſe poſſe mutare in inſtanti
et noticiā intuitiuā non poſſe haberi de re abſente.⁊
tūc ſi angel⁹ haberet noticiā intuitiuā de me et mox
inſtātanee mutaret ſe ad taprobanā q̄tūcunq; intēſa
fuerit illa noticia in hoc inſtanti non erit poſt hoc in-
ſtans nec aliq̄d eius: ſicut ſupius diximus ī tertia di
ſtinctione huius. Nec propterea ↄ̄ñs eſt ꝙ corrūpens
minimū naturale ſit infinite actiuitatis quia maior;
potētie eſt corrūpere in vna hora q̄ȝ in duabus horis
⁊ in media hora q̄ȝ ī vna hora ⁊ ſic ſine fine. ḡ īfinite po
tentie eſt corrumpere in inſtāti. Iſtud prouenit ex na
tura rei nō potētis eſſe ſub minori q̄titate Et illō ari
ſtotelis octauo phiſicoꝝ ītelligitur extra iſtos caſus
peculiares. ¶ Ad aliud nego ꝙ ſit preter rationē: vt
ptȝ per rationes et auctoritates allegatas et analogi
as. Si corpus luminoſum producatur in inſtanti pre
ſenti qđ eſt a. iam ipſum producit lumē ſubito in ptē
remotā ſue ſphere.et tamen reliquū producit ſucceſſi
ue ſi ad illas moueatur. ¶ Circa aliud menbrū poni
tur alia cōcluſio Non eſt dare minimū corpus potēs
ſeorſum exiſtere de aliquo generabiliū et corruptibili
um ex cōtrarietate cōtinentis ſic ſcȝ ꝙ illud corp⁹ poſ
ſet ↄ̄tinuo cōtrario reſiſtere: et nullū minus Probat
quia ſi aliquod corpus poteſt alicui medio per ſe con
trario reſiſtere medietas illius corporis pōt per idem
tēpus medio in duplo vel in quadruplo minus ↄ̄tra-
rio reſiſtere. ¶ Preterea dato illo minimo corpore
quod corrūpetur in die vel in medio a continēti et cō
trario: et palam eſt ꝙ illud minimū in medio inſtanti
illius diei erit debilius q̄ȝ nūc ſit in certa proportione
ſed in nulla proportione iſtud minimū eſt potentius
q̄ȝ aliqua eius pars.ergo aliqua pars eius tante reſi-
ſtentie eſt ſicut tunc erit illud minimū.ſit illa pars b
tūc ſequitur ꝙ b eſt ita potens ad reſiſtendū per me-
diū diē illi medio ne corrūpatur ipſū ab eo ſicut tūc
erit minimū.ſed b eſt minus illo minimo: quia ē ſua
pars ergo illud minimū non eſt minimū potēs reſiſte
re hoc modo. ¶ Sed dubitas ſi ponatur minimum
naturale inter duos ignes quoꝝ alter eſt in vno extre
mo et alter in alio an quelibet pars iſtius ſtupe incine
rabitur ab vtroq; igne? ¶ Reſpondetur ꝑ propōnes
Prior.totalis ſtupa incinerabitur ab illis duob⁹ ſu-
bito: quia vna medietas ab vno ⁊ alia medietas: ab
alio loquor de ſubitanea introductione forme ſubſtā
tialis.dato ꝙ ſucceſſiue diſponatur paſſuȝ nō refert.
¶ Secūda propoſitio. vterq; illoꝝ ignium cōcurrit
ad productionē cuiuſlibet medietatis. ꝓbatio quia ſi
a ignis non produceret medietatē remotiorē a ſe par
tialiter hoc eſſet q: b totaliter illam incendit: ⁊ meli⁹
applicatur ipſi b igni: ſed hoc hoc ↄ̄ſequens eſt falſuȝ
quelibet pars minimi naturalis equaliter applicatur
ad illū effectū ipſi a igni. ¶ Ulterius ſi b ignis non
fuiſſet preſens a ignis ꝑtem remotā inflammaſſet et a
ignis nō ꝑuenitur a b: nec ab ipſo impeditur: q̄ñ par
tialiter concurrit.ergo ꝓpoſitū. ¶ Sed datis duo-
bus minimis naturalibus poſitis inter a et b a vnuȝ
incendit et b reliquū.⁊ non partialiter cōcurrūt ad in
flammatioēȝ vnī⁹.ſed dato a pedali trium minimoꝝ
ſtupe a proximū incendit ⁊ b ſibi proximū nullaten⁹
cōmunicando, ſed cōmunicant in tertio cū illis igni-
bus productis. ¶ Alius eſt mod⁹ queȝ tenet doctor
ſubtilis ꝙ non eſt dabile minimū naturale, cū quocū-

q̄ȝ paruo dato poteſt minus dari corruptiuo circū-
ſcripto ita ꝙ ſi eſſet vnū lignū et deus impediret om-
ne corruptiuū extrinſecū agere in ipſuȝ pōt diuidi in
partes q̄tūcunq; paruas ſic ſcȝ ꝙ quelibet eorū ſeor-
ſum exiſteret.et dato ꝙ nullū inſtrumentū reperiatur
ad diuidēdas partes minutiſſimas tñ repugnātia nō
eſt ex parte rei quin ſi quelibet ſeparetur ab alia ipſa
duraret. Hoc eſt ſi angelus pōt corpus q̄tūcunq; par
uū diuidere in mille milleſimas extra vniuerſū vł in
vacuo quelibet illarū duraret.et iſtud potiſſimū ī ho
mogeneis vel elemētis. ⁊ dato ꝙ teneatur aliquid ꝓ-
duci in inſtanti tñ non eſt contradictio quin res ſub
minori q̄titate poteſt eſſe poſtq̄ȝ genita eſt q̄ȝ poſſȝ pri
mo generari. ¶ Ad auctoritates philoſophi de mini
ma carne primo phiſicoꝝ varia eſt expoſitio aliqui-
bus dicentibus ꝙ datur minima caro potens ꝑ ſe exi
ſtere per notabile tēpus vmū citius corrūpitur a cir-
cūſtante in parua q̄titate q̄ȝ in magna vt experiētia
docet ⁊ ita in aqua et alijs. ¶ Alio modo ſic dabilis
eſt minima caro.loquitur philoſophus ↄ̄ anaxagorā
qui dicebat ꝙ quodlibet fit ex quolibet et fortaſſes vo
luit dicere ꝙ erat cōgregatio corpoꝝ ſimul non faciē
tium aliquod vnū ⁊ non ſunt infinita corpora totalia
ergo opȝ dare minimū negatiue et tūc capta minima
carne procedit argumentū ariſtotelis ↄ̄tra anaxago-
ram deueniendo ad minimā carnem. ¶ Alio modo
ſic.licet ſemper maneat caro auferenda tñ nō rema-
net ſufficientis q̄titatis ad cōpoſitionē rei generāde
qđ ſufficit philoſopho q: caliginoſe a philoſopho re-
citata eſt mens anaxagore.nō pt dari lucida reſpōſio
¶ Ad ceteras auctoritates ariſtotelis videas reſpon
ſiones in doctore ſubtili diſtictione ſcda ſecūdi ſentē
tiarū et quinto metaphiſice queſt.ix. ¶ De cōmenta
tore cū negare nō inconuenit ſicut in iſta parte iſte do
ctor cū negauit.nos autem non amplius inſiſtimus
quia aliam poſitionē paulo rationabiliorem putam⁹
iſta tamen defendi poteſt.

¶ Diſtinctionis ſeptimedecime queſtio.xvij

Hunc ſecundo queritur an detur remiſſiſ
ſimum forme? ¶ Iterum hic eſt varius
modus opinandi.nam quidā doctor ne- Grego
gat remiſſiſſimum in forma produci.
¶ Alia eſt poſitio cōmentatoris et alio-
rum eū imitantiū ꝙ datur remiſſiſſimuȝ
in forma. ¶ Super illo pono cōcluſiones quarum.
¶ Prima eſt nullius forme datur pars remiſſiſſima.
¶ Secūda concluſio bene datur remiſſiſſimū ſic.ſcȝ
ꝙ remiſſior non pōt eſſe ſepata ab iſto toto.et hoc po-
tiſſimū ab iſto agente.et loquendo de forma extenſa.
¶ Tertia cōcluſio nō videntur alique rationes ſuffi
cientes ad probandū formā remiſſiſſimā ſpiritualem
⁊ propterea ꝓpter aliqua motiua ponimus eā non re
miſſiſſimā: ſic ſcȝ ꝙ aīa pt eā pure ſucceſſiue ꝓducere
¶ Prima concluſio ꝓbatur implicat dare puri q̄ti
vnam partē impartibilē.puri addidi propter hoīem
ḡ implicat dare aliquid forme qđ non habet partes.
Iſtud cōceditur paſſim ab oībus tenētibus iſtū mo-
dum de intenſione forme quē tenemus.propterea nō
laboramus ad illā tuendā. ¶ Secunda ↄ̄cl'io proba-
tur per auerroim.v.phiſicoꝝ cōmento.xxij.dicentē.
ſi motus fuerit in qualitate tūc interciſum erit pri-
ma qualitas ad quā trāſmutatur tranſmutatū et.vi.
phiſicoꝝ cōmento.xlix.tranſmutabiliuȝ quedā ſunt
in quibus inuenitur primū per accidens vt in q̄titate Burid. i phiſ.
¶ Quidam doctor dicit licet cōmētator illud dice-

rit nõ ſufficiēter, ꝓbauit ꝓpterea illud negat ¶ Ra
tione etiā arguitur quia per iſtū doctorē producere
minimū naturale forme ſcd̄m extenſionem in inſtāti
puta qñ applicatur paſſum nichil caloris hñs ſepara
tum ab igne. tūc per eū inducitur calor minim⁹ ſcd̄m
extenſionē in inſtanti: quia recedit ab vltimo inſtāti
non eſſe. ⁊ arguitur de illa vel illa eſt alicuius inten-
ſionis. et remiſſiſſima que poteſt eſſe naturaliter aut
aliqua remiſſior illa pōt eſſe naturalr̄? Si primū pro
poſitū. Si ſcd̄m tunc eſt alicuius intēſionis ſiue dif-
formis reducenda ad vniformitatē ſiue vniformis re
dit in idem dicatur gratia exempli vnius grad⁹. tūc
quero abs te cum non repugnat caliditati remiſſiori
ꝑ te eſſe extra ſuum totum quare eſt ꝙ iſte calor tante
intenſionis in hoc inſtanti producitur? et quare ca
lor non tante itenſionis producitur in quolibet inſtā
ti ſequenti? ¶ Hic non poteſt eſſe diffugiū ad mini-
mū naturale. ¶ Forte dices de per accidens produ-
citur iſta intenſio: quia cū agens ꝓducit in hoc inſtā
ti minimū naturale certe extenſionis et implicat ali-
quā huiuſmodi formā eſſe ſine intenſione et ſic deper
accidēs producit iſtam formā (ſicut dictū eſt queſtio
ne precedenti) per modū ſequele. ⁊ ꝙ tāta intenſio ſit
hoc prouenit ab iſto agēte reſpectu iſtius paſſi. ſed nō
repugnat ꝙ forma ſit remiſſior ꝗ̄tum eſt de ſe: quia ſi
agens fuiſſet minoris actiuitatis et paſſum peius di-
ſpoſitū remiſſiorem produxiſſet. Hoc nō contigit de
minimo naturali ſcd̄m extenſionē Ignis paruus ita
cito producit minimū naturale ignis ī ſtupa ſumme
diſpoſita ad ſuſceptionē ſicut ignis ꝗ̄tūlibet magn⁹
ſecus eſt in propoſito. Remiſſior forma producitur a
minori agente ꝙ̄ a maiori et iterū remiſſior erit forma
in pte remota ab agente ꝙ̄ in propinqua. ¶ Sed cō-
tra hoc arguitur non cōſtat tibi ꝙ erit remiſſior for-
ma producta a ꝑuo agente ꝙ̄ a magno vel remiſſior
gradus productus in parte propinqua ꝙ̄ in remota.
ergo non das diſcrimen ſufficiens.

¶ Item ſumma diſpoſitio nō impedit parte ſi ſtupa
ponatur in ignē et calor et forma ignis ſucceſſiue pro
ducunt̄ ab igne ⁊ ibi eſt optima diſpoſitio et applica
tio. ergo dato ꝙ vnū paſſum ſeparatū ab igne calefi-
et optime diſpoſitū: cum nō datur remiſſiſſimū calo-
ris quod poteſt naturalr̄ per ſe exiſtere. non debes ad
mittere ꝙ aliquis gradus ſubito producat̄. ¶ Non
valet currere ad vltimū inſtans nō eſſe illius minimi
naturalis ſcd̄m extenſionē: quia ſi nunc nō producat̄
immediate poſt hoc illa producetur et ſubito. et rema
net queſtio quare ſubito ꝓducitur in tali intenſione
graduali. ¶ Tertia ꝯcluſio probatur dato ꝙ detur
minimū ſecundū extenſionē ⁊ intenſionē in forma ex
tenſiua. hoc non opꝫ in forma ſpirituali. cuꝫ non am
bulent pari paſſu proprietatū. ¶ Ulterius pure par
tibiliter fortis elicit actū intellectus ⁊ ſenſationis ex
terioris ſi viſibile veniat ad remotis vltra minimam
diſtātiam in qua non pōt videri iam tota illa noticia
intuitiua producit̄ ſucceſſiue. ergo quacūqꝫ parte for
me ſpiritualis data remiſſior illa poteſt eſſe in rerum
natura. ꝙ̄ prius fuit aliq̄ a qua ſubiectū pri⁹ vitaliter
inmutabatur ¶ Item ꝗcunqꝫ pena data in purgato
rio qua a aliquis punitur remiſſiori erit pena punit⁹
et quelibet pena inmutat potentiā. et eſt qualitas ꝑ
ſe exiſtēs igitur. aſſumptū ptꝫ volo ꝙ centū miſſe ſuf-
ficiāt pro liberatōe vnius aīe de purgatorio ſic appli
cate ꝙ pena remittatur gradualr̄ nō reſpiciēdo ad ex
tenſionē ſicut ipſe facile poteris ymaginari. ſuppona
tur vlterius vnū verum ꝙ voluntas liberandi nō li-
berat ante celebrationē actualem. ſed requiritur ap-
plicacio Supponam⁹ ꝙ ſicut ſucceſſiue applicat̄ res
diuina ſucceſſiue gradualiter remittatur pena. tunc
in infinitū parua erit pena iſtius patientis in purga-
torio ante terminū vltime miſſe. gratis eſt currere ad
miraculū vel dicere aliquā penaꝫ eſſe inſenſibilem in
purgatorio ſicut dicit quidā doctor q̄ſtione penultia
ſui quarti. Et videtur volūtare etiā dictū qđ dic̄ idē Adam
doctor ꝙ voluntas poſſet aliqñ preciſe cauſare ſucceſ
ſiue volitionē mediante ſimplici apprehenſione pro-
portionabiliter cauſatam ſucceſſiue. nunqꝫ tamē hoc
poteſt quando ex plena deliberatione vera vel interp̄
tatiua elicit velle vel nolle. Non eſt auferendū aliqui
dem a libertate volūtatis niſi vbi cōſtat de oppoſito.

¶ Contra primā concluſionē arguitur ſic datur ali
qua forma infinite remiſſa. ergo concluſio falſa patꝫ
de forma incipiēte a gradu ⁊ terminata in nō gradū

¶ Sed dices illic infinitum remiſſa eſt aliqua forma
ꝗcunqꝫ remiſſione data datur alia nō penetratiue cū
illa remiſſior. ſed nulla eſt forma infinite remiſſa.

¶ Sed contra hoc argumentor capiendo corpus pe
dale remiſſum vt quattuor vniformiter capiat deus
in p̄ma parte proportionali hore duos gradus albe-
dinis ab illo corpore ſecundum totam extenſionem:
iam remanēt duo gradus ī ſcd̄a parte proportionali
remoueat vnū gradū ſcd̄m extenſionē alio remanente
In tertia parte proportionali remoueat ſemigraduꝫ
ſcd̄m extēſionē ſemigradu remanēte in illo corpe et ſic
conſeqūenter ꝑ oēs partes ꝓportionales illius hore.
tūc in inſtanti terminā̄te horā erit aliqua ps forme ⁊
nullius intenſionis. Qꝫ patꝫ in infinitū remiſſa erit
albedo que erit in hoc ſubiecto añ finem hore. et albe
do que erit in inſtāti terminā̄te horā quacūqꝫ albedi
ne precedēti erit remiſſior. ergo illa albedo erit infi-
nitū remiſſa. ꝯſequentia eſt clara. Añs patet ex caſu.

¶ Reſpōdetur negādo caſum puta ꝙ aliq̄d illi⁹ for-
me maneat in hoc ſubiecto cū iſta remotione ꝑtium.
et ſi partes remote per ſingulas ptes proportionales
illius hore corrūpantur nihil illius forme remanebit
in rerū natura. Qꝫ ptꝫ q̄libet ps proportionalis illi⁹
forme eſt abbata. ꝙ̄ tota illa lata forma eſt ablata.

¶ Inſuꝑ p̄ma pars ꝓportionalis eſt ablata q̄ eſt vt
duo ⁊ ꝓportionabiliter in oībus partib⁹ proportio-
nabilibus eſt ablatū. modo prima ps proportionalis
eſt equalis aggregato oīm partiū ſequētiū. ergo duo
gradus auferūtur ex aggregato partiū proportiona
biliū ſequentiū primā. et cū quattuor gradus auferā
tur quid remanebit? ¶ Quēadmodū in vno ſimili
dicim⁹ alibi in diuiſiōe cōtinui ꝙ deus in prima pte
propotionali diuidat ipſum in duas ptes equas. In
ſcd̄a parte proportionali diuidat alterā medietatum
corrūpendo tres illarū partiū relicta illa que erat in
ſcd̄a parte proportionali et ſic faciat per oēs partes
ꝓportionales hore ſic ſcꝫ ꝙ in parte ꝓportionali di-
uiſionis oēs corrūpantur dempta vna. iam infinituꝫ
paruū erit corpus in hac hora ſed in inſtāti termi-
nante horā nichil manebit. ¶ Si dicas admittimus
ꝗ̄tum diuidi ad nō ꝗ̄tum. ¶ Reſpōdetur verum eſt
qñ quelibet pars ſit cū qualibet penetratiue. ad yma-
ginationē aliquoꝝ de corpore xp̄i in ſacramento eu-
chariſtie et non aliter. ¶ Secūdo arguitur ſit vna li
nea infinite longa cuius vna pedalis ſit alba vt quat
tuor ſcd̄a vt duo tertia vt vnū et ſic ꝓpter iam illud
corpus erit infinite remiſſe albū ¶ Ad iſtud inferius

patebit ſolutio. ¶ Contra ſecundā concluſionē arguitur ſic. corpus luminoſum ꝓducit lumen ad non gradū vſq₃ ergo infinite remiſſionis eſt lumē nō gradum verſus. et vna pars luminis non eſt in eadē pte adequata cum alia. ergo nō datur remiſſiſſimū quod pōt per ſe naturaliter exiſtere: cū quocūq₃ lumine remiſſo dato in illo ſubiecto datur remiſſius extra illō ſubiectū adequatū. ¶ Inſuper vł corpus calidū producit remiſſiſſimū calorem qui pōt eſſe ſeorſum vniformiter vel difformiter: primū nō eſt dicendū. agēs remiſſiorē calorē ꝓducit in partes remotas q̄ꝫ ī propinquas. Secūdū dici non pōt: cum ignis ita cito ꝓducit formā ſubſtantialē in medietate remota minimi naturalis ſicut in parte propinqua et tante extenſionis. ergo hic dꝫ ꝓducere a remotis calorē tante intenſionis ſicut a ꝓpinqs. ¶ Ad pimū pcedo aīs ꝙ nō datur remiſſiſſimū lumē ꝓductū a corpe luminoſo. ſꝫ vnū lumē nō eſt ſepatū a toto ſed ptinuaṫ ptibꝰ totiꝰ ſed bñ verū eſt ꝙ nō eſt in eadē pte ſubiecti adequata cum alio gradu. ¶ Ad aliud dicitur ꝙ producit difformiter. prope ſe eſt q̄libet gradus citra duo vel vnū dicamꝰs quilibet gradus citra vnū in alio extremo eſt non gradus. et ille eſt remiſſiſſimus calor qui pōt eſſe extra ſuū totū Qꝫ terminet in extremo intēſiori hoc nobis ſufficit ſiue in duobus gradibus ſiue ī vno quia niſi demus terminum non poteſt ſignari ratio quare ſubito producitur gradus tante intenſionis ⁊ nō remiſſior cum poſtea illud agens manens in eodē ſitu et medio equalr diſpoſito pſiter ꝓducit. ¶ Sed ꝯ dices paruum calidū minus caloris producit q̄ ad remiſſionē q̄ꝫ ipſum magnū. vt quarta pars gradus producit ſolū quartam partem gradus. ¶ Reſpōdetur paruū calefactiuū producit tantū caloris quoad intenſionē ſicut maximum calefactiuū finitum quia producit remiſſiſſimū naturale q̄ꝫadmodum aliꝗ dicerent ꝙ paruus ignis poteſt ita cito inflammare minimum naturale bene diſpoſitū ſicut magnus ignis.

¶ Sed ad hoc quod tāgitur de quarta parte gradus nego aliquid eſſe dabile ſeorſum. Sed ipſo dato ad ymaginationem nego ꝙ aliquid caloris producat in paſſum nichil caloris habens dato ꝙ nulla ſit cōtrarietas in paſſo nō poteſt producere calorem remiſſiorem remiſſiſſimo naturali. ¶ Nec oportet quēlibet calorem remiſſum vlterius calefacere. capio calorem digitalem in circunferentia ſphere actiuitatis calidi ille calor digitalis nō producit calorem vltra ſpheram actiuitatis illius calidi. vt patet de lumine licet non detur remiſſiſſimum productum a corpore luminoſo tamen datur lumē digitale bene remiſſum in extremo illumīato a corpore luminoſo quod nō producit aliud lumen. ¶ Sed contra iſtud totū ſic arguitur quando aqua calida reducit ſe ad frigiditatē calor corruptus nō corrumpitur ꝑ primū inſtans nō eſſe nec per vltimū inſtans eſſe: cuꝫ vna pars ſubito et alia ſucceſſiue corrūpitur. ¶ Reſpondetur cū agēs corruptiuum ſit intrinſecū ſcilicet forma aque vna portio eius deſinit per primū inſtās non eſſe: puta tota illa que ſucceſſiue corrūpitur: et remiſſiſſima que poteſt naturaliter per ſe exiſtere ſubito corrumpitur. ita ꝙ primū inſtans non eſſe portionis que partibilr corrūpitur eſt vltimū inſtans eſſe partis remiſſiſſime et vltimum inſtans non eſſe frigoris generandi quod inſtantanee producetur. Reliqua pars frigoris ſucceſſiue producetur ad gradū ſūmū vſq₃ ⁊ partes graduales ita cito corrumpuntur et generantur in vna parte ſicut in alia. cum agens eſt intrinſecū non eundum eſt ad minimū naturale ſecundū extenſionem.

¶ Sed ſi ponas duo calida applicata ad paſſum nullum colorē habens diſpoſitū ad ſuſceptionē caloris in hoc inſtanti illa duo calida producunt remiſſiſſimum caloris ſimul. Et ſi ponas vnam medietatem produci ab vno calido ſecundū extenſionē et aliam ſecundū extenſionē ab alio calido eodem modo hic dicas q̄ ad remiſſionē. Et ſi iterū duo maxima nō calefactiua ſint ſeorſū applicata vni extremo paſſi ſuſceptiui caloris non habentis calorem ſi ponantur poſſe producere aliquid ſecundū extenſionē ſic ponatur ſecundū remiſſionē. Sed in hoc eſt diſcrimen quia aliqui non darent maximū non calefactiuum.

¶ Diſtinctionis ſeptimedecime queſtio. xviij

V Lterius inquirendum eſt penes quid qualitatis intenſio attendi tur. Supponamus diſtinctiōes aliquas poſtea ad queſtionem reſpondebimus. ¶ Qualitatū quedam ſpirituales alique corporales. Et corporaliū quedaꝫ eſt vniformis cuius oēs partes q̄titatiue ſunt equales in intenſione. vt ſi pedale ſecundū ſe totum ſincathegoreumatice habeat albedinē vt quattuor. Eodē modo dicatur ſi ſit extra ſubiectū. Oppoſito mō diffiniṫ q̄litas difformiter difformis. ¶ Rurſus q̄litatū difformiū quedā eſt vniformiter difformis. quedaꝫ difformiter difformis. ¶ Qualitas vniformiter difformis ſic diffinitur. Eſt qualitas ſic ſe habēs ꝙ cuiuſcūq₃ partis gradus qui eſt in medio tantum exceditur ab extremo precise q̄tum aliud excedit que figuratur ꝑ modum trianguli. Et talis eſt duplex. quedam terminatur in non gradu in vno extremo et quedā ad gradū Oppoſito mō diffiniṫ q̄litas difformiter difformis q̄ eſt quando nō cuiuſcunq₃ partis gradꝰ exiſtēs in medio tantū excedit vnum extremū precise quantū ab altero extremo exceditur. ¶ Ex iſtis diffinitionibus ſequuntur aliqua. ¶ Primum in qualitatibus ſpūalibus vt in noticijs angeli vel aīe nō reperitur hec vniformitas vel difformitas. ¶ Secūdo ſequitur eſt aliqua qualitas vniformiter difformis que per ſolā condenſationē efficitur non talis. patet dando bipedale albū a non gradu ad octo vſq₃ ipſum condēſando ad ſubduplū. ¶ Tertio ſi ſit aliqua qualitas vniformiter difformis. et cū ea coextendatur alia vniformiter difformis qualitas reſultans adhuc erit vniformiter difformis. dummodo extremū intenſius ponatur cuꝫ extremo intenſiori et remiſſum cū remiſſiori. patet exemplariter capiēdo vnā qualitatem vniformiter difformem a non gradu ad ſex vſq₃: et aliam a duobus ad q̄ttuor vſq₃ reſultabit qualitas vniformiter difformis a quattuor ad decem vſq₃. in extremo remiſſiori erat nō gradus et iam duo ſunt. In medio erant tres gradus. et ei additi ſunt totidem. in extremo intēſiori erant ſex et ei additi ſunt quattuor.

¶ Dicebatur dummodo extremū ⁊c. quia ſi remiſſum intenſo addatur hoc non oportet. datis duabus latitudinibus a nō gradu ad octo vſq₃ ordine ecōuerſo erit qualitas vniformis vt octo. Per nō gradū intelligo priuationē gradus. non gradus ſupponit pro aliquo cognotādo q̄ nichil illius forme eſt in illo vel cum illo. vt forma trianguli ſignata ab octo ad non

gradū vſqꝫ iam nō gradus ſupponit ꝓ pūcto termia
tiuo acutiem' vſus. Quelibet ps forme pōt dici lati=
tudo. grad⁹ interdū capitur ꝓ vna pte aliquota fore,
interdū pro quacūqꝫ pte: ita ꝙ quelibet ps forme gra
dus dici pōt. et ſic ſunt finiti grad⁹ in latitudine iter=
dū pro toto capit. vt pꝫ in de inductione grad⁹ ſum
mi Si cuipiā libeat ymaginari gradus imptibiles la
titudinis terminatiuos more punctoꝝ in linea nihil
ipedimēti eſt. Abſtrahentiū nō eſt mēdaciū. ij. phiſic.
¶ Quarto ſequit̄ data qlitate vniformiter difformi
et apponēdo qualitatē vniformem adhuc remanebit
vniformiter difformis. rō quia datis duob⁹ quorum
vnū excedit aliud. ſi vtriqꝫ illoꝝ addatur equale poſt
additionē per tm̄ vnū excedit aliud ꝑ q̄ſtū pri⁹ excede
bat non loqmur de exceſſu geometrico ſed arithmeti
co. Et patet propō in termis data a forma a duobus
ad ſex vſqꝫ. coextendant duo vniformiter ꝑ totū. Jā
tota forma erit a duob⁹ ad octo. in medio prius erāt
tres grad⁹ adiecti ſunt quinqꝫ. In extremo intēſiori
erāt ſex. nunc ſunt octo. in alio extremo ſunt duo vbi
erat nō grad⁹. modo octo per tm̄ excedūt quinqꝫ ſicut
quiqꝫ duo exuperāt. ꝗ manet adhuc qlitas vniformi
ter difformis ꝑ diffinitionē qualitat' vniformiter dif
formis. ¶ Quinta ꝓpoſitio. ſtat alicui⁹ corpis quā=
libet partē proportionalē eſſe vniformiter difformē.
et tm̄ ipſum corpus non eſſe vniformiter difforme. pꝫ
capto a corpore cui⁹ pma ps proportionalis habeat
calorē a nō gradu ad q̄tuor vſqꝫ. ſecūda ps proportio
nalis hēat calorē a. iiij. ad octo vſqꝫ et ſic ꝯſr. Jā qli
bet pars ꝓportionalis eſt vniformiter difformis: vt
intelligēti palā eſt et tm̄ totale corp⁹ non eſt tale ꝓba
tio. quia querit̄ an qualitas i medio ſit finita vel inſi
nita: ſi pmū nō tm̄ exuperat qualitatē in extremo re=
miſſiori q̄ſtum excedit a qualitate q̄ eſt in altero ex=
tremo. ¶ Iſtis prelibatis pono ꝯcluſiōes. Prima eſt
intenſio forme in vniformibus eſt metienda penes di
ſtantias a nō gradu. remiſſio ꝟo penes approqinqua
tionē ad non gradū. Uel ſub alijs verbis intēſio for=
me attēditur penes hoc qḋ eſt vni certe parti date ha
bere multos gradus equales nō cōmunicantes ſeſe in
tendentes. hoc eſt ꝯponentes aliqḋ vnū. hoc diterim
ꝓpter albedines exiſtētes in varijs ptibus corpis dif
finitiue exiſtētis in loco. vt aliqui de corpe xpi in eu
chariſtia ſuſpicātur. ſi illa albedo ſeparet̄ a ſubiecto
ptib⁹ ſeſe penetrātib⁹ nō erit maior intēſio q̄ aīi: cuꝫ
non ꝯſtituāt aliqḋ vnū. Remiſſio mēſurat̄ ꝑ hoc qḋ
eſt habere vni certe parti date paucos grad⁹ equales
Intēſum et remiſſū in ꝓpoſito non capiunt̄ relatiue.
grad⁹ ſumm⁹ finit⁹ eſt itēſus et remiſſus. ¶ Probat̄
ꝯclō q: non videt̄ penes q̄d aliud commode pōt attē
di intenſio et remiſſio. igr̄ Q; gradus ſūmus ſit intē
ſus ⁊ remiſſus pꝫ. hꝫ multos gradus ⁊ paucos grad⁹
grad⁹ infinit⁹ eſt nō grad⁹ remiſſionis. in alio extrēo
reperit̄ non grad⁹ intēſionis. ¶ Ex iſto pꝫ non ſe=
quitur iſte gradus ē remiſſus demōſtrādo latitudinē
finitā ſummam. ꝗ reſpectu alicui⁹ intēſi eſt remiſſus.
et ſi non haberet ptes more duaꝝ primarū poſitionū
nec ſeqret̄ eſt intēſus. ꝗ reſpectu alicui⁹ remiſſi eſt
intēſus Et ſimile poni ſolet in iſtis terminis magnū
⁊ paruū q: capiunt̄ relatiue et abſolute a tali relatiōe
¶ Secunda ꝯclō qualitatis vniformiter difformis
intēſio attēdit̄ penes gradū mediū illius intēſionis.
verbi cā. ſit qualitas vniformiter difformis puta ca=
lor a nō gradu ad octo vſqꝫ in a corpe bipedali. Jam
dico a eſſe quale vt q̄tuor. probatio q: ſi illa caliditas
que eſt a non gradu ad q̄tuor vſqꝫ intendat̄ quouſqꝫ
ſit vniformis vt q̄tuor totū illud corp⁹ erit in fine vt
quattuor et nō remittet̄. et in eodē tpe ſcḋa medietas
remittat̄ quouſqꝫ ſit vniformis vt q̄tuor. iam in fine
totū erit calidū vt quattuor et quātū acquirit in vna
medietate tm̄ perdit in alia. ꝗ totale corpus eſt cali=
dum vt q̄tuor. ¶ Confirmat̄ ꝯcluſio. rectū eſt iudex
obliqui pmo de aīa. ergo illa difformitas eſt reducē=
da in vniformitatē et nō in gradū intenſiſſimū q: nul
lus talis eſt in corpe vniformiter difformi. ¶ Itē nō
eſt potior ratio quare cit⁹ deberet reduci ad graduꝫ
ſūmū q̄ ad gradū infinitū vl' ad aliquē aliū citra vel
vltra mediū. ergo vt ſit recōpēſatio hinc inde facius
eſt reducere totum ad gradum medium ¶ Ulterius
qn̄ magiſtroꝝ noſtroꝝ depoſitiōes in manus cancel=
poſitionis et correlaria arguit̄ ſic. Ex hac poſitione
ſeq̄tur ꝙ aliquod accidēs indiuiſibile inhereret ſub=
cto diuiſibili ptz de b puncto terminante lineam.
¶ Forte dices hoc non inconuenit tanq̄ in ſubiecto
in adequato vel tanq̄ terminꝰ in ſuo terminato. Nec
ſic inconuenit ꝙ idem punctum ſit in duobus tanq̄
terminis patet de puncto cōtinuante quod etiam ter=
minat. ¶ Non valet ꝙ alij dicunt pūcta cōtinuatiua
non ſunt niſi in potentia et non ſunt actu. actualiter
ſunt in rerum natura. ¶ Propterea aliter arguitur
pono a lineam terminari c et b punctis: alias nō eſ=
ſet finita. Contra deus poteſt ſeparare illa puncta de
potentia eius abſoluta linea manēte: quo facto linea
erit finita. ¶ Sed dices ꝙ deus non poteſt ſeparare
puncta terminatiua linee linea cōſeruata: quia tunc
diffinitio negabitur de diffinito ſupponēte. Linea ab
euclide primo elementorum ſic diffinitur. Linea eſt lō
gitudo ſine latitudine et profunditate cuius extremi=
tates ſunt duo puncta. ¶ Vel melius ſic (vel ſaltē mi
nus male) admittendo caſum que non claudit cōtra
dictionem dicitur ꝙ linea non erit finita poſitiue: ſed
priuatiue. vel licet nō habeat terminū intrīſecū habet
extrinſecū. ¶ Sz cōtra ipſa terminatur: nec erit lon=
gior ſolito: Et argumentum aduerſarij ibi ſoluctur q̄
ſolutione data. ſufficit propoſito. Dicere ꝙ nō poteſt
corrumpere illa duo puncta terminatiua quī produ=
cat duo de nouo eſt vnum voluntariū. ¶ Secundo
arguitur corrūpat deus oīa illa puncta in linea linea
ꝯſeruata. iam habebitur linea ſine pūctis. Ex hoc po
teſt patet. poteſt corrumpere puncta terminatiua a li=
nee: eadē eſt ratio de alijs punctis continuatiuis que
etiā terminuant. ¶ Sed dices (et fuga nulla eſt alia)
nō eſt idem de punctis continuatiuis ⁊ alijs: quia tūc
manebunt partes linee. Et continuū in oēm ſuā par=
tem diuidi eſt impoſſibile. ergo cum partes ſunt neceſ
ſe eſt eas continuari. et continuatio non pōt fieri ſine
punctis. igitur. ¶ Contra hoc arguitur quādocūq̄
ſunt due creature realiter diſtincte q̄rū neutra ē pars
alterius deus poteſt quācūq̄ illarū creaturarum de=
ſtruere alia corrupta. ſic eſt de punctis ⁊ lineis conti=
nuatiuis. ¶ Refugiū haberet hec poſitio negando il
lam maximā q̄ eſt de pēdētia vnius creature ab alia.
¶ Tertio arguitur ex hac poſitione ſequitur ꝙ due
medietates continui non ſunt immediate: cum inter
eas aliquid mediat. puta punctū continuatiuū. ¶ Se
cundo ex hac poſitione ſequitur ꝙ dabitur circulꝰ in=
diuiſibilis ꝯn̄s implicat ergo et an̄s. probo conſequē
tiā capio centrum mole fabri qđ p hanc viam eſt acci=
dens indiuiſibile. Tunc illud mouetur ad motū rote
Octauo phyſicorū motꝭ nobis mouentur ea que no=
bis ſunt. Et tunc ſic non mouetur motu recto nec mix
to. mouebitur ergo motu circulari. Ergo ex eiꝰ motu
cauſabitur circulus vt de tropico cancri et capricorni
Et tunc ſic vel ille circulus deſcriptus ab illo puncto
eſt indiuiſibilis et ſic habetur intentū vel diuiſibilis.
Et tunc ſequitur ꝙ punctū medium non erat centrū:
quia quocūq̄ circulo dato qui diſcribitur ab aliquo
puncto illius rote dabilis eſt circulus minor. ergo cir
culo deſcripto ab illo puncto dabilis eſt minor. ergo
ille non erat centrum. ¶ Ad primum iſtorum nego cō
ſequentiam mediatio puncti continuātis illas medie
tes nō arguit eas nō eſſe immediatas. ¶ Ad ſecundū
nego ſequelā centrū rote circulariter mote non mouet̄
Motis nobis mouentur ea que ī nobis ſunt intelligit̄
de partibus noſtris non oportet de accidentibus. vel
ſic et de his et de illis hoc verum habet niſi fuerit ac=
cidens centrale. Et iſtud etiam intelligitur q̄n totum
ratione totius de per ſe mouetur. Si maior pars cere
rare fiat tota augmentatur. et rare fit et per cōſequēs
mouetur ſed non oportet de qualibet parte. ¶ Sed
diceres ſtella que eſt polus articꝰ interdū percipitur
moueri. et eſt polus octaui celi. ergo polus corporis
circulariter moti mouet̄. Antecedens expertum eſt ab
experimentatoribꝰ. ¶ Reſpondetur tunc illa ſtella nō
eſt polus articus. ſed punctum ſatis prope illam ſtellā
qđ nullatenꝰ mouetur. Et ſi dicas ſecundū illud ala=
ni Ethereus motus mouet omnia ſidera preter vnuz
ſed ſemper permanet illud idem. Hoc eſt nō notabili=
ter percipitur a nautis mutare ſuū locum. ¶ Quar=
to arguitur probando puncta eſſe in mediata et hoc
ſic diuiſio linee cadit ſuper punctum. volo ꝙ diuidat̄
a linea pedalis in duas medietates iam vtraq̄ medie
tas terminatur puncto poſt ſeparationē. Et iſta pun
cta non producuntur de nouo. ergo ante erant imme
diata in iſta linea. ¶ Vlterius capiantur due ſemi=
pedalitates coopertētes lineā pedalem. puncta termi=
natiua ſunt immediata. Tūc reſpondebūt eis duo pū
cta diuerſa in linea pedali inferiori. et ſic habentur
duo puncta immediata. ¶ Reſpōdetur diuiſio cadit
ſuper punctum et illud manet in vna medietate et eaz
terminat et non in alia medietate. ¶ Sed ꝯtra ſeque=
retur ꝙ accidens migraret de ſubiecto in ſubiectum
illud punctum ambabus medietatibus prius inhere=
bat tanq̄ terminus in terminato. nunc inheret ſolum
alteri. ¶ Iterum non eſt maior ratio ꝙ inherat vni
medietati q̄ alteri. ¶ Propterea minꝰ inapparenter di
citur ꝙ punctuz corrumpitur a diuiſore diuiſio cadit
ſupra punctum hoc eſt ipſum continuans corrumpit̄
et producuntur duo de nouo a diuidente. Et ſi plures
diuidāt duo producūtur ab ambobus niſi deꝰ impe=
diat miraculoſe ꝓductionem iſtorum punctorum.
¶ Sed dices ſi ex duabus lineis terminatis fiat aliq̄
vna: tam erunt duo puncta proxima in eadem linea.
¶ Reſpondetur alterum iſtorum dicere oportebit eſſe
corruptum. Et cum equa eſt ratio de vtroq̄ dicit̄ ꝙ
vtrumq̄ corrumpitur. et producitur vnum de nouo.
Si duo faciant illam continuationem vnus applicat
ſemipedalitatem et alter aliam iam illa duo ſimul pro
ducunt vnū punctum qđ non citius producitur ab il=
lis duobus copulatim q̄ ab vno illorū. ¶ Ad ſecun=
dum dicitur non inconuenit duo pūcta variarū linea
rum eſſe immediata imo ſunt in eodem loco. Et eis re
ſpondet idem punctum numero in linea inferiori Et
ſic non habes eiuſdez linee puncta immediata. ¶ Sz
contra iſtud arguitur ponantur due linee pedales a b
ſuper ſe inuicē ſic ſcz ꝙ a ſuperiori corrumpat deꝰ to=
tam quātitatem continuā: puta omnes partes linee ip
ſius a ipſis punctis remanentibus in eiſdem ſitibus in
quibus erant. Tunc ſic erunt duo puncta immediata
poſt ſeparationem partium linee. Et nō magis appro
pinquant q̄ an̄ ea. ergo prius erant immediata. Caſꝰ
non videtur negandus a potentia dei: licet linea depē
deat a punctis non tamen econtrario. vt crebro ī viſu
eſt. Creatura non poteſt eſſe ſine deo: bene autem econ
uerſo. Similiter totū non poteſt eſſe ſine ſua materia
bene tamen contra. imo videtur vlterius in iſto caſu
ꝙ quelibet pars b linee inferioris erit cooperta ab ali=
quo puncto qđ erat linee ſuperioris. ergo nichil erat
in a linea deinptus punctis. ¶ Reſpondet̄ admiſſo ca

ſu. negatur ꝙ duo puncta erunt immediata inter queꝗ̃ ꝗ duo puncta mediant infinita. nec ſequitur multitudo omniũ iſtorum punctorum (demõſtratis omnibꝰ punctis alijs a puncto inchoatiuo) eſt imediata puncto inchoatiuo. ergo aliquod punctum eſt immediatum illi ſicut digito tangens cõtinuum in vno extremo quod ꝟſus erant partes ꝓportionabiles minores. Digitus eſt immediatus toti multitudini illarũ partium ꝓportionabiliũ et nulli parti proportionali ille digitus eſt immediatus. vel ponatur ſuper quãlibet partẽ proportionabilem vnus angelus digito remanente in eodem ſitu. tunc digitus eſt immediatus toti multitudini iſtorum angelorum. Et nulli angelo eſt immediatus imo quocunqꝫ angelo in illa multitudine dato inter ipſum et digitum mediant infiniti angeli. ſic inter quecũqꝫ duo puncta mediant infinita. Sꝫ non eſt oino ſimile quo ad analogiã: quia dabiles ſũt multi angeli immediati vtputa angelus ſuper primã partẽ proportionalem et ſecundam ſuppoſito ꝙ repleant illas partes. Sic de quibuſcũqꝫ angelis in partibus proximis. ¶ Ad aliud proprie nõ eſt coopertura a linea a ꝑũctis. ſed ſi intelligas ꝙ quelibet pars linee inferioris habet punctũ ſupra ſe: et hoc vocas reſpondere. vel eſſe coopertã reſpondetur per propoſitiones. ¶ Prima eſt quodlibet punctum linee inferioris erit coopertũ ab aliquo puncto linee ſuperioris. ¶ Secũda propoſitio quodlibet punctum linee inferioris habet vnũ punctum et reſpõdens in linea ſuperiori duo puncta tria puncta et ſic ſine ſtatu. ¶ Analogiam deprehendere potes inferius in materia de infinito: vbi dabuntur infiniti aurei in vna multitudine et infiniti homines in alia. iam cuilibet homini reſpondent tres aurei quatuor et ſic ſine ſtatu. Et cuilibet aureo duo vel tres homines. ¶ Certia propoſitio ex duabus ꝑmiſſis. non ſequitur ꝙ nichil erat in linea dẽptis punctis. Probatur hec propoſitio quia dato oppoſito ex duobus veris et conceſſis ab opinione ipſa corrueret Opinantes non dicerent pro hoc argumento. colorez tamen habet. ¶ Sed contra dices ſupponatur ꝙ angelus poteſt eſſe in loco punctali vel ſi lucteris in terminis ꝙ nullus ſit locus punctalis ponatur ꝙ poteſt coexiſtere puncto: vel ducatur argumentũ de corpore ſp̃ico moto ſup lineaz corporis plani qđ ſecundũ opinantes tangit planũ in puncto. Tunc ſic iſte angelus pertranſiuit hanc lineam pedalem et ſemper erit in loco punctali nõ lucteris ad nomẽ. ꝗ nichil ibi reꝑitniſi puncta. ¶ Reſpondetur cõſequẽtia non valet vt dictũ eſt in caſu precedẽti. Sed vtereqꝫ habet colorẽ contra opinionẽ. ¶ Quinto ex iſto ſequitur ꝙ circulus erit indiuiſibilis ſecundum latitudinẽ et profunditatem. et ſic duo puncta poſſunt eſſe in eodem loco in varijs corporibus. Sic due ſuperficies erunt in eodẽ loco ſ. ꝫ ſupꝑficies conuexa ignis ꝛ ↄcaua lune. Sed hoc eſt falſũ q: tũc nõ eſt maior ratio ꝙ ſphera lune ↄtinet et ſperam ignis ꝗ̃ contra. ¶ Sed dices eſt ratio q: ſuperficies ↄcaua ſphere lune inheret corpori circũdanti non autem econtrario. ¶ Contra ponatur ꝑmutatio illarũ ſuperficierum. Tunc ſequitur ꝙ ſuperficies ignis. vel que fuit ignis eſſet ↄtinens reſpectu ignis. Sed ibi concedis illatum. Non inconuenit duas ſuperficies diuerſorum corporum eſſe in eodem loco plꝰ ꝗ duo puncta variorum corporum ¶ Quo fit eadez eſt dyametrus numero corporis locati et locãtis. Et ſi dicas tertij elementorum ꝓpoſitione ſexta dicit euclides circulorum ſeſe contingentũ non idem centruz eſſe neceſſe ẽ. Hoc nõ mouet loq̃tur de circulis eccentricis et non de cõcentricis alias non ſe contingunt. Oportet idem dicere ſecundum modum oppoſitum ducendo dyametrum corporis locati ad ſuperficiem conuexã eius que dyametrus eſt immediata ſuperficies concaue corporis locantis. Alioquin dabitur vacuum inter corpus locans et corpus locatum vel ꝙ nõ ſit ꝓprius locus eius cuius oppoſitũ ſupponimꝰ. Sꝫ iſta dyametrꝰ nõ erit corporis ambiẽtis corpꝰ locãs ¶ Poſſunt eſſe argumẽta ſimilia de diuiſione linea ꝛ et ſuperficierum ſicut de ſegregatiõe punctorũ. ſi deꝰ ſeparet primã partem proportionalem a ſcđa ſcđam a tertia ꝛ ita de qualibet alia partibus remanentibus in eodem ſitu petis in qua parte erit vltima ſuperficies q̃ corpꝰ terminat? ¶ Rñdet i nulla parte ꝓportionali vt pꝫ ꝑ aſſenſũ ſꝫ tminat totã multitudinẽ partiũ. Et ꝓpoſitiones logicales tangi poſſunt vt puta ſi ſortes incipiat diuidere vnam ſuperficiem per hoc inſtãs quod eſt vltimum inſtans non eſſe diuiſiõis iam incipit per remotionẽ de preſenti vna linea diuidi que nec deſinit nec deſinet diuidi immediate poſt hoc diuidetur linea, immo linea immediate poſt hoc diuidetur (patet de linea terminãte ſuperficiez immediate poſt hoc diuidetur ſuperficies. Sꝫ illa logicalia ſunt vide i incipit et deſinit de quibus ſuperſedeo. ¶ Iſtud, cum non eſt ponenda pluralitas ſine neceſſitate. Et alique ſolutiones forte non ſufficiunt) videtur ad minus probabile. ſed quia ad multorum intelligentiam conducit. Et apud mathematicos et pluresqꝫ philoſophos in honore nõ eſt penitus reijcienda ¶ Iſta poſitio inferius oſtendetur eſſe contra mentem beati auguſtini Et vlterius adducam dictum viri nõ multũ ſapientis in philoſophia. Sed quia iuſtam cauſaz habere videtur recitabo. Laurentius valla decimoſexto capite ſue nuncupate logice dicit. ariſtoteles cum negat in loco eẽ puncta. Sed linee terminos pũcta exiſtimat. Et ſequitur protinus. Et ego id auſim iurare eum non intelligere quod dicit. ¶ Alia eſt poſitio rationi cõformior ꝙ nulla ſunt puncta indiuiſibilia in linea nec eſt longitudo diſtincta a latitudine. imo implicat dare lõgitudinem ſine latitudine. ¶ Modus huius poſitionis eſt talis data linea ſiue ſit quantitas accidens ſecũdum vnã viam vel quantitas ſubſtãtia ſecundũ aliã ita habet terminos intrinſecos dato ꝙ ponatur i vacuo vel extra vniuerſum quolibet puncto (de quo locuti ſumus) ſecluſo vna parua pars q̃ eſt linea puta vna vigeſima vel vna trigeſima vel alia q̃ralibet pars q̃ eſt terminus eſt punctum. Et ſic puncti eſt punctum vt patet de parte illius Si non capias partem nulla pars illius linee eſt vltra partem datam. Et partes linee copulantur ad terminũ cõmunẽ. id eſt continuantur ſimul et faciunt aliquod vnũ: impoſſibile eſt dare longitudinẽ ſine latitudine et profũditate. Vt patet ſignato corpore cubo. ibi non eſt ratio accipiende longitudinis penes vnã dimenſionẽ potius ꝗ̃ penes aliã niſi ad libitum. ergo nulla eſt diſtinctio latitudinis a longitudine. Et adhuc ſi dimenſiones fuerint equales vbi longitudo attenditur penes dyametrũ longiſſimã latitudo penes ſecundam dimenſionẽ et profunditas ſecundũ minimam. Vt patet de archa noe que fuit trecentorum cubitorum longitudinis latitudinis triginta profunditatꝭ triginta. Geneſis ſexto. Et in homine longitudo eſt a pedibus ad caput latitudo a dextra ad ſiniſtram ꝓfunditas a tergo ad pectus. Sꝫ cum totum eſt ſue partes longitudo realiter eſt latitu-

Laur valla

do et pars inferior ꝛ ſuperior pars ſiniſtra ꝛ pars dextra copulatiui. ¶ Si dicas primo elementorū euclides diffinit punctum ſic. Punctū eſt cuius pars non eſt. Et linea eſt longitudo ſine latitudine et ꝓfunditate cuius extrema ſunt duo puncta. Et idē vult ariſtoteles quinto metaphyſice dicēs omne indiuiſibile ſecundū quātitatem habens poſitionē dicit̄ punctum. Sic megarenſis ſuo modo ſupficiē et corpus diffinit ¶ Ad hoc respondet̄ ꝙ iſta ſunt dicta mathematicorum Iſta īdiuiſibilia abſtrahentiū que relinquūt metaphyſice ad determinandum de entitate taliū. Ariſtoteles exēplariter eis vtitur. Quia erat opinio famoſa in diebus eius ꝙ erant pūcta indiuiſibilia in cōtinuo quorum aliqui aſſeruerunt continuū cōponi ex pūctis vt dominus democritus et eius collega leucipus. Alij ponebant puncta accidentia. Ariſtoteles vſus eſt modo loquēdi cōmuni primo poſteriorum inquit pūcta in linea non ſunt immediata. Sed ſubſtantia linee ex his eſt. Q; aliqua geometricalia rectificare neceſſe ſit per metaphyſicam. patet. eſt tertia petitio euclidis primi elementorū. omnes angulos rectos ſibiinuicē eſſe equales. Et tamen cum angulus rect9 nichil aliud ſit ꝙ̄ ſpacium incluſum inter duas lineas quarū vna cadit ꝑpēdiculariter ſupra aliam. In iſtis diffinitionibus non eſt curandū de vacuo inter lineas: cum naturaliter loquimur etiam tunc non erit angulus. Et tū palam eſt vnū angulū rectum alium includere. et hoc modo loquēdi non mathematici vtūtur. dimēſio maxima vocatur longitudo ſine latitudine et profunditate. Hoc eſt non habendo reſpectū de latitudine ꝛ de profunditate. Ad vlnam non reſpicimus ad groſſiciē et latitudinē dūmodo longitudinem debitam habeat Sic de ſuperficie et corpore dici poteſt ſuo more non loquimur de corpore infinite longo difformiter lato ꝛ profundo ꝙ nulli9 determinate latitudinis et profunditatis eſt. Q; patet de reductiōe ad vniformitatem hoc eſt ſophiſma in propoſito. Cū quelibet pedalitas ei9 eſt lata et profunda. Etiā ex illo concluditur ꝙ eſt aliq̄ ſubſtātia lōga lata et nō ꝓfūda ꝯtra opinionē oppoſitam. partitio linee cadit ſuper punctū non oportet aliquid corrumpi ad diuiſionē linee. patet de diuiſione pedalis in duas medietates. ¶ Secundo principaliter arguitur ex iſto ſequit̄ ꝙ dyameter circuli nō eſſet longiſſima linea in circulo. conſequēs eſt contra euclidem tertio elementorū ꝓpoſitione octaua dicentem. Si extra circulum puncto ſignato ab eo ad circūferentiam linee plurime ducant̄ circulum ſecando q̄ ſupra centrum tranſierit omniū erit longiſſima. Et ꝓpoſitione decimaq̄rta eiuſdem ſi intra circulum plurime recte linee ceciderint dyametrū eius omniū longiſſimam ei ꝗ ꝓpinquiores remotioribus longiores eſſe neceſſe eſt. Eodē modo non dabitur centrū ī circulo a quo omnes linee recte ad circunferentiā exeuntes ſibi inuicem ſunt equales contra diffinitionē circuli p̄mo elementorum. Cum per te centrum eſt diuiſibile vna linea poteſt duci ab extremo illi9 alia a medio. Et ſic ille linee non erunt equales. Sequela principalis argumenti probatur dyameter circuli per poſitionem eſt diuiſibilis et lata. Separo ad intellectū tres partes dyametri a et c extremas b mediam. Tūc ſic a ꝛ c ſunt breuiores b quia magis recedunt a cētro ſecundū euclidem. et p; ad ſenſum. Et tunc ſic hec d linea componitur ex a b c partibus quarum b eſt longior a et longior c. ergo d linea non eſt ita longa ſicut b. Et d eſt dyameter circuli data. ergo propoſitum.

¶ Sed forte dices b erit dyameter et lōgiſſima linea in hoc circulo. ¶ Cōtra hoc argumētor vel b eſt diuiſibilis quo ad latitudinem vel indiuiſibilis? Si ſecūdum propoſitū habeo. Si primū eodē modo partiar b in tres partes ſecundum longitudinem. ¶ Forte dices d linea eſt ita longa ſicut c. Contra omnis linea habens partes difformis longitudinis non eſt ita longa ſicut pars eius longior. Signo vnum aſſerem cuius vna medietas eſt octopedalis et alia decupedalis Totus ille aſſer nō eſt ita longus ſicut medietas decupedalis. patet eadem ratione erit ita breuis ſicut lat9 breuius. Et ſic eſſet octupedalis ꝙ̄ oportet dicere ꝙ totus ille aſſer eſt longus nouē pedibus. Hoc patet ſeparando ad intellectum vnam pedalitatē a latere longiori et addendo coſte iam totus aſſer eſt longus nouem pedibus. Et non eſt longior vel breuior ꝙ̄ prius fuit. Quia ſicut latus longius decreuit ita in eadem proportione latus breuius creuit. Sed nunc eſt aſſer longus nouem pedibus ergo prius erat longus nouē pedibus. ¶ Sed forte dices ſicut punctum velociſſime motum metitur motū corporis difformiter moti quo ad partes. Sic totus aſſer denominabitur ab vna parte longiori. Et coloratur ex cōmuni modo loquendi dicimus hominē eſſe ita longum ſicut eſt linea ducibilis a planta pedis ad verticem capitis. Et ſi illa linea fuerit longa ſeptem pedibus homo dicit̄ tāte longitudinis. Tamen ille idem habet duas partes difformes. Patet ducendo tres lineas a parte exteriori pedis ſiniſtri per armū ſiniſtrū c a pede dextro ad humerū dextrum b de tāta profunditate ad verticem capitis vſq; a. Et ſic linea infinite longa difformiter lata erit tante latitudinis ſicut latiſſima pars eius. et eodē modo de profunditate dicatur. Sic in propoſito dicit̄ ꝙ d linea eſt longior a et longior c ꝓpter b partē longiorem. ¶ Sed contra hoc arguit̄ licet ſic dicere partes in linea difformi cuius due partes erunt equaliter breues. Et tertia eq̄liter terminet̄ ſecundū lōgitudinē vt in homine vel in aſſere latitudinis tripedalis cui9 due tertie extreme ſunt octo pedum et media decē pedū. Tamen hoc nō potes dicere de diametro data cu; non detur longiſſima pars eius. ¶ Reſpondetur negando ꝙ non detur longiſſima pars illius dyametri b media eſt longiſſima eſt ita longa ſicut aliqua pars eius. Et concedo ꝙ medietas b eſt longior duabus extremis. Sed non ſequit̄ ꝙ illa medietas ſit longior b cum b includit illam. imaginemur in medio illius linee lineā mathematicā volo dicere ꝙ b et d copulatiue eſt ita longa ſicut illa linea mathematica. Sicut dicūt ꝙ rota figuli mouetur ita velociter ſicut punctū velociſſime motū in ea. Et ſi nullū fuerit punctum in ea mouetur indiuiſibiliter velocius ꝙ̄ aliqđ punctum eius. Et ſic dyameter mundi eſt lōgiſſima linea poſſibilis naturaliter. erit ita longa ſicut aliqua pars eius. et quelibet pars eius media eſt longiſſima linea et equaliter longa cū dyametro totali. ¶ Sed dices d dyametri b pars eſt longior a et c partibus copulatiue. ergo non eſt poſſibile dare aſſerem difformis longitudinis ſic ſc; ꝙ a erit octo pedum et c octo pedum et b medium decē pedū ſic. ſc; ꝙ partes a ſint vniformis longitudinis partes in ꝙ̄ non ſe includētes extenſe per longitudinē cum a poteſt eſſe dyameter habebit partes difformes. ¶ Reſpondetur negando ꝙ partes a non ſint equalis longitudinis ſi capiatur prima pars ꝓportionalis a partis ꝓxima b parti medie. et ſic diuidendo a per partes ꝓportionales minores

partibus proportionabilibus remotioribus a b que=
libet illarum partium proportionabilium erit equali
ter longa cum alia et erit octo pedum. et nego ꝙ a po
teſt eſſe adequata dyameter circuli naturalis. Hoc di
co vt amoueam muſcas ſeminortuas vbi poneres a
in pluribus locis. Imaginare ꝙ a ponatur ſupra centrū
circuli expanſa ad partes oppoſitas. minor eſt diſtan
tia circuli reſpondens medietati ꝙ̄ partibus extrema
libus ꝑpter ſuam incuruationē. Et ſecundū euclidē
tertio elementorū ꝑpoſitione ſeptima. Quanto vero
a centro remotiores tanto breuiores eſſe cōuenit due
quelibet diſtantes linee breuiſſime collaterales equales
eſſe neceſſe eſt. ergo cū ꝑperiferiam cōtingunt a et c
pertranſibunt circunferentiam etiam partes extrema=
les b eandem periferiā ꝑtranſibunt vel ſupra eam incur
uabuntur. Si debet eſſe dyameter cuius partes extre
males non ſupergrediūtur ꝑiferiā eſſe neceſſe eſt dya=
metrum infinite acutam ꝙ ſemꝑ tendit ad acutiē me=
dium verſus et erit non gradus latitudinis in extre=
mo. Iſta (vt puto) ſunt ſatis ꝓbabilia. ¶ Secūdo di=
ci poteſt concedendo ꝙ longitudo linee finite diffor=
miter lat⁹ vel profunde eſt menſuranda penes redu=
ctionē ad vniformitatem. Et ex cōſequēte conceditur
ꝙ dyameter circuli non eſt lōgiſſima linea in circulo
neq; negatiue neq; affirmatiue. Sufficit negarē li=
nea imaginaria longiſſima. ¶ De centro circuli ſuffi
cit punctum imaginarium īpartibile. Et eſt eadē ſen=
tentia. Quod ſic declaratur ſit circulus deſcriptus ab
immenſi circino pedum multū diſtantium: ſit cētrū
illius circuli pedale ſecundū omnem dimenſionē po=
tes ducere lineas taliter ab eodem pedali ad circunfe
rentiam ꝙ erunt inequales ducēdo a lineam ab extre
mo centri illius et b vltra extremū per vnum digitum
Sed ſi ducas duas lineas rectas equaliter a centro ſiue
a ꝑtibus ſuperficialibus ſiue interioribus ſiue prope
punctum imaginarium in medio ille erunt equales er
go non impedit propoſitum euclidis ſiue ponatur pū
ctum partibile ſiue impartibile. Sed ſatius eſt pro lu=
cidiori intelligentia ipſum reputare indiuiſibile. Si=
cut expreſſe beatus Auguſtin⁹ nullas ponit lineas in
continuo indiuiſibilis latitudinis ⁊ profunditatis. ſ;
dicit diſcipulo conducit eas more mathematico ima
ginare. vt pꝫ in libro de quantitate anime quaſi ꝑ to=
tū. et capitulo decimo illius illius libri ſic ait. Enita=
re cogitare longitudinem ꝙ̄ adhuc nullam latitudinē
aſſumpſerit. ¶ Diſcipulus. nichil tale poſſum cum fi=
lū aranee in animo conſtituero ꝙ̄ nichil exili⁹ ſolem⁹
videre. Occurrit michi etiā ineſſe tū ⁊ lōgitudo ꝑ ſe ⁊
latitudo ⁊ altitudo ꝙ̄ qualeſcūq; ſint eſſe tū negare nō
poſſum. Auguſti. non vſqueq; abſurda eſt rō̄ tua.
Sꝫ certe cum iſta tria eſſe in aranee filo intelligis di=
ſcernis hoc et quid inter ſe differant noſti. Diſcipul⁹
aut aliter potui videre nichil horum de eſſe huic filo.
Et tunc concludit auguſtinus igitur intellectu hoc di=
ſcreuiſti hoc potes etiam ſeiunctis illis ſolam longi=
tudinem cogitare ne aliquod corpus voluas animo.
Nam quodcūq; fuerit his omnibus non carebit. In=
corporeum eſt enī quod te intelligere cupio nam ſola lō=
gitudo non niſi animo intelligi poteſt corpore inueni
re non poteſt. Et ſubdit hanc igitur longitudinē merā
ſimplicem (ſi etiam placet) lineam vocemus. Hoc enī
nomine a multis doctis appellari ſolet. Ex his habe=
mus duo ad propoſitum noſtrū vnū eſt quod in ipſo
corpore non eſt aliqua res ꝙ̄ ſit longitudo tantum. Sꝫ
mera longitudo eſt incorporea Et in animo ſolum.

Aliud eſt ꝙ iſta longitudo incorporea exiſtens alio no
mine a doctis conſueuit vocari linea: et ita vult a ſe
vocari. Et ſicut de longitudine dicit ita in ſequentib⁹
de latitudine et puncto diſſerit. Unde et multis ꝙ̄ ad
hanc materiam pertractatis concludendo principale
propoſitum dicit Dic queſo te ait nūquid vnq; vera
linea eſt que per longum ſecari pōt? aut verū ſignum
(id eſt punctum) quod nullo modo ſecari poteſt? hec ve
ra latitudo que cum erecta eſt vt dicimus ſectionem ꝑ
longum deorſum verſus admittat. Diſcipulus. nichil
minus ſuppleverum eſt quodlibet iſtorum. Auguſti=
nus vnq; ne igitur oculis iſtis corporeis vel tale pun
ctum vel talē lineam vel latitudinem vidiſti? ¶ Diſci
pulus. omnino nūq;: non ſunt enim iſta corporea. Et
mox ex iſtis concludit auguſtinus at quin ſi corporea
corporeis oculis mira quadam rerum cognatione
cernūtur. Oportet animum quo videmus illa incorpo
ralia corporeum ve corpus non eſſe. ¶ Inſuper ſepti
mo ſuper geneſim ad litteram. xvij. capitulo de par=
uis dicit ꝙ ſi anima eſſet corporea nullomō noſſe poſ=
ſet tales lineas que per longum ſecari nequeunt: quales
in corpore non poſſe inueniri nichilominus nouit. Ex
his patet ꝙ ſecundum Auguſtinum nulla eſt incorpo=
rea longitudo aut ſuperficies nec aliqua huiuſmodi
videri poteſt oculo corporali. ſed mente cuius oppo=
ſitum aduerſarij dicunt de ſuperficie. ¶ Tertio ar=
guitur corpus perfecte ſpericum tangit perfecte pla=
nū in puncto indiuiſibili. ergo ponenda ſunt puncta.
Non valet negare ſpericitatem corporis deus poteſt
tale creare Ariſtoteles ex intentione ſecundo celi pro
bat celū ſpericū Q; ſpericū tāgat planū ī pūcto. pro=
batur. ponatur corp⁹ ſpericū graue cadēs ſup corp⁹ pla
nū iam ſpericum tangit planū et non in linea. Et per
ꝯſequēs nec in ſuperficie nec in corpore. ergo tangit ip
ſum in puncto. Sufficit probare ꝙ ſpericum non tan
gat planum in linea. et hoc patet. quia da oppoſitum
ſpericum (vel circulus perinde eſt) tangit planū in li=
nea ducā ad terminos linee a c quā ꝯtingit a d centro
circuli. Tunc habebimus lineas a c et a d et ducam
b d in medium. Et
erunt duo triangu=
li a d b et d b c.




Tunc arguitur ſic
aut linea b d inci=
dit ſup a c lineam
ortogonaliter aut
non? Si ſic ergo in
vtroq; triāgulo a=
pud b erit angulus
rectus. Et ꝑ ꝯſis in
illis triāgulis late=
ra a d et c d ſūt ma
iora b d: q: maiori
angulo opponunt
Si non incidat or=
togonaliter vnus angulus quem facit b d eſt obtuſus
et ei obtuſo in ſuo triangulo maius latus opponitur
vt claret apud euclidem et intelligentes. Ex quo ſeq=
tur ꝙ tres linee venientes a centro d vſq; ad puncta
b c a non ſunt equales. Sed tamen illa puncta ſūt pū
cta circunferentie. igitur. linee veniētes a centro ad cir=
cunferentiam non ſunt equales. quod eſt inconueniēs
et contra diffinitionem circuli ergo concluditur ꝙ cō
tingit in puncto et nō in linea. ¶ Item probatur alia
via ꝙ impoſſibile eſt circulum tāgere lineam per lon=

gitudinem. Et hoc ſic. da ꝙ circulus tangat lineā rectam circuli per aliquam longitudinem ꝗtūcūꝗ parua ſit illa. ſit digitalis pars illius gratia exempli que tangit totā illam lineam ſecundum longitudinē cuiꝰ extremitates erunt a et b cuꝫ mediū non e ıt ab extremis Et a puncto a ad punctū b ducitur linea breuiſſima. linea b eſt breuiſſima ducibilis inter illa duo puncta ergo eſt recta ergo circulus componitur ex lineis rectis qđ eſt impoſſibile. Semper abigo ſe inmortuas muſcas . ne ponas circulum in duobus locis et ꝙ in vno loco rectificetur. ¶ Preterea videmus ad ſenſū ſi eſſet corpus molle tangens tabulam planam ſecundum aliquam longitudinem ſi corpus molle creſcat ad curuitatem eleuatur a tabula et non tāgit per tantam latitudinem. quātomagis eleuatur tanto per minorem longitudinem tangit ergo quando ꝑmo efficitur circulus non tangit per lineam. Hoc oſtenſo ꝙ impoſſibile eſt circulum vel corpus ꝑfecte ſpericū tāgere perfecte planum per lineam. Et cum tangat reliquum eſt ꝙ tangat per punctum. ¶ Reſpondetur dupliciter. Uno primo concedendo ꝙ corpus ſpericum tangit perfecte planum. Sed nego ꝙ tangat in pūcto id eſt in aliqua entitate qđ tu vocas pūctū. tangit pūctualiter hoc eſt non tangit rectam lineam. ſecunduꝫ nullam longitudinem tangit. ſecus eſt quādo duo corpora plana ſe tangunt ibi datur determinata pars cōtactus. Hic nulla pars determinata tangit ſecundum ſe et quodlibet ſui. ſed nego ꝙ aliqua pars indiuiſibilis illius corporis tangat illud corpus planū quelibꝫ pars tangens corpus planū eſt diuiſibilis medietas inferior corporis ſperici tangit corpus planū. Et medietas illius medietatis planū verſus tangit corpus planum. et ſic ſine ſtatu. Ex his habetur ꝙ linea corporis ſperici tangit corpus planū: ſed non tāgit lineaaliter: hoc eſt non tangit per longitudinem. ¶ Sed cōtra hoc arguitur illa ſe tangunt quorum vltima ſunt ſimul ſexto phyſicorum. Sed inter corpus ſpericum ⁊ corpus planum vndiꝗ aer mediat ergo ſolum conſequenter ſe habent. Ꝟr quoquerſum aer intercipit ſic deprehenditur ꝙ deus remoueat corpus ſpericum a corpore plano Et ꝙ deꝰ ibi cōſeruet vacuū. Tunc ſic in illo vacuo non eſt aer ſed locus imaginarius diuiſibilis. Et corpus ſpericum tetigit corpus planum ꝑ totum illud ſpacium imaginarium. ergo tetigit ꝑ longitudinem et linealiter. ¶ Reſpondetur concedendo ꝙ vndiꝗ mediabat aer inter corpus ſpericum et planum. ſed quia decreſcit ille aer ad non ꝓfundum hinc inde ex parte cōtactꝰ nō dabitur pars diuiſibilis poſt ſeparationem corporis plani vacua ſed totum corpꝰ planum cooperiet ab aere qui ex duabus partibus oppoſitis terminatur in non profundum. Et illic corpꝰ ſpericum attingebat corpus planum. ¶ Sed contra hoc arguitur ſic vel aliquid mediat inter illas duas partes aeris quas dicis terminari ad non profunduꝫ vel nichil? Si ſecundum ſemper colligitur ꝙ illa duo corpora non erunt contigua. Si aliquid mediat ⁊ nō diuiſibile per ſolutionē datā ergo indiuiſibile quod venamur ¶ Propter hoc datur ſecunda ſolutio in quo intellectus magis quieſcit negando ꝙ illa corpora ſe tangant: quia vndiꝗ aer intercipit inter illa duo corpora nec eſt poſſibile ꝙ corpus perfecte ſpericum tangat perfecte planum vt argumentū deducit. ¶ Sed dices aer non poteſt superferre corpꝰ graue ſpericum ergo non impedit ipſum deſcendere. Corpus ſpericum deſcendens ſuper corpꝰ planum vitreū ipſū frangit ergo ipſum attingit. ¶ Reſpondetur negando ꝓ ſuppoſitum nō eſt aer qui corpore graui reſiſtere quit ſed ex natura corporis ſperici non potētis corpus planū tangere ꝓuenit. ¶ Ad ſcđꝫ reſpondetur ꝙ ꝯpña eſt nulla ſtat ꝙ quis frangat duram matrem et piā matrem ꝑ aliquod leſiuum extraneū non contingens alterutram matrum. ¶ Uel ſic duobꝰ modis aliqua ſe tangunt. vno modo quādo non poſſunt eſſe ꝓpinquiora ſaluis eorum figuris. Et hoc modo corpus ſpericū tangit corpus planum. Dixi ſaluis figuris int corpus ſpericū et lineam rectam incuruatam poteſt eſſe cōtactus. Et ſic de virtute ſermonis conceditur ꝙ corpus ſpericum manens ſpericum poteſt tangere planū ¶ Alio modo aliꝗ q̄ ſe tangunt ſic ſe habent ꝙ determinata pars vnius tangit determinatā partem alterius ſecundum ſe et quodlibet ſui ſuꝑficiale. Et ita eſt de corporibus quibus cōiter vtimur. ¶ Ultimo arguitur ſic illa ſe tangunt quorū vltima ſunt ſim[.]l. et non eſt penetratio corporum naturaliter. ergo oportet ponere ſuperficies corporum in eodem loco. ¶ Ulteriꝰ ponatur corpus denſum et opacum bene coloratū in parte exteriori tam video illud corpus ſecundū ſuperficiē: quia non video per profunditatē cum partes interiores illius corporis non intueor datur lumen reflexum ab vno corpore non tranſparente ſuperficiale in illo. ¶ Rn̄detur in tactu corporū nō oportet duas vltimas partes nec eorū terminos eſſe in eodem loco adequato. Ad tactū corporū ſufficit ꝙ determinata extrema ſic ſint apposita ꝙ nichil poteſt int illa mediare. ¶ Ad ſecundum dicitur ꝙ profunditatē video ſed non video ſecundum profunditatem. video ſuperficiē et ſuperficialiter video. Non capio ſuperficialiter ſicut capitur apud loquentes cū dicunt hominē in cortice et non in nucleo rem ipſam cōtemplari. De lumine quodcūꝗ ſignetur ſubiectum eius eſt corpus ⁊ aliquam profunditatē licet nonnūꝗ tenuem hn̄s.

Similiter cū dicitur eſt pater vel vnus eſt filius ⁊ huiuſmodi: ratio dicti hec eſt ꝙ non ſunt multi patres: vel multi filij ita et de ſimilibus. Item cum dicimus plures eſſe perſonas. ſingularitatem atꝗ ſolitudinem excludimus: nec diuerſitatem nec multiplicitateꝫ ibi ponimus quaſi diceretur. Sine ſolitudine ac ſingularitate perſonas confitemur. Unde Hylarius in. iiij. libro de trinita. ait. Dixit deus. Faciamus hominem ad imaginem ⁊ ſimilitudinem noſtram. Quero nunc an ſolum deum ſibi locutum exiſtimes: an hunc ſermonem eius intelligas ad alterum extitiſſe? Si ſolum fuiſſe dicis: ipſius voce argueris dicentis. Faciamus et noſtram. Suſtulit enim ſingularitatis ac ſolitudinis intelligentiā profeſſio cōſortij q: aliquod cōſortiū eſſe non pōt ipſi ſolitario neꝗ ſolitudo ſolitarij recipit faciamꝰ; nec alieno a ſe diceret noſtram.

¶ Diſtinctionis.xxiiij.queſtio ſecunda.

Queritur ſecundo de vnitate principio numeri et de numero. Et q̄ro queſtionem ipotheticā an vnū dicatur de quolibet: et vnitas ſit res ſuperaddita rei vni ſicut numerꝰ res ſuperaddita rebꝰ numeratis. ¶ Hic varius eſt modus opinandi nā quidā doctor i hac diſtinctione tenet ꝙ terminus vnū ſimpliciter non dicitur de quolibet ſed ſolum de re indiuiſibili angelus eſt vnū. homo non eſt ens ſed entia nec ſequitur eſt vnꝰ homo ergo eſt vnū ens. ¶ Unus altus rethor cap. ſcḋo p̄mi libri ſue dicte dialectice tenet ꝙ ſolum res eſt tranſcendens. dicit tranſcendentia unt principium principes hoc eſt predicamentorū pricipes. peryparhetici inquit ſi dc̄ eis optio optnor hanc dignationē tribuerēt illi vocabulo res. Hoc enī in ore ſemper habent. hoc velut talo q̄ multa latera habet vtuntur et ludunt. apud me autē ex his ſex que quaſi de regno contendunt nō aliter res erit rex q̄̄ darius ꝫyta'ꝫis filius futurus rex erat ex illis ſex pſis q̄ regnum ſorti pmiſere inter que ens vt maximam ad optinendum regnum pre ſe fert ſpeciē ita clam maxio vicio laborat: de quo vt dicam pluribus breuiſſime dicam q: nichil habet dubitationis queſtio de alijs. Et vt apertius probet inquit id enucleate exacte ꝫ diſputabit. poſtea quintilianū priſcianum ceteroſq; ſue forma in agmē euocat. ¶ Ulterius alij ponunt vnitatē predicamentalem ſuperadditam rei vni vnitatē tranſcendentalem idēptificari. ¶ De numero aliqui putant eum idēptificari rebꝰ numeratis. aliqui inherere eiſdem. tertij dicunt ſolum numerum eſſe in anima.

Gregorius.

[...]rentius valla.ij.cap̄

Beatus thomas ⁊ realis

¶ Ponam tres ꝯcluſiones. ¶ Prima eſt vnū eſt tranſcenden̄s: ⁊ de q̄libet dicit̄ diuiſibili ⁊ īdiuiſibili. ¶ Secunda concluſio vnitas predicamentalis non diſtinguitur a re vna. ¶ Tertia concluſio numerus nichil aliud eſt q̄̄ res numerate vel numerabiles. ¶ Primā concluſionem probo ſic ratione. homo non eſt ens per te: ſed entia ergo iſta vel illa poſita cōſtantia ꝯſequēs eſt vna diſiunctiua cuius quelibet pars eſt falſa. et ex falſitate conſequentis cū veritate ꝯſtantie redibimus ad falſitatem iſtius homo eſt entia. ⁊ ꝙ illa eſt negāda probatur falſitas ꝯſequētis ſi aliqua cathegorica ſua debet eſſe vera maxime eſſet iſta totū eſt iſta entia omnibus iſtis partibus demōſtratis q: tenes totum eſſe ſuas partes vel omnia quorū q̄libet eſt ſua pars. Taceo quod hic ſupaddes quintū pedem arieti. Q; illa ſit falſa patet. bene ſequitur totū eſt hec entia ergo totū eſt hoc ens et hoc ens et ſic de ſingulis copulatim ſed illud conſequens eſt falſum cum ſit vnū copulatuꝫ cuiꝰ nulla pars ſupponit. nulla pars eſt hoc ens: quia negas continuum cōponi ex punctis. ¶ Forte dices hec cōſequentia non valet quia dato corpore habente quatuor gradus albedinis et q̄tuor nigredinis p totū iam hoc corpus eſt album et nigrum copulatim et tamen nulla pars eſt alba et nulla eſt nigra. ¶ Hoc non eſt inconueniēs. ſufficit ꝙ habeat albedinem ⁊ nigredinem ille qualitates ſe iuuant ad denominationē copulatam. et vna caruꝫ impedit aliam ne denoiet totum hic nō eſt idem: quia illud eſt he partes albe ⁊ nigre: et hoc album et hoc nigrū. ¶ Inſup hac via vnū et ens non erunt tranſcendentia: cum non predicātur de pronoīe demonſtrante quācūq; rem ſine addito cōtra omnem ſcolam. ¶ Pretererea ſortes eſt entia ꝫ ſortes eſt entia indiuiſibilia. ptꝫ. ens ſine addito capitur pro indiuiſibili ꝫ eodē modo in plurali numero. ¶ Sed qui vellet tenere principiū ſuū poteſt negare hanc homo eſt ens. ſimiliter hanc homo eſt entia ſed iſta eſt vera homo eſt ens hō ſicut imago eſt homo pictus tales concederentur homo eſt aīal: licet ſubiectū pro nullo ſupponat dicerent ꝙ ſupponit pro ente hoīe ſicut ſecundum multos accidēs non eſt ens tū ꝯcederet iſta albedo eſt color. Sed tūc oporteret luctari de talibus ſortes eſt ens album querendo pro quo ſupponit et quicquid dicatur teneo cōcluſionem prefatam.

¶ Secunda cōcluſio probat̄ vnitas p̄dicamētalis diſtinguit̄ a re vna per te ⁊ et inheret ſeparata illa vnitate per potētiam dei abſolutā res eſt ita bene vna ſicut prius erat. ¶ Diſtingues vel vnitate p̄dicamentali et ſic negas vel vnitate tranſcendentali et hoc ꝯcedis ſciebamꝰ ante diſtinctionē tuā nichil aliud eſſe q̄̄ ſubterfugium. ¶ Item ego quero a nō addicto opinionī quid diceret michi laurentius ſi p̄ſens eſſet. qui audet iurare ꝙ non intelligunt ſe ponentes pūcta indiuiſibilia: an auderet iurare ꝙ iſta vnitas p̄dicamentalis luctaretur cum ſanctitate iouis: incaſſum eſt p amplius circa hoc inſiſtere. ¶ Tertia cōcluſio probatur numerus formalis eſt accidens per te inherens cōtinuis q: et diuiſione cōtinui fluit numerus. vel illud accidens eſt indiuiſibile vel diuiſibile: Si primū q̄mō inheret ſubiecto diuiſibili: Sꝫ quia hec ſpecies aromathica eſt ita frequens apud tuā apothecā de relationibꝰ intrinſecus et extrinſecus aduenientibꝰ ꝯpotum nullū facio queritur an illud accidens indiuiſibile q̄d eſt numerus formaliter per te inherēs duobus lapidibꝰ per quem dicis duos lapides eſſe duos inheret vtriq; lapidum vel illis duobus copulati: ſit vnus lapis rome et alter pariſit. Si primū idem accidens erit in duobꝰ ſubiectis copulatiue: et mouebitur motibus ꝯtrarijs ad motū illorū duorum lapidum et idem erit in duobus locis naturaliter nō informādo materiam (vt de anima intellectiua cōtingit) īmo in duobus locis ſeparatis. ſi eſt in illis duobus ſubiectis copulatim q̄rit̄ in quo loco eſt illud accidens an rome vel pariſꝰ: Si dicas in vtroq; loco copulatim. deſtruant̄ illi duo lapides illo accidente reſeruato vbi manebit illud accidens: ¶ Secundo arguitur ad idē poſſibile eſt ꝙ due partes continui ſepararent̄ de potentia dei abſoluta abſq; hoc ꝙ producatur iſte numerus formalis. ⁊ tūc erunt duo lapides ꝫ incaſſum ponis numerū binariū diſtingui a rebus numeratis. ¶ Et quicq̄d dicat q̄dā cum eo non opinamur nolo ampliꝰ certare de illa materia et id rationis eſt ſciuꝰ a nullo eis poſſe imponi ſilentiū ꝙ labia non aperiāt: ſufficit nobis eam partem amplecti q̄ verior apparet. ¶ Ueniendo ad principale cōtemplatione cuius hec premiſimꝰ dicit̄ ꝙ numerus multis modis capitur vno modo pro quacūq; pluralitate aliquorum ſiue illa eſſentialiter diſtinguantur ſiue non: ſiue illa conſtituāt vnū ſiue nō hoc modo continuum eſt numerus. ¶ Secundo modo ſumitur ſtricte pro ſinitate rerum nō cōſtituētiū vnum. Primo iſtorū modorū deus eſt numerus q: eſt ſancta trinitas. ſic ſumit damaſcenus li.iij.cap̄.v. dicens ꝙ tres hypoſtaſes ſancte trinitatis indiſtanter diuiſe ſūt et numerantur. numerus tamē diuiſionem vel diſtantiam vel deciſionē vel alienationē vel inſciſionē non operat̄ in eis. Qui poneret quātitatē diſcretā a rebꝰ numeratis diſtinctaꝫ nō poteſt ponere quātitatē ī deo et per iſtud ſoluuntur auctoritates quas magiſter po=

Johannes capolus

nit in littera. ¶ Contra primam concluſionē arguitur ſic vnum et ens dicuntur tam de re diuiſibili ꝙ de re indiuiſibili per concluſionē. ergo dom⁹ dicetur aliquod vnum ⁊ ens. ꝯñs eſt falſum cōponitur ex partibus diuerſarum rationū quarū nulla eſt alia in forma ⁊ qꝛ hoc modo congeries lapidū erit ens quod eſt falſum. ¶ Reſpondetur tribus modis dicit̄ aliquid eſſe vnū. vno mō qñ caret partibus ſicut aīa intellectiua. ¶ Secundo modo qñ cōponitur ex partibus diuerſarum rationū quarū vna ſe habet ꝑ modū potentie et alia per modum actus vt homo equus. ¶ Tertio modo quando ſunt accidentia eiuſdē ſpeciei in eodē ſubiecto ꝑmo mō vt albedo ſcientia ſecundū illud. v. metaphyſice impoſſibile eſt plura accidentia eiuſdem ſpeciei eidem ſubiecto inherere ꝗd exponere oportebit niſi conſtituant aliquod vnū ſecūdum rectum modum opinandi de intēſione forme. Ens poteſt capi vt diſtinguitur cōtra entia. et ſic nullum diuiſibile eſt ens. ⁊ nichil eſt vnum et multa. Nō obſtante in ſecunda acceptione ens et vnum de virtute ſermonis capiunt̄ ⁊ ſic ſumit beatus Auguſtin⁹. libro de libero arbitrio cap. xv. inquiens vnum vero quiſꝗ veriſſime cogitat profecto inuenit corpore ſenſibus etiam non poſſe ſentiri quicquid enim ſenſu attingitur iam non vnū ſed multa eſſe cōuincitur. Et decimo metaphyſice philoſoph⁹ loquens de vno quod eſt metrū et principium numeri quod in numeris eſt metrū certiſſimū ibi videt̄ ponere vnitatem indiuiſibilem. vbi cō. iiij commen. ait non omnes vnitates que accipiuntur ad menſurandū ſūt īdiuiſibiles eodē modo ſꝫ quedā ſunt īdiuiſibiles ſimpliciter vt vnum in numero et quedā per inſtitutionē vtpote vnum ſimpliciter poteſt vocari quod non eſt multa alio mō ſimpliciter quod ſine addito ſit ſecundū illud philoſophi ꝑmo poſtꝰ ſimpliciter dico quod ſine addito dico. ¶ Uel pro ariſtotele et cōmen poteſt dici quod indiuiſibile non capitur pro illo quod hꝫ plures partes ſed pro illo cui⁹ partes apud cōmuniter loquentes non ſuſcipiunt denominationē totius. communiter loquentes non cōcedunt partem hoīs hominem: et partem equi equū. et tales vocant̄ indiuiſibiles. patet. iij. phyſicorū cōmento lxviij. vbi inquit omne vnum eſt indiuiſibile vt vnus homo vn⁹ equus et iſta enim indiuiſibilitas eſt ſpeciei. Uel loquit̄ de ſpecie ſpecialiſſima que non diuidit̄ in alias et ſic eſt indiuiſibilis. et ſic reperitur metrum in menſura vt homo eſt menſura animaliū albedo colorū. ¶ Ex his ſequitur ꝙ dom⁹ non eſt aliquod vnum nec ens. ſimiliter nec aceruus lapidū. ¶ Secundo ſequit̄ hec ꝯſequentia eſt nulla. eſt vna dom⁹ ꝗ eſt vnum ens. nec ſequit̄ hic exercitus eſt vnus ergo eſt vnum ens. ¶ Tertio ſequitur hic populus eſt nō ens. loquor de termino populus habente primam breuē. Probat̄ correlarium. iſte populus non eſt ens et iſte populus eſt popul⁹ ergo iſte populus eſt non ens a negatiua de ꝑdicato finito ad affirmatiuam de ꝑdicato infinito poſita cōſtantia. ¶ Quarto ſequitur ꝙ non ens eſt populus ꝑ conuerſionem ſimplicem. ¶ Tertio ſequitur ꝙ hec eſt cōcedenda non ens eſt non ens licet extrema pro nullo ſupponant: ſupponunt tñ pro aliquibus. ¶ Sexto ſequitur hec conſequentia eſt nulla duodecim homines ſunt duo ſenarij ergo ſunt duo entia. pari forma nō ſequitur duodecim angeli ſunt tres quaternarij vel quatuor ternarij ergo ſunt tres vel quatuor. ¶ Sed contra hoc arguitur ex iſto ſequitur ꝙ res eſt tranſcēdēs ſicut iſte dicit ⁊ nō ens cū dicat̄ de populo hoīe ⁊ angelo nō autē ens ſimiliter falſum non eſt verū ergo verū non eſt tranſcendens. ¶ Reſpondetur ſicut res in ſingulari et plurali predicatur de quolibet et de quibuſlibet hoc eſt de pronoīe ꝗdcunꝗ vel ꝗcunꝗ demonſtrāte ſic ens in ſingulari et plurali. ¶ Licet diſſute ꝓbat res eſſe tranſcendens non probat hanc negatiuā ens non eſt tranſcendens ſed portentoſis ꝟbis hoc ꝓterit Nichil eſt quod dicitur de falſo et vero verū ſcdē intentionaliter non eſt tranſcendens ſed vt tantum valet ſicut ens verū ꝗd ipſe non reprobat. Non ſtamus an talis terminus ſit tranſcendens ſortes ſi eſt ſortes homo ſi eſt ſortes homo vel non homo. ſermo eſt apud loquētes de iſtis ſex incōplexis. ¶ Contra tertiam concluſionem arguitur ſic ex ea ſequitur ꝙ ternarius et quaternarius eſſent eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime. ꝯſequēs eſt falſum vnitas variat ſpeciē numeri octauo metaphyſice. probo cōſequentiā demonſtro tres homines de vna parte et ꝗtuor ex alia et ſic arguo oēs iſti ſunt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime et iſti ſunt quaternarius et ternarius: cū numerus nichil aliud ſit ꝙ res numerate. ¶ Preterea ex concluſione ſequitur ꝙ numerus perfectus eſt numer⁹ diminutus et nūer⁹ ſuperabundans cōſequēs eſt falſum ⁊ contra ariſmethicos ergo et antecedens. probo conſequentiā demonſtro vnum continuum a. a habet octo octauas tūc a eſt nūer⁹ octonarius ergo eſt numer⁹ diminut⁹ cum omnes partes eius aliquote ſimul collecte minorē numerū ipſo ꝯſtituunt. et a eſt numerus ſenarius cū contineat ſex ſextas ergo eſt numerus perfectus cū omnes partes eius aliquote ſimul collecte eꝗlem numerū ipſi ꝯſtituunt. ⁊ a eſt duodecem duodecime. ꝗ eſt numerus ſuperhabūdans: cū partes eius aliquote ſimul ſumpte maiorem numerū ipſo conſtituūt. Eodē modo ꝓbabitur ꝙ numerus pariter par eſt pariter impar et impariter par demōſtrato eodē cōtinuo. Similiter ſequit̄ ꝙ numer⁹ linealis erit numerus ſuperficialis et corporalis. ſimiliter ꝙ numer⁹ primus et incōpoſit⁹ eſſet numerus ſecundus et ꝯpoſitus oīa iſta facile eſt deducere ex poſitione per partes continui. Iſtud eſt deſtruere totā arithmeticā ſpeculatiuā. ¶ Ad primum dicitur diſtinguēdo ꝙ ternari⁹ et quaternarius ſunt eiuſdē ſpeciei: vel in genere ſubſtantie ⁊ ſic conceditur vel eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime in genere quantitatis. ⁊ ſic negatur. ¶ Ad ſecundum ꝯcedantur omnia illa illata. nec hoc eſt mathematicā deſtruere oē verum oī vero conſonat ꝑmo ethi. diſtictio realis in iſtis eſt in rebus indiuiſibilibus. diſtinctio ratiōis in diuiſibilib⁹. ſufficit arithmeticis ꝙ quatuor ſit pars aliꝗta de octo et nō qui ꝗ hoc eſt ſm denominationē de ꝗtuor licet de virtute ſermonis quinarius ſit pars aliquota de octo tamen non eſt de ratione quinarij. Eedem paſſiones numerorum reſultant per diſtinctionē rationis ſicut per diſtinctionē realem. ¶ Etiam pars oppoſita tantū reluctatur arithmetice ſicut iſta: cū ſcdm arithmeticos ternari⁹ nichil aliud ē ꝙ tres res nūerate. Unde ī principio ſeptimi elementorū euclides numerū diffiniens ſic inquit. Numerus eſt multitudo ex vnitatibus ꝯpoſita. Et decio metaphyſices numer⁹ eſt pluralitas vnitatū et cō cōmen. lxviij. iij. phyſicorū dicit ꝙ numerus eſt coaceru⁹ vnitatū et. x. metaphyſice cōmen. duodecimo dicit ꝙ in diffinitiōe numeri dicitū eſt ꝙ eſt multitudo cōpoſita ex vnitatibus. Tu dicto numerum indiuiſibile accidens diſtinctū a rebus numeratis ⁊ ꝯſequens null⁹ numerus eſt maior alio nec erit totum et pars et breuiter plura ꝑgnantia videbis cū arith

metica et oī ſcibili ꝙ̄ cum iſto modo dicendi. Tu di-
cis preſuppoſitiue numerus eſt vnitates et vadis con
tra virtutem ſermonis. ¶ Secundo arguitur ex iſto
ſequitur ꝙ ſenarius eſſet bis tria et quaternarius bis
duo ꝯſequens eſt cōtra philoſophum. v. metaphyſice
dicentem ſubſtantia enim cuiuſlibet eſt ſemel vbi gra
tia ſex non enim bis tria ſed ſemel ſex. vbi ꝯmentator
com. xix. dicit ꝙ ſubſtantia ſenarij eſt vnicum ſex. nō
tres binarij. ¶ Preterea nūerus canū et ouiū ſpecie
diſtinguerentur. hoc eſt contra philoſophum. iiij. phy
ſicorum in fine vbi dicit quod eſt idem numerꝰ canū
et ouiū. non loquitur de idemptitate ſpecifica ſed de
idēptitate numerali. Vn̄ per hoc ꝙ tempus dicit̄ nu-
merus motuū et idem eſt numerus diuerſorum nūera
torū eq̄liū multitudine ꝓbat ꝙ omniū eſt idē et vnū
numero tempus. ¶ Ad primum dicit̄ ſi coniūctio in-
cluſa in termino numerali dicat īterruptionē ſic nego
ſaltem in diuiſibilibus. ſi cōplexiue capiatur ſic con-
ceditur. Sȝ ad intentionem philoſophi concedit̄ ꝙ ip
ſe ibi diſtinguit modos quibus dicitur ꝙ quantitas ⁊
quale dicuntur etiam in mathematicis ſicut numeri
dicuntur quales verbi gratia compoſiti ſuperficiales
et ſolidi. Vnde quando aliquē numerum dicimus ſu
perficialem vel ſolidum non dicimus q̄d ipſe eſt ſed q̄-
lis tunc vero ſignificamꝰ illum ſuperficialē cū ſignifi
camus ipſum conſurgere ex ductu vniꝰ duorū nume-
rorum in alium. vbi gratia cum dicitur de aliquo nu-
mero ꝙ eſt bis tria non ſignificat̄ quid eſt et ſubſtātia
eius ſed qualis. cum vero dicitur ꝙ eſt ſex vel ſeptem
vel aliquis numerus ſemel tantum tunc denotatur
ſubſtantia eius. ¶ Ad aliud concedo ꝙ numerꝰ canū
et ouiū ſpecie ſpecialiſſima in genere ſubſtantie diſtin
guunt̄ ſȝ non in genere quātitatis. q: ſeptē ⁊ ſeptē que
ſunt de predicamento quātitatis hn̄t ꝯnotationes ſy-
nonimas. non inconuenit eandem rem poni in diuer-
ſis predicamentis eo modo q̄ ꝯuenit rei ad eē poni in
predicamēto. Nec intendit dicere philoſophus ꝙ nu-
merus canū et ouiū ſit idem ſeptenarius numero ſed
ſunt idem numerus ſpecie. ſicut in p̄te ſequēti ſtatim
dicit quādocūqȝ cōtinētur ſub aliqua dr̄ia immedia-
te diuidēte aliquod cōmune nec differūt per differenti
as illius tale commune p̄dicari p̄t de illis adiūcto ſibi
hoc termino idē. Contra aūt ſi differāt differentijs il
lius ꝯmunis. Verbi grā ſcd̄m cum equilaterus ⁊ gra
dratus nō differt differētijs īmediate diuidētibꝰ figu
ram ſed ambo ſub eadē dr̄ia figure cadūt. vterqȝ eīn
rectilineus. figura ēo diuidit̄ ꝑ lineam rectā et circu
larem ideo dicit ꝙ ābo ſunt eadē figura q: vō ipſi dif-
ferunt ꝑ differentias īmediate diuidētes triangulum
q̄ ſunt hn̄s latera equalia et hn̄s inequalia ideo non
dicunt̄ idē triangulus. ¶ Sic in propoſito q: ſepte-
narij oēs ſub eadē differētia huiꝰ cōis nūerꝰ ꝯprehen
duntur ideo dicit ꝙ ſunt idē numerus. non autem di
cit ꝙ ſunt idem ſeptenarius. immo infra expreſſe dicit
oppoſitū. Et eſt ratio q: ſeptenariꝰ eſt ſpecies ſpecia
liſſima q̄ non diuiditur ꝑ differentias ſpecificas ſȝ im
mediate diuiditur in īdiuidua et ideo de talibꝰ nulla
p̄dicatur ſpecies cū hoc termino idē ſicut duo equila
teri nō dicūtur idē equilaterus q̄uis ſcd̄m modum
predictū dicant̄ idem triangulus. ¶ Tertio arguit̄
numerus et magnitudo ſunt ſenſibilia diſtincta ſecū-
do de aīa. ergo diſtinguūtur alioquin nō eſſent quīqȝ
ſenſibilia ꝯmunia. ¶ Inſuper ſi numerꝰ eſſet res nu
merate tunc quicūqȝ videret vnū exercitum hoim vi
deret numerum eoꝝ et ſciret q̄t eſſent centum vel mille

¶ Reſpōdetur ſunt quinqȝ ſenſibilia cōmunia hoc eſt
ſunt quinqȝ genera vel ſpecies ſenſibiliū. et non req̄rit-
ſunt equales inter ſe. et ſi reperiant̄ tales partes infinite protinus ipſum totum infinitū abit. Alie ſunt partes eiuſdem proportionis ⁊ ſunt talis nature ꝙ qualis eſt proportio ṗme ad ſecundaʒ talis eſt ſecunde ad tertiam. tertie ad quartam et ſic ſine ſtatu. Declaratur exemplo de continuo ꝑmanēte do corp⁹ bipedale ſua prima medietas eſt ṗma pars ꝓportionalis ſcʒ pedale ſecunda pars ꝓportionalis eſt medietas imediate ſequens. totum primam partē excedit in duplo. ꝓportionabiliter ṗma ſecundam. ſcđa tertiam in duplo et ſic ꝑ̄r. ergo qualis ſuatur totius ad primam partem ꝓportio talis ſeruatur in omnibus aliis conſimiliter ſe habentib⁹. Eodē mō partire poteris i ꝓportiōe ſexqualtera ſexquiſtia vel quacūꝙ alia ꝓportione libuerit. Nam totum preter tertiā partē poteſt vocari ṗma pars ꝓportionalis et ſic conſequenter vt capto corpore tripedali bipedale eſt prima pars proportionalis due tertie vnius pedis erunt ſecūda pars ꝓportiōalis ⁊ ſic ſine ſtatu ſimiliter ṗma pars ꝓportionalis poteſt eſſe totū preter vnam quartā eius et ſecunda pars proportionalis eſſet totū reſiduū quarte ṗter eius quartā et ſic vltra. et ſic capto corpore q̄drupedali tripedale eſt prima pars ꝓportionalis eius ⁊ tres quarte ſequētes ſcđa pars ꝓportionalis et ſic cōſequenter dicūtur .ꝫd ꝓportio dupla eſt notior propterea illa eſt vulgatior. dicunt̄ ꝓportionales q̄ partes ſunt de numero ꝓportionalitatū. ꝓportionalitas ad min⁹ inquirit ſimilitudinem duarū ꝓportionū vt pꝫ quīto elementorū Eodeꝫ mō in hora prima medietas hore eſt ṗma pars proportionalis ſecun da medietas ad illam accedens ... ſecunda et ſic in infinitū. ¶ Vltra nota ꝙ interdū poteſt inchoari a partibus proportionalibus minoribus non nūꝙ a maioribus. ¶ Ex his ſequūtur correlaria. ¶ Primū infinite ſunt partes ꝓportionales cathegoreumatice in cōtinuo. probatur multitudo partium proportionalium eſt cuius non eſt dabilis vltima vnitas. Quod probat̄ vel illa eſt diuiſibilis vel indiuiſibilis: non ſecundum. quia nulla talis eſt pars cōtinui. nec primū. quia medietas eius eſt vltra illam et per conſequens illa non eſt vltima. ¶ Secundum correlarium et hoc ſequens eſt ꝙ datur infinitū multitudine actu. et ſic eſt infinita multitudo rerum exiſtentium actu. ¶ Sed aliquid dicitur eſſe ens in actu bipartiam. Primo modo quando eſt actualiter in rerū natura. ¶ Secundo modo capitur pro ente ſeparato et iſto modo pars continui dicitur eſſe in potentia. nō qui realiter ſit. ¶ Ex iſto patet quomodo ariſtoteles intelligendus eſt negans infinitam multitudinē actu intelligit ſecundo modo. ¶ Tertio ſequitur licet de⁹ quamlibet partem proportionalem a continui diſtincte videt: tamen non videt vltimam. ſaltem ſi videt vltimam non videt primam. Prima pars patuit diſtinctione trigeſimaquinta. Secunda pars patet quia non eſt dabilis vltima ſi detur prima. Notanter ſi detur prima. quia incipiendo a partibus proportionalibus minoribus datur vltima pars proportionalis ſecundum illum moduꝫ procedēdi. Quod non detur vltima pars proportionalis in continuo patet vel illa eſt diuiſibilis vel impartibilis: ſi primum iam eſt aliqua vltra illam. et per conſequens illa non eſt vltima ſi eſt impartibilis. iam pure continuū cōponitur ex indiuiſibilibus qđ ſexto phyſicorum reprobat phyloſophus expreſſe. Et dato ꝙ teneamus continuum componi ex indiuiſibilibus cum democrito ⁊ eius collega leucippo adhuc non datur vltima pars proportionalis in continuo. hoc totum nunc ſupponitur quia patebit diſtinctione ſecunda ſecundi ſententiarum.

¶ Quarto ſequitur hec conſequentia eſt nulla datur prima pars proportiōalis a continui. ergo datur prima pars a continui. extremum non eſt inferius ad extremum. ſicut nō ſequitur ſimpliciter ſortes eſt optimus homo. ergo ſortes eſt optimum animal. ¶ Arguitur probando ꝙ eſt aliquod infinitum actu. omne corpus habens infinitas partes eſt infinituꝫ actu. qđlibet corpus eſt huiuſmodi. vt patet de partibus proportionalibus eius. igitur. ¶ Diſtingo maiorem. vel habens infinitas partes eiuſdem magnitudinis. ⁊ ſic conceditur. vel aliqualis proportionis. et ſic negatur. ¶ Contra hoc arguitur. ſunt infinite partes eiuſdem magnitudinis. ergo propoſitum. ¶ Forte negas de partibus non communicantibus. licet hoc ſit verum de partibus communicantibus. ¶ Contra hoc arguitur iſte partes eiuſdem proportionis ſunt infinite. et iſte partes eiuſdē proportiōis ſunt partes eiuſdem quantitatis. ergo partes eiuſdem quantitatis ſunt infinite. ¶ Reſpondeo per propoſitiones. ¶ Prima eſt iſte partes eiuſdem quantitatis ſunt infinite. probatur ſunt infinite partes eiuſdē proportionis. ergo ſunt infinite partes. ¶ Secūda iſte partes non ſunt infinite partes eiuſdem quantitatis. ¶ Contra hoc arguitur. omne corpus habens infinitas partes equales nō communicantes eſt infinitum quodlibet corpus pedale eſt huiuſmodi. igitur. probatio minoris. quia habꝫ duas partes equales non cōmunicātes tres. puta tres tertias. quatuor quartas equales et ſic conſequenter ſine ſtatu. et per ꝯſequens iſte partes ſunt infinite eiuſdem quantitatis. ¶ Reſpondetur per propoſitiones ¶ Prima. infinitas partes eiuſdem quantitatis non cōmunicantes habet corpus pedale. patet per aſcēſum factum in argumento. ¶ Secunda propoſitio. hec eſt falſa eiuſdem quantitatis ſunt infinite partes in hoc continuo. quia per illam ſignificatur ꝙ alicuius determinate quantitatis. puta digitalis vel piſalis ſunt infinite ſimiles partes non communicantes. quod eſt falſum. ¶ Tertio patet ꝙ hec eſt falſa alique partes huius continui ſunt plures duabus. quia tunc quibuſcū ꝑ duabus eſſent plures. ¶ Sed contra illud arguitur probando ꝙ ſecunda propoſitio ſit vera. in iſto cōtinuo ſunt due medietates equales. tres tertie equales quatuor quarte equales. et ſic ſine ſtatu. deus mille eq̄les non communicantes videt. et non eſt ſtatus in partibus equalibus a deo viſis. ergo infinitas equales in hoc continuo videt. ergo ſunt iam in hoc continuo. Intellectus diuinus non terminatur in maxima apprehenſione partium citra infinitum cathegoreumatice. ¶ Reſpondetur per propoſitiones. ¶ Prima eſt infinite ſunt partes equales non cōmunicantes a deo apprehenſe capiendo terminum ſincathegoreumatice: non autem cathegoreumatice. nec vnum infert aliud. Si deus creet nunc vnum pedale et bipedale ſeparatum ab illo tripedale ſeparatum et ſic ſine ſtatu ꝙ non detur maximum inter hec corpora nec aliquod infinite magne molis quod eſt poſſibile. iam infinituꝫ magnum eſt aliquod illorum corporum: et nullū illorum eſt infinite magnum. ¶ Conceditur ꝙ non eſt ſtatus in maxima apprehenſione partium. quia nō ſtatur in vltima apprehenſione. nec in centum centeſimis: nec in mille milleſimis. vt in trigeſimaquinta

diſtinctione ſuperius diximus. et accipe illius dicti ſcalam. Oppoſito modo ad caſum imperrime tactum ſit corp⁹ quadrupedale maximū ſecūdū ſubduplū ad ipſuʒ. tertiū ſubq̄druplū. ⁊ ſic ſine ſtatu ꝙ nullū ſit mi nimum ſeparatum (ſicut eſt deo poſſibile) iā quodlibʒ iſtorum deus (immo anima chriſti vt opinor) actua liter et diſtincte apprehendit et non eſt ſtatus in mini mo corpore diſtincte cognito. ſicut nullum tale eſt ex hypotheſi. ſic eſt de noticia illarum partium. ¶ Arguitur ſecundo de linea giratiua. Et pro intellectu argumenti ſupponatur vnum corpus colūnare cuius craſſitudo ſit pedalis vel diameter craſſitudinis.

¶ Secundo ſuppouatur ꝙ hoc diſcriminis eſt inter lineam circularem et giratiuam. quia circularis deſi nit in idem punctum a quo fluxit. giratiua in punctū oppoſitum. quēadmodum eſt de ſpira vel de ſerpente in arbore adami. ¶ Tertio ſupponitur ꝙ ſi aliqua linea debeat circundare corpus cuius craſſitudo eſt pedalis tunc illa linea circuiens eſt pedalis. et linea girans ſemper eſt longior: quia tortuoſe circuit.

¶ Iſtis oppoſitis arguitur ſic. quelibet linea habēs

a



b

infinitas pedalitates non communicantes eſt infinita. filum non eſt breuius per hoc ꝙ partes ſimul cōplicent̄ q̄ꝫ ꝙ extendantur. linea giratiua eſt huiuſmodi. igitur. Probatio minoris. gira girans primam partem proportionalem eſt pedalis pedalem voco que pedalitatem includit gira girans duas partes proportionales eſt bipedalis. gira girans tres partes proportionales eſt tripedalis. et eſt infinita multitudo partium proportionalium. et cuilibet reſpondet gira pedalis. ergo gira magna ex omnibus his reſultans eſt infinite longa. ¶ Reſpondetur per propoſitiones de linea giratiua: et ſuppoſito ꝙ colūna ſit longa deceʒ pedibus craſſa vno: et a et b pūcta terminatiua. a circa partes proportionales maiores. b circa minores. ¶ Prima propoſitio nulla pars proportionalis linee recte terminatur in b puncto. ſed tota linea ibi terminatur. prior pars patet. quia tunc daretur vltima pars proportionalis. quod implicat. ¶ Secunda pars patet. quia tota linea alias non eſſet terminata. ¶ Secunda propoſitio cuilibet linee recte reſpondet vna gira pedalis. et licet nulla pedalis gira terminatur ad b punctum totalis gira non protenditur vltra b punctum ¶ Hec propoſitio q̈ ad omnes ſuas partes eſt clara.

¶ Tertia propoſitio ad illam giram eſſe infinite longam non ſequitur hic aliquam lineam rectam eſſe infinite longam. hoc patet linea giratiua habet infinitas pedalitates equales non communicantes. linea recta licet habeat infinitas lineas non tamen ſunt infinite longe. Prima pars proportionalis eſt pentepedalis ex caſu. ſecunda bipedalis et ſemis. tertia pedalis et quarta pars pedis. et ſic partes proportionales decreſcunt in paruitate. et licet ita ſit in partibus proportionalibus linee giratiue. tamen quelibet ad minus continet pedalitatem hoc patet. quelibet linea circularis quando craſſitudo eſt pedalis eſt pedalis. et linea giratiua eſt longior: quia tortuoſe circundat. patet ad ſenſum. nec procedit per lineam breuiſſimaʒ.

¶ Quarta propoſitio. infinite longa eſt linea giratiua. hoc patet capiendo infinite ſincathegoreumatice. quia pedaliter eſt longa. hoc eſt datur ibi linea partialis pedalis. bipedaliter eſt longa. tripedaliter. ⁊ ſic ſine ſtatu. linea girans duas primas partes proportionales eſt bipedaliter longa ad minus. et gira girans tres partes proportionales eſt tripedaliter longa. ſi ſit longior nichil impedimenti eſt. et ſic ſine ſtatu. igitur: nec aduerſarij illam negant. ¶ Quinta propoſitio aliqua eſt linea infinite longa. probatur gira girans omnes partes proportionales illius linee recte eſt infinite longa. ergo propoſitum. patet. omnis linea continens infinitas partes equales huic pedalitati (demonſtrando pedalitatem vnam) non communicantes eſt infinite longa. ſed gira que girat omnes partes eſt huiuſmodi. igitur. conſequentia patet in darij. huiuſmodi a parte predicati i minore dat intelligere ſubiectum maioris. ¶ Nec valet dicere ſicut dicunt aliqui. nulla girat omnes quia nec prime partꝭ proportionalis gira girat omnes partes proportionales. nec ſecunde et ſic de ſingulis. vna ſingularis eſt falſa demonſtrando totalem giram que girat omnes. ſi illam non demonſtres aſcenſus nichil valet.

¶ Aliqui magis diffuſe loquentes concedunt ꝙ eſt aliqua gira girans omnes partes proportionales diſtributiue. ſed nō collectiue. illud eſt falſum. totalis gira girat omnes. ¶ Secundo repugnat in logic ꝙ totalis linea giratiua girat omnes diſtributiue et non collectiue. quia dabitur vna ſingularis de omnes diſtributiue que infert omnes collectiue. eſto ꝙ non ſequatur omnes apoſtoli dei pauciores duodeciʒ ſūt pauciores duodecim. ergo omnes apoſtoli dei pauciores duodecim ſunt pauciores duodecim. capiendo omnes diſtributiue in antecedente et collectiue in conſequente Nec ego ſto in hac probatione infinita eſt linea giratiua. ergo linea giratiua eſt infinita arguendo a ſuppoſitione confuſa tantum ad determinatam manente ſigno virtualiter diſtributiuo. ſed in hoc ꝙ hec gira demonſtrata girat omnes partes proportionales diſtributiue. et dabiles ſunt omnes collectiue. propterea girat eas omnes collectiue. due medietates totius ſunt omnes collectiue: tenendo ꝙ totum eſt ſue partes (ſicut tenent aduerſarij) implicat ꝙ infinite ſint partes / angeli / vel puncta / ſincathegoreumatice. quin infinita ſint talia cathegoreumatice. nec apparentiam video in eorum dictis.

¶ Sed dubitas de linee giratiue infinitate et merito? Et ſic argumentor. Si eſſet vna linea infinite longa recta terminata pariſij. et caperetur et circumduceretur illa per colūnam noſtram per modum gire. iam tota illa linea abſolueretur. quia infinite pedalitates eius eſſent applicate giratiue circa columnam datam. Et ſic iſta linea non eſt minus longa q̄ꝫ antea. iſta linea a extrinſeca eſt infinite longa. ergo b gira columne inherens eſt infinite lōga inherentia vel non inherentia non diminuit longitudinem. ¶ Reſpondetur tenendo lineam eſſe accidens latitudinis et profunditatis imune (prout recitauimus ſuperius in viceſimaquarta diſtinctione) michi perſuaſum eſt non ſolum ꝙ infinita eſt linea giratiua: quia hoc Johannes cōcedit. ſed ꝙ linea giratiua eſt infinita dicit aliqua tranſit per tres. aliqua per centum. per omnes eſt aliqua protenſa ſed nulla tranſit per omnes. Sed illam cathegoricam de copulato extremo dicit ſe nullatenus concedere. aliqua eſt protenſa per decem centum et mille. et ſemꝑ ſtat in oſtio ſue ſpelunce nulle ſunt omnes. quod eum mouet. et dicit hoc (vt patet in deci

Tertio phyſico. maſexta queſtione illius libri) ſi non teneaẗ linea mo re realium ſiue oppoſito modo nō refert. ſed illam de copulato predicato quā negat inconcuſſe concedo tenendo poſitionem realium de linea. Sȝ tenendo oppoſitum (quod videtur rationabilius) augetur difficultas. et ſecundum illum conceditur infinita eſt linea giratiua capiendo infinitum ſincathegoreumatice. pedalis eſt bipedalis eſt linea giratiua. patet capiendo congeriem duarum primarum girarum equalis latitudinis. centupedalis eſt per eandem rationem. et ſic ſemper ſeruando equalem latitudinem. et ſic habentur due propoſitiones bene intelligenti non ambigue. Sed an eſt aliqua linea giratiua infinite longa eſt maior difficultas. nunc loquar de infinito cathegoreumatice. ¶ Et ponitur tertia propoſitio ꝓbabiliter ꝙ ſic. patet de gira trāſeunte per omnes. Et hoc iſte venerabilis regens concederet. prout frequenter repetit ſi aliqua tranſiret per omnes. Sȝ probatur ꝙ aliqua tranſit per omnes. ſi non maxime eſſet quia nulle ſunt omnes (ſicut ipſe concedit et alter ſecum conregens) ſed alique ſunt omnes vt ſupra oſtenſum. nec opus eſt illud ſuadere docto viro tenenti totum idētificari cum ſuis partibus. vt exiſtimo). ¶ Sed aliquis poteſt opponere aliter. Nulla tranſit per omnes (eſto ꝙ dētur omnes) Vel ſic (et rationabiliꝰ) licet aliqua tranſeat per omnes illa non eſt infinite longa propter difformem latitudinem eius quam oportet reducere ad vniformitatem. erit finitas in longitudine. ¶ Iſta oppoſitio in ore periti aduocati eſt peremptoria ſequendo illa principia ſufficit probabiliter oppoſitum ſuadere. vt minos cretenſis det non iniquā ſententiam. Si caperetur linea terminata pariſii in orientem protenſa in infinitum cuius prima pedalitas erit quadrupedaliter lata. ſecunda pedalitas bipedaliter lata tertia pedaliter. et ſic quelibet pedalitas ſequens erit ſubduple latitudinis ad precedentem. dicatur hec linea a difformis latitudinis. a eſt infinite longa tenendo corpꝰ ita longum ſicut longiſſima pars eius. Alioquin non diceꝰ hominem ita longum ſicut eſt diameter protenſa a vertice capitis ad plantam pedis. patet erit difformis longitudo ducendo duas lineas a duobus pedibus ad binos humeros. ſed aliqua pars illius linee eſt infinite longa. patet de parte que includit duas primas pedalitates. ſecundum longitudinem et bipedalem latitudinem cum toto reſiduo. et ſic de infinitis talibus partibus. igitur. ¶ Sed contra hoc arguitur. iſtud corpus colūnare componitur ex iſtis lineis giratiuis tenendo ſecundam poſitionem. et aliqua eſt infinite longa (immo quelibet) et quodlibet corpus eſt ita longum ſicut longiſſima pars eius. ergo coluna eſt infinite longa. ¶ Sed dices (et ſic dicendum eſt conſequenter) corpus vel linea recta eſt ita longa ſicut queuis pars eius recta. et quelibet linea curua eſt ita longa ſicut aliqua pars eius curua. et licet linea curua ſit pars linee recte. et contra tamen nō menſurat eius longitudinē. Quod linea curua ſit pars linee recte probatur ſic. capio lineam rectam protenſam ab a cono ad b conū vſqꝫ per lineam breuiſſimam tā hec linea a b eſt recta cum mediuȝ non diſtat ab extremis per diffinitionē linee recte. ſed linea giratiua vel circularis tranſiens per lineam a b eſt pars cōmunicās cuȝ parte linee a b. Secūda pars patet. data linea curua quacūqꝫ libet illa habet partes ſecundū latum longū et profundū. ergo poteſt in illa aſſignari linea parua giratiua vel circularis tortuoſe ducta circa illam lineam rectam que erit pars eius. et iſtud eſt verum tenendo lineam eſſe latitudinem et profunditatem ⁊ eſſe ſubſtantiam lineatam. ſecus eſt ſi ſuſtinere voluerimus ꝙ linea quelibet omnis latitudinis et profunditatis eſt immunis. ¶ Sed ex iſto dices repugnamꝰ nobis in vigeſimaquarta diſtinctione huius vbi dicebamus impoſſibile eſſe ꝙ aliqua pars linee curue ſit recta. et ratio erat quelibet linea recta poteſt tāgere corpus ſpericum ſecundum longitudineȝ. ſecus eſt de circulo vel ſphera. ¶ Reſpōdeẗ repugnantia eſt nulla ſecundum vnam poſitionem hoc eſt luciduſſimum ſecūdum aliam hoc iterum patet loquendo de ſuperficie conuexa circularis corporis vel ſperici. ſecus eſt de partibus inter ſuperficiem conuexam et concauam.

Albertus ...o.

¶ Sed ex illo infertur correlariuȝ. licet videatur peregrinum geometrie (et metaphyſice eſt verū) ꝙ linea recta non poteſt tangere corpus planum ſecundum ſitum quē habet et applicationē corporis perfecte plani. Sed hoc non prouenit a rectitudine ſed a ſpericitate. ¶ Sed contra capiamus giras aliquas deſcendentes ad centrum illius colūne. que conſtant illam colūnam. et tunc ſic arguo. iſte gire ſunt infinite longe. et iſte gire ſunt hoc corpus colūnare. ergo hoc corpus colūnare eſt infinite longum. ¶ Negatur conſequentia. concludendum eſt hoc corpus colūnare eſt gire infinite longe. longitudo corporis recti attenditur per lineam rectam. Propterea pilare debet dici longum decem pedibus longitudo linee curue debet attēdi ſecundum proceſſum quem habet in longitudine (vt dictum eſt) hoc eſt ſi traheretur in rectum ſine rarefactione partium. modo ſi ad imaginationem iſta linea giratiua rectificaretur ſine rarefactione partium tantum extenderetur ſicut a linea aſſumpta infinite longa. ¶ Sed contra hoc arguitur. corpus difformiter longum non eſt ita longum ſicut longiſſima pars eius. ergo reducendo ad vniformitatem debet dici ita longum ſicut corpus conflatum ex partibus eius quo ad reductionem quo ad vniformitatem ſed ſi gira primam partem proportionalem girans caperetur alicuius latitudinis vniformis et gira girans ſecundam partem ſubduple latitudinis. et ſic ſine ſtatu. et prima eſſet octo pedum in longitudine. ſecunda dato ꝙ ſit tante longitudinis cum prima tamen cum eſt ſubduple latitudinis valebit niſi quatuor pedes in ordine ad primam giram. et aggregatum omnium ſequentium non plus valet ꝗ̄ prima pars proportionalis. ergo tota linea diceẗ longa vniformiter vt. xvi. ergo non eſt infinite longa. ¶ Reſpondetur negando antecedens vt patet ex dictis in diſtinctione vigeſima quarta vbi ſerioſius hoc proſecuti ſumus. et propterea ad dicta illic nunc remitto. ¶ Sed contra totum illud arguitur ponendo ꝙ deus extrahat omnes illas giras eas rectificando. iam tota linea erit infinite longa et ſine rarefactione. ergo ante erat hec colūna infinite longa. filum in curuatū non eſt longius per hoc ꝙ rectificatur ꝗ̄ ante erat. ¶ Reſpondetur deus non poteſt facere ꝙ nulla gira maneret in illa linea ſi ipſa maneat quantūcunqꝫ rectificetur. et id cauſe eſt quia pars linee recte erit giratiua. Si ſit ſermo de giris precedentibus. forte nequis probare ꝙ poteſt eas omnes rectificare ꝙ faciant aliquod vnū. etiam ille gire extra ſeinuicem ducte communicant. et ſic idem erit in duobus locis. et ſic non inconuenit ex pedali facere tripedale. in infinitum tenues erunt partes minores verſus Sȝ toto illo caſu admiſſo ꝙ fiat vna linea

recta infinite longa non ſequitur aliud niſi ꝙ ante colūna erat longitudines infinite. et erit linea recta infinita eundo per lineam breuiſſimam. infinita erit diſtantia. linea recta menſuratur a puncto ad punctum per lineam breuiſſimam. non per diſtantiam quam poteſt habere. quia ſic vlna et canobe eſſet centum pedū quia poteſt ſic extendi. et potes ſeparare vnam coſtā aſſeris vniformiter lati. et addere extremū extremo non ſecundum illud conſideramus longitudinem totius. in colubro inuoluto dicimus eum eſſe tripedalem: eſto ꝙ extremitates contingebantur. quia poterat in potentia propinqua ſic ſe diſponere ad longitudinem tripedalem. vel ſi mortuus erat hoc nos facere poteramus. ſicut de filo in proxima diſpoſitione: dato ꝙ nequeas diſſoluere vt de nexibus lororum gordij. non repugnat lineam giratiuam rectificari ſine rarefactione. Et quia ſcimus per rationem infinitas eſſe partes proportionales in hac colūna. et ſi vna linea infinite longa vniformis latitudinis circunduceretur per omnes partes illius pilaris clauderet cum pilari. et ſemper haberet partem pilaris reſpondentem: dato ꝙ diffor.. is latitudinis fuerit. quia in hoc non ſtamꝰ dicimus aliquam lineam girati..am eſſe infinite longam. ¶ Quo fit hec conſequentia eſt nulla. prima pars proportionalis eſt dupla ad ſecūdā. et ita longa ſicut omnes partes eam ſequentes. ergo gira girans primam partem proportionalem eſt equalis longitudinis cum omnibus ſequentibꝰ. Si placet habere obtutum reductionis ad vniformitatem nichil impedimenti eſt. iam habebitur ꝙ infinita longa eſt linea giratiua. licet nulla linea giratiua ſit infinite longa. ſed loquar conſequenter ad prius dicta probabilia.

Et quibus ſequuntur propoſitiones plus difficultatis pre ſe ferentes. ¶ Sit ergo in ordine ſexta propoſitio ſi vnum mobile nunc inciperet moueri a partibus maioribus huius linee giratiue et mundus ſit perpetuus a parte poſt. et quolibet die pertrāſiret mille leucas illius linee giratiue. et ſemper moueretur conſequenter. nūꝙ tota linea erit pertranſita. hoc patet. da inſtans in quo tota linea erit pertranſita. a principio motus ad illud inſtans vſꝫ eſt ſolum tempus finitum et quolibet die ſolum finitum ſpacium pertranſit. et finities finita ſolum finitum procreant. cum tota linea eſt infinita in nullo inſtanti erit verum dicere tota linea eſt pertranſita. ¶ Septima propoſitio. ſtante caſu prioris propoſitionis a mobile datum quālibet pedalitatem linee giratiue pertranſibit. et quelibet pedalitas linee giratiue erit pertranſita ab a mobili. hoc patet per aſcenſum. hec pedalitas demonſtrādo primam erit pertranſita et hec demonſtrando ſecundam et ſic de ſingulis. igitur. ¶ Octaua propoſitio. dato ꝙ b mobile incipiat in b puncto terminatiuo partium proportionalium minorum ante quodlibet inſtans poſt vltimum inſtans non eſſe motus ſi fuerit ſuper lineam relinquet lineam infinitam. et poteſt attingere aliud extremum. ſecus eſt de mobili incipiente a terminato extremo. Accipe analogiam de vna linea recta infinita orientem verſus terminata parſius. mobile parſius incipiens nunꝙ pertranſibit totū ſecundū coiter admittentes īfinitū. Si aliqs moueatur ab extremo imaginario oppoſito poteſt extremum attingere. et ſi partes ꝓportionales ſignate per numerum parem vocentur a. Et per numerū imparem b. non prius mobile pertranſit a ꝙ̄ b. nec econuerſo. et ratio eſt. quia ante omne a eſt b. et ante omne b eſt a. et ante omne a eſt a. ſit a terminus communis in ſignificando ante omne a eſt aggregatum ex a et b et non modo eſt hoc verum de linea giratiua: ſed de totali colūna incipiendo motum a partibus minoribus colūne. immediate poſt hoc iſtud mobile pertranſibit duas partes proportionales huius colūne. et tamen nullas duas eque cito pertranſibit. ſed cum hoc ordinate mouetur pertranſeundo poſteriorē poſt priorem. ¶ Nona propoſitio de rectificatione linee giratiue. ſi deus conſtitueret lineam rectam ex giratiua ſine rarefactione conſtitueretur linea infinita nullatenus terminata illud extremum verſus vbi partes proportionales minores ſunt: vel vocatum extremū. de terminis non curemus. ¶ Decima propoſitio. licet detur longiſſima gira girans aliquam partem ꝓportionalem non tamē datur breuiſſima. prima pars patet gira girans primam partem proportionalē in tanto eſt longiſſima ſecundum ꝙ prima pars proportionalis inter ceteras eſt maxima. ¶ Secunda pars patet. gire creſcunt et decreſcunt ſecundum partes ꝓportionales: ſed non datur minima pars proportionalis. ergo neꝗ breuiſſima gira girans partem proportionalem. ¶ Undecima propoſitio. ſi deus faciat vnum mobile in qualibet parte proportionali hore pertranſire vnam giram girantem partem proportionalem linee recte in inſtanti terminante horam tota gira erit pertranſita. et mobile poteſt eſſe extra totalem lineam giratiuam in puncto terminatiuo totius. et ſic infinita linea curua erit pertranſita in tempore finito. Sed non per tempora equalia pertranſit ſingulas partes proportionales. ¶ Duodecima propoſitio ſi vnum mobile incipiat a partibus proportionabilibꝰ maioribꝰ linee moueri: ſic ſcilicet ꝙ in prima parte proportionali hore pertranſeat vnum pedale. in ſecunda parte proportionali hore pertranſeat ſecundum pedale et ita in qualibet parte proportionali vnius hore. tunc in quolibet inſtanti intrinſeco hore mobile habet ſpacium infinite longum pertranſeundum. et primo in inſtanti terminante horam tota linea erit pertrāſita. ¶ Et ſic conceditur hec concluſio nunc hec tota linea eſt pertranſita. et immediate ante hoc infinita linea fuit pertranſeunda. et nulla pedalitas ſubito eſt pertranſita. et nō mouetur nec mutatur localiter in hoc inſtanti: ¶ Decimatertia propoſitio. aliqs homo nunc exiſtens eſt longior og rege baſan. patet. quia quelibet pars integralis hominis eſt homo (termino homo abſolute ſumpto) linea giratiua in crure vel in brachio ſortis parui eſt longior ꝙ̄ og erat. tenemus vt vides ſubſtantiam lineam. ¶ Decimaquarta propoſitio. infinite longus eſt aliquis homo nunc exiſtens ſecundum omnem poſitionem: capiendo infinitum ſincathegoreumatice. ¶ Decimaquinta ꝓpoſitio hec aliquis eſt homo ꝗ iam infinite longus eſt probabiliter concedenda. hoc patet ex his que dicta ſunt de linea giratiua. ¶ Sed contra illud arguitur probando ꝙ talis gira non eſt infinita. quia pari ratione debeo concedere ꝙ eſt aliqua linea recta infinita. quod cōcedit nemo. Et probo ꝙ ſequatur in pilari dato ibi ſunt īfinite ptes ꝓportionales quarū quelibet eſt pedaliter profunda. ergo partes ſecundū vnā dimenſionem ſunt equales. et ſunt infinite cathegoreumatice. ¶ Sed ſi dicas non ſufficit ſecundum vnā dimenſionē. ¶ Contra capto vnū corpus octo pedū lōgitudinis latitudinis et ꝓfunditatꝭ. et tñ adhuc nō vocatꝰ infinitū. ꝗ nec dꝫ linea giratiua vocari īfinita.

¶ Reſpondetur quicquid ſit de argumento nichil eſt
contra intentionem noſtram intendimus ꝙ illa linea
eſt infinite longa ſiue ſequatur ergo eſt infinita ſiue nō
nichil impedimenti eſt. ¶ Secundo dicitur ꝙ non ſuf
ficit ad hoc ꝙ aliquid dicatur infinitum habere infini
tas partes equales ſecundum vnam dimenſionez aut
duas( vt argumentum arguebat )requiritur ſecundū
omnem dimenſionem infinitas ad infinitum ſimplici=
ter. Et ad infinitum ſecundum longitudinem ſufficit
habere infinitas partes equales ſecundum longū ꝓ
tractas, et ſic de aliis dimenſionibus. ¶ Ex quo pa=
tet ꝙ pilare datum non eſt infinite profundū. nec cor=
pus octo pedum infinite latum: eſto ꝙ ſint infinite par
tes inequalis longitudinis equalis ſemꝑ latitudinis
non protenditur latitudo in infinitum vt in linea gi=
ratina. ¶ Tertio dico ꝙ ſequitur ex dictis ꝙ linea gi
ratina eſt infinita linea. ¶ Sed contra iſta arguitur
linea giratina data a b que denominat a punctis ter=
minantibus terminatur ſecundum longitudinem er=
go non eſt infinita linea. cōſequentia tenet quia infini=
tum ſimpliciter debet eſſe non terminatum. ita infini=
ta linea debet eſſe non terminata ſecundum longitudi
nem. ¶ Preterea bene ſequitur hec linea giratina eſt
infinita. et hec linea giratina eſt hoc corpꝰ. ḡ hoc cor=
pus eſt infinitū. conſequentia tenet expoſitorie. et ma=
ior eſt conceſſa. et minor patet. tenendo ꝙ linea non
diſtinguitur a re lineata. concluſio eſt falſa. quia non
eſt trina dimenſio infinita. ¶ Inſuper ſecundum om
nem poſitionem quodlibet corpus quod poteſt in in=
finitum longum extendi ſine rarefactione eſt infinite
longum. Propterea dicebas ſupra lineam giratinam
eſſe infinite longam. filum conglobatum non eſt bre=
uius ꝗ actualiter in longum protractum in analogiā
adduciſti. ſed ex corpore octo pedum ſine rarefactione
poteſt eſſe linea infinita ſine rarefactione. ergo corpus
datum octo pedum eſt infinitum vel infinite longum.
minor patet capiat deus in prima parte proportiona=
hore vnam medietatē puta quatuor pedum. et ponat
prope portā ſancti victoris: ꝙ latitudo iaceat ex trāſ=
uerſo porte capiat ſecundam partem proportionalez
duorum pedum: et addat alteri ſic ſcilicet ꝙ nunc fa=
ciat longitudinem ex prioribus latitudinibus. ita ꝙ
prima pars proportionalis erit lata quadrupedaliter
ſecunda pars lata bipedaliter. capiat tertiam partem
proportionalem que eſt pedalis nunc ſecundum om=
nem dimenſionem. ibi habes corpus bipedalis longi=
tudinis accipe quartam partem proportionalem erit
pedalis longitudinis quia prior latitudo edificabit
longitudinem. ⁊ ſic per omnes partes proportionales
vnius hore. dabitur vna linea infinite longa ſine rare
factione. ſic ſcilicet ꝙ prima pedalitas in porta ſancti
victoris erit quadrupedaliter lata. ſecūda bipedaliter
tertia pedaliter et ſic conſequenter ſemper manebit pe
dalis profunditas et pedalitas procedēdo quo ad lon
gitudinem ſolum erit difformitas quo ad latitudinē
de nouo producram. ¶ Ad primum dicitur ꝙ dupli=
citer poteſt intelligi ꝙ linea giratina terminetur vel
per aliquam certam partem puta pedalem vel digita=
lem. et ſic negatur. et licet in omnibꝰ corporibꝰ finitis
non detur vltima pars ſimpliciter datur vltima peda
litas. ſi pedalitatem habeat. vel ꝙ non protenditur in
infinitum in ordine ad aliquā lineam rectam vł ima=
ginariam. et ſic conceditur. ¶ Ad ſecundum argu=
mentum eſt michi indifferēs tenere ꝙ linea eſt longi=
tudo ſine latitudine et profunditate. vel ꝙ eſt corpus
et ſuperficies. illo admiſſo male concludis. debes ſic
ꝯcludere hoc corpus eſt infinita linea. ¶ Ad hoc ꝙ ali
quid dicatur infinitum corpus requiritur ꝙ habeat
tres dimenſiones interminatas: capiendo corpus vt
eſt de predicamento quantitatis. trinam dimenſionē
connotat. et ponitur ſecum ille terminus infinitus cu=
ius connotatio cadit ſuper cōnotatū alterius per regu
lam tactam in appellationibus. ¶ Ad tertium vbi
intendis probare ꝙ illud corpus octo pedum eſt in=
finite longum. nego maiorez. non ſufficit ꝙ poteſt per
nouam ſituationem ſine rarefactione facere lineam
longiorem. ſic potes de vnius vlne fune facere ſine ra=
refactione corpus longum decem pedibus. vt nuꝑime
dictum eſt ¶ Sed contra illud arguitur illud corpꝰ
poteſt replere omnem locum poſſibilem ſine rarefa=
ctione: vel ſaltem locum infinitum. ergo nunc eſt infi=
nitum. tenet conſequentia. quia nullum finitū poteſt
replere omnem locum poſſibilem: vel infinitum non
ponendo idem in diuerſis locis ſine rarefactione. op=
poſitum intellectꝰ capere nequit. Probo aſſumptum
retento caſu argumenti ponendo illas pedalitates ꝓ=
pe portam ſancti victoris vocetur prima pars ꝓpor=
tionalis a. ſecunda b. tertia c. et ſic conſequenter ꝑ or=
dinem alphabeti. quelibet pars pedalis ſecūdum iſtū
proceſſum longitudinis eſt in duplo latior ꝗ pars ſub
ſequens. volo ꝙ deus in prima parte proportionali hu
ius hore remoueat exceſſum latitudinis quem habet a
ſuper b iam vtraꝫ pars erit bipedaliter lata. in ſecun=
da parte proportionali volo ꝙ deus equet primam et
ſecundam partes tertie parti auferendo exceſſum ſu=
per tertiaz. tam ille tres partes erunt pedaliter late. in
tertia parte proportionali hore volo ꝙ equet tres pri=
mas partes cum quarta parte que eſt ſemipedalis la=
titudinis. tam omnes ille partes erunt ſemipedalis la
titudinis. et per omnes partes ꝓportionales hore fa=
ciat deus ſimiliter. tam erunt infinite partes equales
ſecundum omnem dimenſionem. eſt equalis craſſitu=
do quia pedalis et capiendo latitudines priores cor=
poris pedaliter lati ponendo longitudinem ꝟſus eſt
equalis longitudo. et omnes equantur ſecundum lati
tudinem diſpoſitionis huius linee. et tunc ſic omnis
multitudo īfinita partiū eq̄lis magnitudinis ſecundū
omnem dimenſionem poteſt replere omnem locū poſ=
ſibilem. vel ſpacium infinitum. vt infra oſtendetur. et
ferme claret ex ſeipſa. illa multitudo eſt huiuſmodi.
igitur. ¶ Reſpondetur quando primo eſt facta linea
infinita ibi eſt difformis latitudo. et propterea in infi=
nitum parua eſt latitudo in illa linea. patet datur pe=
dalis latitudo. patet de parte c. ſemipedalis. patet de
d. et quarte partis pedis patet de e et ſic ſine ſtatu. non
datur pars maxime anguſta. quia ſi ſic oportet dare
vltimam partem proportionalem cōtinui. vt facile eſt
deducere. Propterea non poteſt ſignari tota latitudo
quam tota linea habebit. ſi omnes partes equentur a=
lique poſſunt equari. immo quelibet cum qualibet po=
teſt equari. Sed impoſſibile eſt quālibet partem cum
qualibet eſſe equam vt argumentum bene probat ꝙ
ſi in inſtanti terminante horam maneat minor latitu=
do vel equa cum aliqua precedente. et in infinitū par=
ua erat latitudo precedens dabitur latitudo aliqua in
finite parua. immo non latitudo et hoc ſecundū vni=
formem latitudinem quod eſt penitus impoſſibile. ſed
ante equationem partium quando tota linea extende
batur cum partibus difformibus tota linea ſic nō ſuf=
ficiebat de ſe replere omnem locum poſſibilem. prima

pars propoꝛtionalis non occupat maioꝛem locum q̄ a .cea nec aliq alia. nec totale coꝛpus et oꝛigo huius theoꝛice eſt occupabat octo pedes in longitudine vnum in profunditate. et vnum in latitudine. nūc coꝛpus ex hoꝛe reſultans quod eſt idem numero acquirit infinitam longitudinem tenet pedalem profunditatem. Licet prima pars propoꝛtionalis primi coꝛpoꝛis ſit quadrupedalis latitudinis i oꝛdine ad hoc coꝛpus reſultans. c pars eſt pedalis latitudinis et quelibet alia pars minoꝛ. et ſic foꝛtaſſis id quod lucratur in longitudine amittit in latitudine. ſicut coꝛigia tracta in longum latitudinem amittit vel amittit latitudinem tantam vel tantam. quia nec latitudinem amittit. nec amittit latitudinem. ſed amittit latitudinem pedalem. ſuppono q̄ erat pedaliter lata a principio. ❡ Ex his habes methodum apertam ad inueſtigandum an ex quocunq̄ coꝛpoꝛe quantolibet paruo ſine rarefactione deus poteſt facere actu infinitum.

❡ Secundo potes arguere. et ferme ſimiliter ſoluere. ſic dando vnum quadratum cuius quelibet coſta ſit quadrupedalis tota illa diameter eſt infinita. et eſt ibi realiter. igit. Quod patet. capio dyametrum diuidentem primam partē proportionalē illa diameter eſt plus q̄ pedalis. quod patet. q̄ coſta illa eſt pedalis. ſed diameter eſt aſſimiter cū ex diametro quadrati quadratū duplum ad quadratum coſte equatur. Secūda pars proportionalis illius quadrati eſt pedalis. ergo diameter illius partis eſt longioꝛ. et ſic eundo ſunt infinite partes propoꝛtionales quadrati. et ſemper diameter eſt longioꝛ. ergo diameter reſultās ex omnibus diametris partialibus eſt infinite longa: cum habeat infinitas partes equales nō cōmunicātes. Siue prima pars quadrati vocetur quadratum vel quadrangulus propter loquendo nō mutat ſententiam. ❡ Sed hic queritur in quo cono quadrati terminetur diameter: ſigno quadratum a b c d duo puncta in conis vbi vergunt partes propoꝛtionales minoꝛes. ❡ Reſpondetur per propoſitiones.

a b



c d

❡ Prima propoſitio diameter totalis eſt infinite longa. ❡ Secunda propoſitio. non datur vltima diameter diuidens vnam partem propoꝛtionalem illius quadrati. ❡ Tertia propoſitio que ſequitur eſt. poſt quālibet diametrū partialem in c cono datur diameter in d cono. et contra. ❡ Tertio arguitur capto coꝛpoꝛe quatuoꝛ pedum illud eſt infinitum. ergo dabile eſt infinitum naturaliter. antecedēs patet. illud coꝛpus ſit a. habet infinitas partes equales. ergo illud coꝛpus eſt infinitum. conſequentia apparet. probo antecedens ſit b prima pedalitas a coꝛpoꝛis. c ſecūda pedalitas d tertia pedalitas e quarta. ibi ſunt quatuoꝛ pedalitates. et medietas d et medietas e ſunt vna pedalitas que nec eſt d nec eſt e. Sed quid diſtinctum ab eis. Nūc habes g pedalitas. due tertie de b et vna tertia de c ſunt alia pedalitas. ſit h. ſic facile eſt probare q̄ vbi eſt coꝛpus bipedale ibi eſt quadrupedale/ tripedale et ſic ſine ſtatu. igitur. ❡ Preterea ſi duo ſpecula ponantur contra ſe cauſantur infinita ſimulachra et hoc naturaliter. igitur vides multas effigies ſine ſtatu.

❡ Reſpondetur per propoſitiones. ❡ Prima propoſitio. quadrupedale coꝛpus habet ſex pedes in magnitudine. quoꝛū nullus eſt alter. hoc argumentum pbabat. et poteſt tibi oſtendi ad ſenſum in plano. ❡ Secunda propoſitio. quadrupedale a habet infinitas pedalitates quarum nulla eſt alia. hoc poteſt oſtendi capiendo primā partē propoꝛtionalē b pedalitatis propinquioꝛem c. et primam partem propoꝛtionalem c propinquioꝛem b. ibi eſt pedalitas diſtincta a b et c nō eſt b nec c poſtea cape tres quartas b cum vna quarta c erit alia pedalitas et ſic infinitum. ❡ Tertia propoſitio hec conſequentia nichil valet hoc coꝛpus habet infinitas partes equales. ergo eſt infinitum. quia intelligimus de infinito magnitudine. patet datur inſtantia de coꝛpoꝛe quadrupedali quod negatur eſſe infinitum. ❡ Quarta propoſitio hec conſequentia nichil valet infinitas partes equales non communicantes habet hoc coꝛpus. ergo eſt infinitum. patet de quadrupedali dato duas partes equales non communicantes habet. patet de duabus medietatibus. tres partes equales non cōmunicātes h̄z. patet de tribus tertijs. quatuoꝛ partes equales non communicantes habet. patet de quatuoꝛ quartis. et ſic de quinq̄ quintis centum centeſimis ſine ſtatu. igitur. Conſequentia tenet ab exponentibus ad expoſitalem capiendo infinitum ſincategoꝛeumatice in vna acceptione. ❡ Quinta propoſitio. et eſt ſequens ex pꝛioꝛe) hec conſequentia eſt nulla infinitas partes equales non cōicantes vni certe date habet a coꝛpus. ergo a coꝛpus eſt infinitum magnitudine. ❡ Sexta propoſitio. hec conſequentia eſt bona alicui certe parti date ſunt infinite partes equales non communicantes in hoc coꝛpoꝛe. ergo hoc coꝛpus eſt infinitum. Partes communicantes ſunt partes idem commune habentes vt c et b in caſu argumenti. ❡ Ad ſecundum reſpondeo negando q̄ illic ſint infinite effigies poſterioꝛ eſt prioꝛi debilioꝛ et demum eſt ſtatus. ❡ Quarto ſic argumentoꝛ. aliquod eſt peccatū infinite grauitatis. patet de actibus multoꝛū machometiſtarum. foꝛtes machometanus vult occidere omnes chꝛiſtianos exiſtentes et poſſibiles ſi poteſt. et talis tantum peccat ac ſi infinitos occideret voluntas reputat pro facto. ſz de facto occidens infinitos homines ſi penetratiue ſe haberent vel ſi ſtarent ſuper aſſerem infinitum in longitudine ſuſtentatum a deo. et funibus eleuatum in altum. vel ſuper mare infinitum ſcindendo funes: et omnes illos ſubmergendo talis infinite peccat. Sed nunc foꝛtes machometanus vult occidere totidem chꝛiſtianos q̄ oēs poſſibiles. ergo nūc de facto tātū peccat. ❡ Dices minoꝛem eſſe falſam. non vult occidere ſeipſum: et tamen eſt chꝛiſtianus poſſibilis. ❡ Hoc nichil eſt dictu dato infinitis qui ſuſciperent fidem vel ſi tales eſſent vult eos omnes occidere ſic loqui intendimus abigendo muſcas. Reſtat probare maioꝛē q̄ occidens infinitos infinite peccaret. patet occidens duos equales hoc eſt in vtilitate rei publice et in alijs q̄ conducunt ad depꝛimendum et ad eleuandum peccatum in duplo plus peccat q̄ vnum occidens et occidens tres in triplo plus peccat q̄ occidendo vnum. ❡ Non valet dicere ſubterfugiendo q̄ realiter non oēs homines ſunt equalis dignitatis. et ſic non eſt equalitas peccati occidēdo vnū ſicut aliū. ❡ Hoc nō valet capiatur ille quē abiectiſſimū putas vel qui de facto eſt affirmatiue vel negatiue talem pertinere eſt peccatum alicuius grauitatis: et quēlibet alium occidendo peccatum eſt equalis vel maioꝛis grauitatis et cū ſint infiniti ex hypoteſi eos omnes occidens infinite pec-

cat ſiue caſum admittas ſiue non poſſibilez debes ad imaginationem eũ dare ſicut in multis alijs materijs contingit. vt ariſtoteles loquitur de datione vacui de mobili ſimpliciter in eo poſito et de facto caſus eſt deo poſſibilis. ¶ Forte dices voluntas de lege habet inteſiſſimum actum finitum quẽ poteſt habere. vel tot act⁹ circa plures habet ſicut poteſt habere. forte poteſt ſimul velle occidere decem per actus diſtinctos et non plures poteſt circa quẽlibet habere vnum gradum intenſionis quẽlibet volendo. tunc iſte per vnum actum volens occidere infinitos tantum et non ampli⁹ ꝙ̃ ſi vellet et occideret decẽ quia tot actus diſtinctos habere poterat et non plures ſecundũ legem. ¶ Contra ſi ſortes poteſt habere decem actus diſtinctos quorũ quilibet eſt intenſus vt medius gradus et quadraginta actus diſtinctos habere poteſt circa quadraginta quorum quilibet eſt vt quarta pars gradus et ſic ſine ſtatu. ergo poteſt habere infinitos actus quorũ vnus diſtincte fertur in homicidiũ vnius et alius in homicidiũ alterius hominis et omnes illi act⁹ erunt equales in malicia cum actu quo vult occidere ⁊ occidit abiectiſſimũ quem poſſumus. ergo infinite peccat. ¶ Forte dices non oportet ſi ſortes per decem actus quorũ quilibet eſt intenſus vt vnum vult occidere decem ꝙ per viginti põt velle occidere in medio gradu. ¶ Cõtra facilius eſt elicere mediũ gradũ ꝙ̃ gradũ. ergo ſi voluntas poteſt habere decem act⁹ quorũ quilibet eſt intenſus vt vnum circa varios poteſt circa plures habere actus remiſſiores. ¶ Forte dices ⁊ ſi facilius aliquo modo ſit habere actum remiſſum ꝙ̃ intenſum tñ non põt de facto habere ſeparatim tot actus varios latos diſtincte ſup varia obiecta q: plurib⁹ itẽtus minor eſt ad ſingula ſenſus. ſecus eſt qñ fertur voluntas ſup plura quia in nullum fertur diſtincte et ita facile fertur in infinitos ſicut in finitos ſed vbi eſt ſtatus in partitione actuum ſuper varios diſtincte hoc me fugit quẽadmodum te latet quot gradus intenſiſſimos quẽ potes habere contineт. ¶ Secundo arguitur cõtra illã fractionem datam de facto licet detur ſtatus in actibus voluntatis in quacũꝙ intenſione graduali ꝙ voluntas ſolum poteſt velle occidere diſtincte finitos vi detur preter rationẽ ponere ꝙ voluntas non pl⁹ peccat ꝙ̃ tot homines occideret cum infinitos vellet occidere et voluntas reputabitur pro facto. ¶ Pretea hac via occidens finitos ⁊ infinitos equaliter peccabunt ceteris paribus omnib⁹ hoc dẽpto qđ eſt inter finitum et infinitũ qđ eſt falſum. cum omnis malicia finiti includit in infinito. et eſt aliqua alia. patet pña de multis quorum vnus vult occidere et occidit decẽ alius centum tertius eos ode multipliciter id impugnari poteſt. ¶ Aliter dicitur negando ꝙ occidens infinitos infinite peccat malicia actus non ſoluz ſurgit ab obiecto ſed ab ipſomet actu. ſed conceditur ſi quis haberet infinitos actus graduales quacũꝙ intenſione diſtincte latos ſuper infinitos quorum quẽlibet vellet inuiſte occidere talis infinite peccaret cum ſunt infiniti actus equaliter mali vel quilibet eſt ita malus vel peior ꝙ̃ iſte actus datus. ſed quando per eundem actum quis vult occidere infinitos hoc non oportet. ¶ Sed contra iſtud argumentor ſi quis per eundem actum infinitum gradualiter vellet occidere infinitos talis infinite grauiter peccaret. ergo non oportet concurrere ad diſtinctionem actuũ talis tantũ peccat ſicut habens infinitos actus diſtinctos. qđ patet vnus gradus illius actus eſt peccatum alicuius maliciẽ. ſecũdus gradus tante malicie ſicut prim⁹. terti⁹ tante ſicut ſecundus ⁊ ſic de quolibet alio gradu. igit vel da rationẽ quare vnus gradus eſt malicie maioris ꝙ̃ alius. ¶ Preterea actus infinitus in gradu eſt infinite malicie circa eundem hominem. ergo actus finitus circa infinitos homines eſt infinite malicie. pbo conſequentiam tanta malicia prouenit ab obiecto ſicut ab actu ipſo. Aſſumptum patet. vnus gradus circa homicidium ciceronis eſt alicuius malicie et parilis eſt ratio de quolibet alio gradu ergo totus actus eſt infinite malus. ¶ Ad primũ iſtorum concedis antecedens datur certa portio ſufficiens ad peccatum et illi ſunt infinite partes equales. ſecus eſt in infinitate obiecti et eodẽmodo reſpondes in ſecundo. ¶ Sed contra hoc argumentor volitio qua ſortes vult iniuſte occidere infinitos homines eſt alicuius malicie determinate: quia imbibit platonem et tante malicie q: imbibit ciceronem. et ſic de quolibet homine quẽ imbibit infiniti homines inuoluuntur. ergo illa volitio eſt infinite mala ſicut de infinitate actus ſuperius argumentati ſumus. ¶ Item vel eſt alicuius malicie q: imbibitur plato vel nullius: ſi tu das primũ ſignetur illa malicia et ſit a. tunc propter ciceronem inclusum in illa infinitate actus erit tante malicie ſicut a et infinite erũt tales. ergo malicia ex his omnibus reſultãs erit infinita. Si tu das ſecũdum tunc pari ratione nullius erit malicie. quia includitur cicero ⁊ ſic de quolibet alio. ergo totus actus nullius malicie erit. ¶ Si dicas nulla malicia contrahitur ab vno homine. ſ; ab eis omnib⁹. ¶ Cõtra vel contrahit determinata malicia a duobus vel non: ſi primum ducam argumentũ vt prius. ſi ſecundum tũc a tribus non cõtrahitur malicia nec a quatuor et ſic ſine ſtatu. ergo a nullis contrahitur malicia huius actus. ¶ Dices hic actus non capit determinatam maliciã ab vno homine quia ſi actui reſponderet determinata malicia quia cadit ſuper vnũ hominem reſponderet ei infinita malicia. qđ negamus malicia huius actus oritur ab hoc ꝙ cadit in infinitos confuſe et non prouenit ab vno homine. nec determinata malicia dependet a duobus nec a tribus nec a quibuſcũꝙ finitis datis. ſed ab eis omnibus ſicut actus cadit confuſe in illam immenſam congeriem hominum et in nullũ diſtincte ita malicia totius actus menſuratur a totali obiecto et nec a ſorte nec a platone. ¶ Contra. tot⁹ act⁹ cadit ſuper totalem multitudinem ergo vna pars eius cadit diſtincte ſuper vnum hominem et ab eo capit ſuam maliciam non obſtat licet ſit vnus actus intenſus quia ſi ſortes vellet occidere tres homines per tres act⁹ diſtinctos ſimul et quilibet illorum actuũ eſſet vn⁹ gradus ex omnibus illis cõflabitur vnus actus intenſus vt tria cuius vna pars cadit in vnum et alia pars in aliũ. Sz quinto metaphyſice impoſſibile eſt plura accidentia eadẽ ſpecie inherere eidem hoc a recte opinãtibus de intenſione forme intelligitur niſi cõponant aliqđ vnũ modo iſte volitiones ſunt eiuſdem ſpeciei cadentes in obiecta eiuſdem ſpeciei equaliter cognita. ¶ Negas antecedens tot⁹ actus et quilibet pars eius cadit confuſe in quẽlibet. ſecus eſt de illis tribus actibus ⁊ non negatur quin illi tres actus ſeſe intendant cum ponãtur eiuſdem ſpeciei eſſentialis ⁊ in eodẽ ſubiecto primo. ſed quilibet eorum ex caſu fertur in vnum diſtincte. ſecus eſt in alio. ¶ Sed contra principale dicis ſi totus actus eſt finite malus tunc dabitur vnus actus quo quis vult occidere infinitos equalis actui

claretur talis iuridice. et iura que videntur dicere ꝙ
ſic per factum publicum intelligenda ſunt ꝙ tunc nō
eſt opus teſtimonio extrīſeco. et euidentia facti talis
conuincetur. et iſtud eſt rationabilius ne fiant diffamā-
tie inferiorum cōtra ſuperiores qui ſunt procliues in
eos latrare. ¶ Primus modus eſt irrationabilis vt
inter arguendum dictum eſt propter incertitudinem
dominiorū et ſuperioritatis. ſed hereſis occulta hoc
operatur ꝙ heretici non poſſunt alienare illa bona a
tempore cōmiſſi criminis ⁊ alienatio non tenet in quā
cum manu inuenta fuerint. fiſcus poſt ſententiā illa ſi-
bi applicat. hoc ptꝫ dicto cap. ꝯ. confeſſiones. ¶ Si
dices vel ſimpliciter deſinunt eſſe dñi illarum rerum
ſuarum poſt hereſim occultam vel non: ſi ſecundū quo
re non poſſunt alienare res ſuas? ¶ Reſpondetur ſe-

giſtrator iuſte poteſt prohibere ne res ſuas alienet. ſic ſcilicet ꝙ alienatio non tenet dato ꝙ res maneant.

¶ Sed contra iſtud arguitur argumentū de incertitudine non mouet incertum eſt an iſte eſt baptiſatus et per conſequens an eſt ſacerdos et forte ſimoniacus in epiſcopatu. ergo argumētū de incertitudine nullū ¶ Preterea papa ꝗ primus labitur in hereſim occultam non eſt membrū eccleſie. ergo nec caput eiuſdem ¶ Reſpondetur negando antecedēs multo maior eſt certitudo in aſſumpto ꝗ in caſu noſtro facile ab extrinſece oſtendi poteſt an quis eſt baptiſatus an quis adeptus eſt epiſcopatum ſimoniace. et ſimonia non impedit qui quis ſit epiſcopꝰ vt ptꝫ in. xv. diſtinct. iiij. hic autē hereſis occulta nulli alteri ab heretico poteſt patere naturaliter. ¶ Ad aliud nego ꝙ papa hereticus occultus non eſt membrū eccle. et vnitur cū alijs membris in ligno fidei licet non in vnione charitatis qꝺ non requiritur ad ſummū pontificatū ¶ Sed dices ſi iſta dominia non fundātur in fide vel in charitate gentiles ſunt vere reges in ſuis regnis. et per ꝯñs chriſtiani male agunt capientes ab eis ſua regna: cum capiunt ali[illegible]num inuito dño. ¶ Rñdetur multiplices ſunt infideles. aliqui ſunt poſſidentes terras noſtras vt agareni. et de illis non eſt color in argumēto. cū illi teneant alienū. Vel loqueris de gentilibus q̄ nichil in terris noſtris habent. ſed iuſtis titulis acquiſierūt regna a ꝑdeceſſoribꝰ puta iure hereditario matrimonio emptiōe vel donatione et diſtinguo de illis. vel illi impediūt ꝑdicatores ꝑdicare ṽbū dei ſubditis: et impediunt plātationem religionis xp̄iane. et tūc terre ſunt remouende ab eis. impediunt gloriā dei et ſunt inutiles reipublice. vel ſi non impediant fidē catholicam in eis plantari nolunt tamē eſſe chriſtiani adhuc poſſunt mutari de ſuo regno. et xp̄iani poni in eorum loco dando eis aliquid inter xp̄ianos. ¶ Tertio arguit̃ ſequeretur ꝙ infideles eſſent liberioris conditionis ꝗ fideles. quia propter hereſim non deſinunt eſſe domini rerum ſuarum ſecus eſt de xp̄ianis. ſ; hoc eſt incōueniēs igitur. ¶ Preterea vel ille qui intendit alienare ſua bona anteꝗ incidat in hereſim p[illegible]rtinac[illegible] ꝑdit dominium rerum ſuarū vel non: ſi primū. Cōtra adhuc nō eſt hereticus: ſi ſecundū. Cōtra cōmittit fraudē contra legem. ¶ Ad tertium nego conſequentiam ſicut bonus regens indiſciplinabiles dereliquit incōpoſitos: quos dirigit arguēs. ꝑme ad corintheos. v. Quid ad me de his q̄ foris ſunt: ſecundū ṽbum comici licentia deteriores ſumus. ¶ Ad illud rñdetur ſecundū nuda ṽba legis talis non perdit. et anteꝗ ſit hereticus dat ſua bona. videtur ꝙ datio teneat. ſ; ſi quis labatur in hereſim occultam. et poſtea reſipiſcat nō eſt neceſſe facere conſcientiam de poſſeſſione bonorum ſuorum. et ſecundum indulgentiam pōt poſtea illa alienare. ¶ Sed contra illud arguitur. C. eo. ti. l. manicheos et. l. cognouimꝰ filij non priuantur bonis ſuis. ergo male dictum eſt. ¶ Reſpondetur qñ canones ⁊ leges contradicunt. et potiſſimum in materia ſpectante ad fideꝫ vel de peccato ſtandū eſt in canonibus relictis legibus leges non dedignantur imitare canones. de no. ope. nūci. intelleximꝰ. et iſto ptꝫ. x. diſtinct. per totū. ¶ Sed contra iſtud arguitur ſequeretur ꝙ modus arguendi non valeret imperator in iure ceſareo hoc ſtatuit. ergo hoc eſt faciendum vel hoc eſt ſeruandū. et per ꝯñs non eſt efficax argumentū arguendo ex legibus ſicut aug. ſcribens ad hieronimū dicebat. ſi vna ꝓpoſitio ſacri canonis. ſi falſa quid ſoliditatis erit in ſacra canone? ſic in propoſito. ¶ Rñdetur ſunt multe vocate leges in corpore iuris iuri diuino ⁊ canonico repugnantes et per conſequēs non ſunt leges. ¶ Secundum leges filius vnius germani poteſt copulari matrimonio cuꝫ filia alteriꝰ germani. vt in inſti. de rap. §. inter. et. C. de nuptijs le. nemini. ſecundū canones tales debent penitus ſeperari. de conſangui. et affi. capi. non debet. ⁊ xxxv. q. iij. progeniē. ¶ Scdꝫ leges dānatur homo q̄ apprehenſam in adulterio tenet vxorem. C. de adul. l. crimen. et. l. caſt. ſed ſecundū deum et iura canonica poſſet eam tenere potiſſimū cum ipſa vult ab adulterio recedere. iij. q. i. obaudit. ¶ Scdm leges in multꝭ caſibus licꝫ vxorē repudiare. et matrimoniū rite contractum diſſoluere. xx. vij. q. ij. ſunt qui dicunt. et. d. x. ſed hoc obuiat iuri diuino. math. xix. ¶ Scdm leges in longiſſimo tēpore poſſeſſor malefidei preſcribit. q̄d bene eſt vetitum de regulis iuris li. vi. poſſeſſor male fidei. ¶ Cōcedo ꝙ hec ꝯña ſine addito nichil valet p̄ſupponit in antecedente ad hoc ꝙ ſit illatio ꝙ lex diuina nec canonica ſit in oppoſitū. ¶ Si dicas ergo ad bñ inferendū oportet cōſiderare legē diuinam et canonicā. ¶ Cōcedit̃. ſ; quia rare ſunt leges hetroclite ceſaree admittimus modū arguendi ſimpliciter. cū erāt condite a ſapientibus niſi oñdatur in lumine naturali vel in iure pontificio vel ex cōſtitutione patrie non habere locum. lex diuina hanc ꝑeminentiā habet ſuꝑ ceteras leges ꝙ nichil falſitatis in eo continet̃ nec ſuſpectiones de falſo in ſenſu intellectu a ſpiritu ſancto ſcdm illud pſalmiſte pſal. xviij. lex dñi imaculata dñi eloq̄a dñi eloquia caſta argentū igne examinatū terre purgatū ſeptupliū. pſal. xi. et ignitū eloquiū tuū vehementer. pſalmo cxviij. ¶ Septimo pricipaliter arg̃ ſecundum leges emens agros in quibus eſt theſaurus abſconditus poteſt totum tenere ſibi ipſi. vt ptꝫ per parabolam ſaluatoris mathei. xiij. et tamē hoc eſt cōtra equitatē naturalem: cū capit alienū inuito dño nullo dato precio. ¶ Rñdetur ꝙ theſaurus proprie eſt res mobilis abſcondita ab ignotis dñis tēpore vetuſtiori hoc patet. le. vnica. C. de theſau. ſecus ſi eſſet pecunia murata. tam proprie non vocat̃ theſaurus. Et ad formam argumēti cōcedo ꝙ aliquis licite poteſt emere agrū vt habeat theſauruꝫ. ſcdm parabolā ſaluatoris mathei. xiij. ratio nullꝰ erat dñs illiꝰ theſauri. l; illiꝰ theſauri aliq̄s erat dñs. hor pars q̄ noſtro inſtituto ſufficit ptꝫ l. nūꝗ §. theſaurꝰ. ff. de acq̄. re. do. mō regula gñalis eſt qꝺ in nulliꝰ pñte ē id occupanti cōcedit̃ inſti. de re diui. §. fere igit̃ b[illegible]ſtie. intētio emētis eſt emere illos agros. et cum theſaurus nō eſt in poſſeſſione dñi qui poſſiderat agrum de iure naturali capit theſaurum. nec tenetur aliquid reddere antiquo domino ¶ Sed cōtra iſtud arguitur inſti. de re. diui. §. theſauros dicit diuus iuſtinianꝰ ſi quis ī a[illegible]ieno loco non data ad hoc opera: ſed fortuito caſu iuenerit. dimidium domino ſoli conceſſit diuus adrianꝰ. et dimidiū inuentori. vbi accurſius in gloſa non data ad hoc opa alias totum reddere dño teneret̃. ¶ Reſpondet̃ imperator non eſt cōtra noſtrā ſolutionē: imo expreſſe pro nobis theſauros quos quis in loco ſuo iuenerit diuꝰ adrianus naturalē equitatē ſecutus eis cōceſſit qui eos inuenerit. modo iſte iuenit theſaurū in loco proprio.

¶ Octauo arguit̃ ſi alluuio paulatim de agris meis raſerit longa intercapedine tēporis nichil michi ſoli relinquit et ſcdm iura perdo dominiū meorū agrorū in illo caſu nō modo per ius ciuile: ſed per ius gentiū. vt ptꝫ in inſti. de re diui. §. qd per alluuionē ꝫ. ſed iſtud eſt cōtra equitatē naturalem iuito dño tollere mea.

¶ Reſpondet̃ negando ꝙ illa lex ſit iniqua. poterant

¶ ponere impedimentum reſiſtendo aque. et ſi nõ ponatur mee negligẽtie imputabitur. et q2 occulta eſt ablatio a flumine congruũ eſt propter certitudinẽ dñioꝝ ꝙ ager meus ablat⁹ accreſcat dominio vicini. alioqui eſſent iurgia in partitione dñioꝝ. ſecus eſt vbi vis fluminis aliquã partẽ de p̃dio meo eraſerit. et vicino predio appulerit adhuc predium manet meuꝫ. et arbores eiuſdem ſi non egerit radices in fundo vicini. ¶ Nono arguitur aliqua eſt lex hũana capiens bona in naufragio. et illa obuiat equitati naturali. cũ afflicto non eſt danda afflictio. Et talis ſit lex experimento nouerunt naufragi in oceano britãnico (et vt referũt) gallico dñi vicini certant an illa bona ſpectant ad eos vł ad regem. ¶ Respondetur illa eſt lex iniq̃. et non lex contra equitatem naturalem fideles mercatores laborantes pro republica et ſeipſis: afflictos iactura rerũ ſuarum ſpoliare eorum bonis: etiã dato ꝙ eiciantur cauſa nauis alleuiande. Hoc ptꝫ. ff. ad l. rho. de Iac. l. que alleuiandi. et hoc eſt verum niſi haberentur pro derelictis. et hoc poteſt cõſtare ex quantitate rei: vel quia nemo inq̃rit. nec tales res poſſunt vſucapi. quia in eis deficit titulus pro derelicto. vt in. l. ſi quis merces. ff. pro derelicto. Sꝫ quis aliq̃d reperiens poſt crebram proclamationem quis eſt verus dominus poteſt dare pauperibus et ſi ipſe ſit pauper poteſt ſibiipſi applicare. ¶ Decimo arguitͬ de iure naturali eſt ꝙ nullius eſt id occupanti concedatur. ergo meuius capiẽs feram letaliter vulneratã a titio efficitͬ dñs illius fere ſed hoc eſt incõueniens: cum titius erat cauſa captionis illius fere. imo hac via tenebo feram captam in rethi tuo. et in agro tuo te prohibẽte. quod videtur inconueniens. ¶ Reſpondetur concedendo ꝙ meuius eſt dñs fere capte. iſtud patet in inſti. de re. diui. §. illd queſitum eſt. illd q̃ſitũ eſt an ſi fera beſtia ita vulnerata ſit vt capi poſſet ſtatim tua eſſe intelligatur: et quibuſdã placuit ſtatim eſſe tuã et eo vſq3 tuã videri donec eam perſequeris. ſi deſinas perſequi: deſinere eſſe tuam. et rurſus fieri occupantis. Alij putauerunt non aliter tuã eſſe q̃3 ſi ceperis. ſed poſteriorẽ ſentẽtiã nos confirmamus. quia multa accidere ſolent vt eam non capias. et hoc clarum eſt etiam capiens feram in laq̃o tuo efficitur illius dñs. l. ſi in laqueũ. ff. de acqui. re. do. et hoc eſt verũ de fera ſiue in agro meo ſiue ĩ alieno. efficior domin⁹ apũ de nouo venientum in ortum tuũ ſicut in ortum meũ. et autẽ repertarũ in orto tuo ſicut in meo. etiã dato ꝙ prohibeas michi ĩgreſſum in ortum tuum. Oppoſitũ tamen tenet glo. et allegat. §. plane ru. de q̃ loq̃tur. ſed. §. ille non eſt pro eo bñ dicit ille. §. ſi preuideris ingredientem fundũ poteris eũ prohibere iure ne ingrediatur. ſed nichil dicit an capiens ipſam ſit domin⁹ rei. Et iſtud etiã probatur. ff. de acqui. re. do. et in ea. ru. apũ et p gloſam in. l. diu⁹ ff. de ſer. ruſti. predi. ſed capiens tenebitur actione iniuriarũ. loquor hic de fera q̃ in nulli⁹ poteſtate eſt. nõ loquor de cuniculis et feris incluſis ĩ cunicul... to tuo vt in ſkougal et tunyngam. fere ille ſunt dñi loci cum ab eo includantur et ire et redire ſolent. ſecus eſt de domeſticis beſtijs que manẽt prioris domini. dato ꝙ cõſpectum eius aufugerint. et difficilis ſit carũ proſecutio. ¶ Ex iſto ptꝫ ꝙ miſſilia iacta in vulgus primi occupantis fiunt. et peccat capiens a primo capiente inuite. ſed ſi fortior proſternet debiliorẽ ante acquiſitionem male agit: ſed efficitur dominus rei.

FINIS.

¶ Impreſſum et exaratum eſt hoc opus Pariſijs per Henricũ ſtephanum: impenſis honeſtorum virorum Iodoci badij aſcenſij/ Ioannis parui/ et magiſtri Conſtantini leporis Anno domini milleſimo quingenteſimodecimo. die aprilis penultimo.

ALEXANDER PP VI VALENTINVS FERDINANDVS DEI GRA REX ARAGONVM

## Incipit tabula alphabetica primi ſententiarū Magiſtri noſtri Johannis maioris eiuſdē ſingulariora dicta continēs extracta per magiſtrū Alexandrū couan ſcotum hadyngtonenſem

A

A Tantum ſicut homo eſt animal ſignificans eſt propoſitio.2.q.ꝓlo.folio.6.col.prima.
Abbas ioachim ponebat tot eſſentias in diuinis quot perſonas.d.4.q.vni.fo.18.col.prima.
Actus volūtatis ſufficiēs ad cauſandū aſſenſū huiꝰ deꝰ eſt nō ſufficit ad cauſandū aſſenſuȝ huiꝰ deꝰ eſt trinus ⁊ vnus.pri.q.prolo.fo.4.col.prima.
Actꝰ oīs volūtatiſ eſt praxis.6.q.ꝓlo.fo.14.col.pri.
Actus idē primo non eſt praxis ⁊ poſtea eſt praxis.q.fo.⁊ col.eiſdem.
Actus idem eſt velle et nolle.pri.d.q.2.fo.18.col.3.
Actus idem producit gaudium et triſticiam.diſtin.q.folio et col.eiſdem.
Actꝰ quo diligitꝰ finis ꝑciſe eſt melior actu quo diligitur aliqd propt̄ finē.diſtin.q.et fo.eiſđ.col.4.
Actꝰ ꝑ.nꝰ fidei eſt meritoriꝰ.pri.q.ꝓlo.fo.3.col.pri.
Actus errori inuincibili conformis eſt meritorius.q.eadem fo.3.col.prima.
Actus aliquis fidei ſine pia affectione producit.prima queſt.prolo.fo.3.col.2.
Actui facto in peccato mortali datur gratia.17.diſt.queſt.prima fo.47.col.4.
Actus cadens in duo obiecta copulatim non equiualet duobus actibus quorū vnus cadit in vnum illorū obiectorū et alter in aliud.17.d.q.pri.fo.48.co.pri.
Actus omnis elicitus a gratia eſt meritoriꝰ vite eterne.diſt.q.fo.eiſdem col.2.
Actus meritorius et nō meritoriꝰ ſunt eiuſdē ſpeciei diſt.eadem.q.2.fo.49.col.2.
Actus productus ab habente gratiā non ſemꝑ eſt meritorius.diſt.q.⁊ fo.eiſdem col.4.
Actus procedens ex maiori charitate non ſemper eſt magis meritorius.17.diſt.q.3.fo.51.col.prima.
Actus equales eliciti ab imparibus gratijs ſunt eque meritorij.diſt.q.⁊ fo.eiſdem col.2.
Actus remiſſior aliqñ eſt magis meritorius ꝙ intenſior.diſt.et.q.eiſdem.fo.50.col.3.
Actus qñ ꝓducit hitū.d.17.q.4.fo.51.co.prima.
actꝰ ſcđs ē tā meritoriꝰ ſicut ꝑ.nꝰ.17.d.q.9.f.67.co.2.
Actus exterior non addit bonitatē nec maliciā ſuper actū interiorem.d.eadem.q.7.fo.60.col.ꝑma et.4.
Actui exteriori bono vel malo rñdet actus interior cōformis.ibidem col.4.
Actus exterior in ſacramentis auget gratiā.d.et.q.eiſdem fo.51.co.prima.
Actus exterior cōducit ad liberationem pene ſȝ nō ad maius meritū.ibidem col.2.
Actus exterior eſt ita malꝰ ſicut interior et eiſdē vna et eadem pena reſpondet.d.⁊.q.eiſdēcol.3.et.4.
Actus exterior quid eſt.17.diſt.q.7.fo.63.co.2.
Actus imperatus quid eſt.ibidē fo.⁊ col.eiſdem.
Actus aliquis eſt intrinſece malus ſed nullꝰ eſt intrinſece bonus.17.diſt.q.8.fo.64.col.pri.⁊.⁊.
Actus aliqs de meritoriꝰ eſt ita demeritoriꝰ ſicut meritorius eſt meritoriꝰ.d.17.q.9.fo.67.col.3.
Actus et habitus quo diligitur ſortes vt ſortes nō diſtinguit̄ ſpecie a b actu et habitu q̄ diligitur plato vt plato.17.di.q.10.fo.67.col.4.
Achab deceptus eſt per angelum malū et non bonum.43.diſt.q.vnica fo.102.col.2.
Adulterium non ſemper maius eſt peccatum ꝙ fornicatio.17.diſt.q.7.fo.2.col.2.
Agens corrumpit aliquid cū quo nūꝙ ſimul fuit.5.queſt.prolo.fo.12.col.3.
Agens non ſemper citiꝰ agit in ꝓpinquū ꝙ in diſtās.17.diſt.q.16.fo.78.col.4.
Agens an intendat aſſimilare paſſum in gradu vel in actiuitate.diſt.44.fo.115.col.4.
Agens idem naturale ad effectus oppoſitas ⁊ ſuo effectui naturali impertinentes cōcurrit.pri.q.ꝓlo.fo.2.col.2.et diſt.prima.q.4.fo.21.col.prima.
Agens minus non impedit partē maioris ei equalē a toto effectu ſed a tanto.queſt.eadē fo.eodē col 2.
Agens naturale aliqñ ad ſui effectus naturalis corruptionem concurrit.prima queſtio prologi fo.tertio columna prima.
Alexander macedo inſidijs vti noluit.43.diſt.queſt.vnica fo.103.columna.3.
Alexander papa timore frederici imperatoris fugit ad venetos in habitu archimageri.diſt.q.10.co.eiſđ.
Aliquid fit albius per potentiā diuinā ſine additione albedinis.17.diſt.q.14.fo.75.col 3.
Aliquid eſt quo maius cogitari non poteſt duplicem habet ſenſum.di.2.q.2.fo.3.col.prima.
Aliquis peccauit mortaliter in aliquo tempore in cuius quolibet inſtanti fuit in gratia.17.queſtio quinta folio.55.col.4.
Anima pro ſtatu vie poteſt cognoſcere intuitiue ſeipſam ſuam cognitionem ſed non habitus.3.diſt.q.prima fo.32.col.4.
Anima non poteſt pro ſtatu vie aliquod indiuiſibile ad extra cognoſcere.diſtinctione et queſtione eiſdem fo.33.columna prima.
Anima ſeparata poteſt viſibile quātūcūꝙ paruū videre.3.diſt.q.4.fo.37.col.3.
Aīa xp̄i non continuauit iſtam volitionē volo mori ꝓ ſalute hūani gn̄is poſt mortē.17.d.q.5.fo.55.co.4.
Anima xp̄i nō eſt ꝑfectior eſſentialr aīa iude.d.40.q.prima fo.104.col.3.
Anima vna preciſe in homine eſt ponenda.diſt.17.q.12.fo.70.col.3.
Aīa ratiōalis ꝙ primo eſt in rerū natura īformat corpus.diſtin.eadem.q 14.fo.74.col.3.
Anglus contingentie pro quo ſupponit.17.diſt.q.9.fo.66.col.prima.
Anglus quidam dormiendo occidit hoīem.17.diſtin.queſt.6.fo.59.col.4.
Angli non ſinunt pecuniā de patria tolli a mercatoribus illuc tranſeūtibꝰ.43.diſt.q.vni.fo.102.col.pri.
Angelus potuit peccare et mereri ꝑmo inſtāti ſui eſſe 17.diſt.q.5.fo.57.col.2.
Angelus primus peccans nō hūit noticiā intuitiuam dei perfectā.pri.diſt.q.4.fo.21.col.4.
Appetitus ſenſitiuus non fit ſine cognitione.prima diſt.q.4.fo.21.col.3.
Apoſtoli in gratia cōfirmati erant viatores.prima.q.prologi fo.primo.col.2.
Aqua tepida non habet omnes partes tepidas.17.di.queſt.12.fo.70.col.prima.
Aqua incipit habere calorem vt duo per vltimū non

eſſe et habere pertotum per primū ſui eſſe.17.diſtin.q.14.fo.75.col.2.et.3.
Ariſtoteles et auerrois negauerūt deum alia a ſe itelligere.35 diſt.q.vnica fo.94.col.prima.
Ariſtoteli falſo imponitur a quibuſdā q̄ teneat nullā ꝓpoſitionē de futuro eſſe verā.38.diſt.queſtio vnica folio.99.col.4.
Argumentum thopicum non producit ſcientiā vel fidem.prima queſt.prologi fo.primo col.2.
Argumentum thopicum ratio dialetica auctoritas ſufficiens idē ſunt p̄ma q̄ſtio ꝓlo.fo.p̄mo col.4.
Articuli fidei non ſunt ꝯ rationem naturalem.prima queſtio ꝓlogi.fo.3.co.2.
Ars et prudentia multiphariam differunt.6.q.prolo.folio.15.columna.4.
Ar[illegible] cyrurgici tāgūt lebetē i fine decoctiōis ſine leſiōe et nō in medio vel ꝓpe initiū.d.17.q.14 fo.75.col.3.
Argumentum anſelmi non concludit euidenter deum eſſe 2.diſt.q.2 fo.30.co.4.
Aſcēdere eſt recedere a cētro.17.diſt.q.11.fo.72.co.2.
Aſſenſus conſequentis aliquando eſt intenſior aſſenſu antecedentis.pri queſt.prolo.fo.2.col.prima.
Aſſenſus primi crediti partialiter (et primi opinati totaliter) a ratiōe thopica ꝓducitur.q.fo.eiſdem col.3.
Aſſentire huic corpus chriſti eſt ſub iſtis ſpeciebus aſſenſu fidei non teneor p̄ma queſtio prologi fo.3.co.3.
Aſſenſus propoſitiōis neceſſarie nō ſēp eſt euidens.3 queſtio prolo fo 9.col.3.
Aſſenſus et diſſenſus diſiunctiue vel copulatiue ab aſſenſibus partium diſtinguunt.3.queſt ꝓlo.fo.6.co.3.
Aſſentire poſſumus alicui ꝓpoſitioni de potentia dei abſoluta (ſed non naturaliter) terminorū ſignificationibus ignoratis.3.queſt.prolo.fo.7.col.4.
Aſſenſus vel diſſenſus non eſt terminꝰ communis vel ſingularis.queſt.eadem fo.8.col.3.
Aſſenſus nunq̄ eſt diſſenſus.ibidem col.4.
Aſſentiens maiori et minori et bonitati ḡnē in diuerſis locis non aſſentiet cōcluſioni.4.q.ꝓlo.fo.10.co.2.
Aſſenſus diſcurſus theologici nō eſt ſcientia ſubalternata ſcie dei et beatorū ſꝫ eſt fides.q.eadē fo 11.co.p̄ma.
Aſſentiens vni propoſitioni non habet iudiciū aliqd de ſuo oppoſito.q.5 prologi fo.12.col.2.
Aſſenſus maioris et minoris et bonitatis conſequentie ſunt ſine aſſenſu ꝯcluſionis per tempus.eadē queſt.folio eodem col.4.
Aſſenſus quo aſſentimus premiſſis et concluſioni diſtinguitur ab aſſenſibus premiſſarū et ꝯcluſionis.prima diſt.q.2.fo.19 co.prima.
Aſſenſus idem eſt propoſitionis euidentis et ineuidētis.diſtin.q.et fo.eiidem col.3.
Attributum quid eſt:diſt.8.q.p̄ma fo.42.col.2.
Augmentū cauſe particularis arguit incrementū effectus.4.queſt.prolo.fo 10.col.prima.
Auctoritas eſt propoſitio autentici viri.5.queſt.prologi.fo.11.col 4.
Aer ſecundū ockam ſuſcipit in ſe albedinem.3.diſtin.queſt.3.fo.35.col.prima.

B

Immediate poſt hoc erit calidius q̄ ſine ciate poſt hoc erit b.17.diſtin.q.14.fo.75 col.prima.
Baculus ignitus circūrotatus nō cauſat circulū igneū.diſt.3.q.p̄ma.fo 34.co.3.
Beatitudo de potentia dei abſoluta dari pōt ſine viſione dei.poteſt etiam dari ſine dilectione.p̄ 13 diſtin queſt.4.fo.20 col.4.
Beati non gaudent de habitione dei ſed de deo hito immediate.diſt.eadem queſt.5.fo.22.col.4.
Belua multorū capitū plebs.d 2.q.pri.fo.28 co.4.
Binarius duarū animarū non eſt perfectior vna aīa.diſtin.44.q.prima fo.104.col.3.
Bouicidiū ſiat q̄ ſit tantū peccatuꝫ ſicut homicidiū diſt.17 queſt 6.fo.58 col.3.
Brutum non poteſt noticiā abſtractiuam alicuius rei cuius habet ſpecies habere niſi ille potentiam magis moueant q̄ alie 3.diſtin.q.3.fo.20.col.3.
Bruta omni libertate carent licet in aliquo participare videntur.diſtin.prima queſti.8.folio.25.col.2.

C

Charitas per mortale corrumpitur ſed nō remittit.prima.q.prologi.fo.4 col.3.
Charitas creata eſt ponenda.17.diſtin.queſt.prima fo.47.col.3.
Charitas ꝺ lege neceſſaria ē ad ſalutē.d.q.fo.eco.eī.
Charitas ſucceſſiue inclinat ad contraria.diſtin.eadem queſtio.2.fo.48.co.4.et.3.queſt.eiuſdem diſtinctionis fo.51.columna.4.
Charitas totum actum meritorium et quālibet partem eius cum voluntate producit.diſtin.eadem.q.2.fo.49.col.prima et.4.
Charitas non neceſſitat voluntatem.ibidē col.4.
Charitas ad actum elicituꝫ voluntatis et nō ad actū īperatū exteriorē ꝯcurrit.diſt.eadem.q 3.fo.51.co.4.
Charitas ſm̄ doctorē ſubtilem terminatur in maximo quod eſt probabile.diſtinctione eadem.queſt.15.folio.75.col.prima et.77.col.prima
Charitas infuſa eſt remiſſibilis ſed nunq̄ remittetur diſtin.eadem queſt.9.fo 65.col 4.
Canonizare ſanctum eſt cathalogo ſanctorum aſcribere.p̄ma queſt.prolo.fo.3.col 4.
Canis format noticiam leporis antea viſi quē iudicat per talē callē trāſiuiſſe.3.diſt.q.p̄ma.fo.32.col.2.
Calor naturalis eſt ſubſtantia ſubtilis.diſt.17.q.12.folio 70.col.4.
Calor magis actiuꝰ ē q̄ reſiſtiuus ſiccitas ꝯ.diſti et queſt.eiſdem fo 71.col 4.
Calor incipit eſſe et incipit eſſe calor non equiualent.diſt.eadem.q.14 fo 74.col.2.
Capacitas aie duplex.d.eadē.q.15.fo.77.col.2.
Capacitas paſſiua eſt maior capacitas q̄ actiua.ibidem columna.4.
Cauſa non ſemꝑ eſt illud per qđ ꝯueniēter reſpondet ad queſtionē ꝓpt qđ.p̄ma diſt.queſt 2 fo.29.co.2.
Cauſe eſſentialiter ſubordinate et accidētaliter differūt 2.diſtin.q.prima fo.28.col.4.
Cauſa totalis tripliciter accipit.ibidē fo.29.col.2.
Cauſa duplex ꝑtingens effectum et non pertingēs effectum ibidem.col.3.
Cauſe naturales eiuſdē rationis aliqñ producūt effectus diuerſarū rationū.3.diſt.q.2.fo.34.col.2
Cauſans odiuꝫ dei non ſemꝑ odit deū.17.di.q.8.fo.95.columna.4.
Cauſa p̄ma libere concurrit ad effectus.44.diſt.q.6 folio.117.col.3.
Carētia oīs īperfectiōis et oīs perfectiōis poſitio in deo naturalr̄ eſt ponēda 2.d.q.2.fo.3 col.prima.
Creatio actiua dei non diſtiguit a creatione poſſibili di.2.q.2.fo.30.co.3.
Credere triphariā capit.pri.q.pro.fo.p̄mo.col.2.
Credere eſt actus voluntatis tanq̄ imperatꝰ ꝛ intelle

ctus tanq̃ elicitus.q.et folio eiſdem col.4.
Certitudo fidei aſſenſui fidei identificatur.q.eadem folio.2.col. prima.
Circunſtantia temporis auget meritum.17.diſtin.q.6.fo.58.col.2.
Cirus quẽlibet militem ſui exercit⁹ ſine doctore extrī ſeco ꝓprio noīe ſalutabat.35.diſtin.q.vni.fo.94.co.2.
Concurſus dei augetur ex cõcurſu cauſarũ ſecundarum.diſtin.42.q.vnica fo.101.col.3.
Conformitas voluntatum tripliciter fit.diſtin.47.queſtio vnica fo.118.col.3.
Cogi quid eſt.ꝑma diſt.q.8.fo.26.co.2.
Color medi⁹ dupl̄r capit̄.17.diſt.q.12.fo.60.col.4.
Colere licet publice ⁊ occulte aliquẽ non canonizatũ pro ſancto.prima q̃ſtione ꝓlogi fo.4.col.prima.
Colens aliquẽ pro ſancto de quo dubiũ eſt an ſit ſanctus peccat.ibidem fo.et col.eiſdem.
Comedere cibum qui non eſt non poſſum.3.diſt.q̃ſtio prima fo.31.col.3.
Cõponere ⁊ conſtituere differunt.25.diſt.q̃ſtio vnica folio.89.col.21.
Conceptus ſimplicis vna pars diſtribuitur et alia cõfunditur.2.q.ꝓlo.fo.4.col.4.
Conceptus quelibet intenſibilis et remiſſibilis eſt.q.eadem fo.5.columna prima.
Concepto patre concipit̄ filius concepta eſſentia concipit̄ pſona.prima diſtin.q.7.fo.24.col.3.⁊.4.
Conceptus cōis qualiter generatur.3.diſtinctione.q.quarta fo.36.col.4.
Concluſiones theologice ſunt veritates non formalr̄ in ſacra ſcriptura contente ſ ex his deducibiles.4.q.prologi fo.11.col.prima.
Concluſio practica ſequitur ex duabus premiſſis q̃rũ vna eſt practica ⁊ alia ſpeculatia.6.q.pro.fo.15.co.3.
Conditiones in canonizatiõe ſanctorũ obſeruande q̃ ſunt.prima q̃ſtio prolo.fo.3.col.3.
Conditiones requiſite ad diuiſionẽ ſufficientẽ ad inferẽdum vnũ membroꝝ de maximo et minimo. diſt.3.queſt.4.fo.37.col.prima.
Conatus volũtatis eſt volũtas.17.d.q.3.fo.50.co.4.
Conatus plus facit ad ratione meriti q̃ gr̃a.17.diſt.q̃ſtio.3.fo.eodem col.3.
Cognitio tẽporis non requiritur ad peccatum.17.d.queſt.5.fo.55.col.3.
Cognitio partialiter concurrit ad volitionẽ. prima diſtin.q.4.fo.21.col.prima.
Cõplexe ſignificabilia non ſunt ponenda.7.q.prolo.fo.16.columna prima.
Cõprehendere quid eſt.q.eadẽ fo.17.col.2.
Corpus finite intenſe albũ ꝑ additionẽ albedinis deſinit eſſe albũ.17.diſtin.q.18.fo.82.col.3.
Corpus aliquod eſt calidũ ⁊ ſpefficit̄ calidi⁹ caliditatem dependendo.diſt.2.q.eiſdẽ fo.83.col.prima.
Corporis non calidi q̃libet pars ꝓportionalis eſt calida.ibidẽ fo.⁊ col.eiſdem.
Corpus ſphericum non tangit planum.24.diſt.q.prima fo.88.col.prima.
Corpus difformiter longum eſt ita longum ſicut longiſſima pars ei⁹.diſt.et.q.eiſd.fo.86.col.2.et diſtin.44.q̃ſtio.2.fo.105.col.2.
Corp⁹ vnũ dr̄ mai⁹ alio dupl̄r.d.44.q.3.f.110.co.4.
Corpus vnũ eq̃le in itenſione et quãtitate cũ alio eſt eo in īfinitũ actiui⁹.diſt.eadẽ.q.5.fo.115.co.2.
Corpus infinitum vniformiter calidũ nõ ſp̄ eſt īfinite actiuitatis.diſtin.queſt.⁊ fo.eiſdem co.3.
Corpus finite calidũ per finite q̃ntitat̄ ꝑ rarefactionẽ acq̃ſitionem efficitur infinite calidum.17.d.q.18.fo.82.columna prima.
Corpus primo et vltimo īformatur ab anima.17.diſtin.queſt.14.fo.74.columna.3.
Copl'a ẽ de caſtro ẽ tota ꝓpoſitio.2.q.pro.fo.5.co.4.
Conſequẽtia bona per additionẽ eiuſdẽ t̄mini ãcedẽti ⁊ ꝯñti deſinit eſſe bona.ꝑma diſt.q.5.fo.22.co.4.
Conſuatio duplicit̄ capit̄.20.diſt.q.vni.fo.84.co.3.
Conſeruans duplex.diſt.⁊ queſt.eiſdẽ fo.eo.col.3.
Contenta ſub eadẽ ſpecie non ſemp eque conueniunt 2.q.prolo.fo.4.co.4.
Cõtinuatio naturalis actus non eſt peccatum.17.diq̃ſtio.5.fo.55.columna.3.
Cõtrarietas multiplex.17.diſt.q.12.fo.69.col.4.
Cõtingẽs biphariã capit̄.diſt.38.q.vni.fo.94.co.4.
Contingẽtia rerũ futurarũ ſtat cũ preſciẽtia dei.diſt.39.q.vnica fo.96.col.3.
Contradictorio vno poſito deponit̄ reliquũ.diſtin.et queſt.eiſdem fo.97.col.3.
Conuerſio per ꝯpoſitionẽ non eſt bona ꝯña nec conuerſio.diſt.4.q.vnica fo.40.columna.4.
Continere ꝑmoꝛ̃tualiter q̃d eſt.7.q.ꝓlo.fo.16.co.3.
Continentia virtualis duplex.ibidem.
Culpa minor multociẽs punit̄ grauiori pena q̃ maior.diſt.17.q.7.fo.51.col.4.

D

Daniel falſos ſenes ſubtiliter cõuicit.48.diſt.queſtio vnica fo.118.co.3.
Decem grad⁹ grauitatis in ſecũdo loco additi non tantũ faciũt deſcendere ſicut decem grad⁹ in primo loco additi.17.d.queſtio.5.fo.54.col.4.
Demõſtratio nõ ꝓducit fidẽ.ꝑma.q.ꝓlo.fo.pri.co.2.
Demonſtratio et volũtas nõ producũt perfectiorem aſſenſum (licz bene argumentum thopicũ et volũtas) q̃ demõſtratio ſine volũtatis ꝯcurſu.q.⁊ fo.eiſd.co.4.
Demones credũt ⁊ cõtremiſcũt quo mõ intelligitur.queſtio eadem fo.2.col.2.
Deus non poteſt ſe ſolo producere fidẽ. ꝑma queſtio prologi fo.2.col.4.
Deus eſt iudicium omnium verorum et diſſenſus falſorum.2.q.prolo.fo.6.col.prima.
Deus ſemper fruitur vel vtit̄ nobis ꝑma diſtin.q.prima fo.18.col.prima.
Deus inq̃tũ deus eſt ſubiectum theologie.7.q.prologi fo.17.col.2.
Deus non cognoſcit aliquid ſcientifice.4.queſtio ꝓlogi fo.10.col.4.
De⁹ eſt nõ eſt ꝑ ſe nota beat̄.d.2.q.ꝑma fo.28.co.pri.
Deus eſt non eſt euidẽs in lumine naturali.ibidẽ col.prima et tertia.
Deus poteſt informare materiã ſcd̄m Johannem de ripa.diſt.eadem q̃ſtio.2.fo.3.col.4.
Deus non mouet̄ per loca ⁊ tp̄a.d.8.q.2.fo.42.co.4.
Deus neceſſ̄rio eſt creans vel non creans eſt vera.diſtin.et queſtione eiſdem fo.43.col.prima.
Deus ponitur in predicamẽto.diſt.q.et fo.eiſd.co.2.
Deus eſt ſimplicior angelo et anima intellectiua.diſt.eadem q̃ſtio.3.fo.44.col.3.
Deus poteſt vnam rem per inſtans ſolum conſeruare.17.diſt.queſt.5.fo.57.col.4.
Deus non poteſt plura ſcire q̃ ſcit.39.diſt q̃ſtio vni.fo.97.columna prima.
Deus q̃libet parẽ continui videt.diſtincte.35.diſt.

q̄ſtio vnica fo.95.col.2.
Deus in lumine naturali ponēdus eſt alia a ſe cognoſcere.d.35.q.vni.fo.eo.co.prima.
Deus in eſſentia ſimplex cōplexe cognoſcit.diſtinctione et queſtione eiſdem.fo.94.col.3.
Deus eſt noticia apprehenſiua falſi ſed non iudicatiua.diſtin.39..q.vnica fo.96.col.3.
Deus eſt vbiq̄ per pñtiam potentiam et eſſentiam.di.37.q.vni.fo.94.col.prima.
Deus eſt in loco īfinito imaginario ext̄ celum.ibidē.
Deus effect⁹ naturaliter ⁊ ſm̄ fidē ꝯſeruat.20.diſtin.queſtio vnica fo.84.col.prima.
Deus non poteſt decipere nec decipi.diſtin.43.queſt.vnica fo.101.col.4.
Deus ad omnem effectum equaliter cōcurrit.diſtin.42.q̄ſtio vnica fo.100.col.3.
Deus poterat feciſſe mundū iſtū meliorē accidētaliter ſ₃ non eſſentialiter.diſt.44.q̄ſtio prima.fo.103.co.4.
De⁹ pōt mūdū pfectiorē iſto eſſētialr̄ ꝓducere.ibidē.
Deus non videt ſupmum indiuiduū creature ꝓducibile ab eo.diſtin.eadē.q.eadē.fo.104.col.prima.
Deus pōt creare infinitū multitudine magnitudine ⁊ intenſione.44.diſt.q.3.fo.109.col.prima.
Deus poteſt mouere corpus infinitū vndiq̄ circulariter et r[illegible] eadem diſtin.q.4.fo.113.col.3.
Deum eſſe infiniti vigoris naturali ratione ꝯcludi nequit.diſtinctione eadē.q.6.fo.116.col.2.⁊.3.
Deus vult omnes hoīes ſaluos fieri dupl'r exponitur.diſt.45.q.vnica.fo.118.col.2.
Decipere directe quid eſt.diſt.43.q.vni.fo.102.col.2.
Deleri de libro vite dupliciter capitur.diſt.40.q.prima fo.98.col.4.
Dependere in incontinendo ⁊ dependere in efficiendo differunt.7.q.prologi.fo.16.col.4.
Deſcendere eſt appropīq̄re cētro.17.diſt.q.12.fo.92.columna.2.
Deſperatio eſt actus voluntatis ⁊ non intellect⁹.47.diſtin.q.vnica fo.120.columna.2.
Delectatio et triſticia ſunt actus voluntatis.pma di.q̄ſtio.6.fo.23.col.2.⁊.4.
Difformitas pctī eſt peccatum difforme.diſt.42.q.vnica fo.101.colūna.2.
Difformitas peccati deus eſt cauſa.ibidem.
Diffinitiones viatoris ockā et altacenſis reprobant.prima q̄ſtio prologi fo pmo col.pma et.2.
Dicta anſelmi non ſunt ſemper de rigore capienda.7.diſtinctione q̄ſtio vnica col.4.
Dilectio dei augetur in deo quo ad tranſitū in aliud.17.diſtin.q.9.fo.67.columna prima.
Diligere poſſum⁹ patrē non diligendo filiū tñ nō poſſumus patrē diligere quī filiū diligam⁹.prima diſtin.q̄ſtio.7.fo.24.col.2.
Dilectio dei ī patria eſt pratis.6.q.p.fo.15.co.pma.
Dilectio creature propter deum non eſt beatitudo.prima diſtinctione queſt.2 fo.19.col.prima.
Dilectio dei poteſt eſſe peccatū.prima diſtin.queſtio 7.fo.25 col.prima.
Dilectio creature quātūcūq̄ pulchre non ſatiat appetitum.prima diſtin.q.5.fo.22.col.prima.
Diligere deū plus appciatiue(nō aūt itenſiue)q̄3 creaturam tenemur.prima diſtin.q.5.fo.22.col.2.
Diligere deū plus appreciatiue quid eſt ibidem.
Diligit deus iſtē.ꝑpt aliud tanq̄ cauſam finalē minus principalē.pma diſt.q.ead fo.eodem col.3.
Dilectio filij ꝑpt patrē nō eſt vſus.ibidē col.4.
Diligere poſſum⁹ deum ſup oīa ex puris naturalibus diſtin.et q̄ſtione eiſdem fo.23.col.prima.
Diſcurſus theologicus nō fit ex probabilibus.4.q.prologi fo.11.columna prima.
Diſſenſus quare dicitur ver⁹.3.q.plo.fo.8.co.3.
Diſiūctiua ꝯpoſita ex ſubcōtrarijs eſt p ſe nota.2.diſt.q̄ſtio prima fo.28.columna prima.
Diſtributio triplex.diſt.4.q.vnica fo.38.col.2.
Diuiſio mētalis a gregorio poſita reprobatur 3.queſtio prologi fo.8.col.2.
Diuiſio infinita diſiūctū membroꝝ de maximo ⁊ minimo requirit q̄ nulla eius pars pro infinito verificet 39.diſtin.q̄ſtio vnica fo 98.col.prima.
Diuerſitas cauſaꝝ ſpecifica ī oīb⁹ pter q̄3 ī hītib⁹ arguit diuerſitatē ſpecificā effectuū.4.q.plo.f.9.co.4.
Dormiētes ſcđm climetonē merent ⁊ demerent dormiendo.17.diſtin.q.3.fo.59.co.2.
Dona dei ſunt aliqñ cauſa dilectionis dei.prima diſt.q̄ſtio.2.fo 9 columna prima.
Donari et eſſe donū differūt.10.di.q.vni.fo 45.co.3.
Dubitans eſt ꝯſiderans nec aſſentiens nec diſſentiens prima q̄ſtio prolo.fo.3 co.2.
Durum quid eſt.17.diſt.q.12.fo.40.co.3.

E

Brij et infanti licet capaces ratiōis nō fuerint ſunt viatores.pma q̄ſtio plo.fo.pmo columna .2.
Ebrius nō peccat in ebrietate.17.diſtin.q̄ſtio.7.fo.67.col.prima.
Eccleſia nō pōt errare ī via moꝝ ſed bñ in via facti.prima q̄ſtio plogi.fo.3.co.3.
Effectus productus ab vna cauſa nō poteſt produci ab alia.2.diſt.q̄ſtio prima fo.29.col.3.
Egritudo multipharia capit.17.di.q.12.fo.71.co.2.
Electio duobus modis capit.di.4.q.2.fo.99.col.4.
Elongatio extremi balancis facit vnu₃ pōdus aliud multo pōderoſius attrahere.44.di.q.4.fo.114.co.3.
Ens in actu dupliciter capitur.diſtin.44.q̄ſtio.2.fo.105.columna prima.
Ens perfectiſſimum in lumine naturali eſt aſſignabile.20.diſtin.q.vnica fo.89.col.4.
Error et ſcientia in aliquo caſu idētificantur.5.q.prologi fo.12.col.4.
Error aliquando eſt aſſenſus veri et aſſenſus falſi nō eſt error.q.eadem fo.13.col.4.
Error eſt aſſenſus falſi vel diſſenſus veri.q.eadem fo.14.columna prima.
Error biguardoꝝ quis erat.17.d.q.6.fo 59.col.4.
Eſſe in itellectu dupl'r capit.30.d.q.vni.fo.91.col.2.
Eſſentia nō diſtiguit a pſonis 33.d.q.vni.fo.9.col.2.
Eſſentia non pdicatur formaliter de patre.diſtin.ead q̄ſtio ⁊ fo.et col.eiſdem.
Eſſe preſens per eſſentiam pñtiam et potentiam quid eſt.37.diſtin.q.vni.fo.64 col.3.
Euidentia ſimpliciter eſt aſſenſus certiſſimus.3.q.prologi fo.6.col.3.
Euidētia ſumma ꝯtingēter eſt euidētia ſumma.ibidē.
Ex puris naturalibus poſſe aliquē credere articulis fidei dupliciter itelligit.pma q̄ſtio plo.fo.3.co.pma.
Extrema relationis nō precedūt ſemper relationē tpe vel natura.3.queſtio pro.fo.6.co.pma.
Experientia et demonſtratio ſemp diſtinctas ſpecie cauſant noticias.4.q.prologi fo.9.col.4.
Experimentū quid eſt et quomodo producitur.6.q.prologi fo.15.col.4.

F

Fuctio et actio multipharia differunt. 6. queſtio prologi fo. 15. co. 3.
Falſitas et veritas ex parte cuius attenduntur. 17. diſtin. q. 8. fo. 65. col. pma.
Feruor charitatis eſt actus charitatis. 17. diſtin. q. 9. fo. 66. col. 4.
Fides ex pia affectione et ratione probabili producitur. pma queſt. prologi fo. 1. col. 3.
Fides a cauſis eā producentibus non dependet. pma queſtione prologi fo. 2. col. pma.
Fides infuſa ad primi actus fidei productionem concurrit. queſtio eadem fo. 3. col. 2.
Fides infuſa ſine motiuo fidem acquiſitam producere nequit. ibidem.
Fides in ſenſu compoſito (ſed bene in ſenſu diuiſo) nō poteſt eſſe de falſo. ibidem.
Fides ſine charitate infūditur. ibidē. fo. 4. col. 2.
Fides per hereſim corrūpit ſed non remittitur. ibidē.
Fides acquiſita (ſed bene infuſa) non cōpatitur actuz ſcientificum. quinta queſt. prologi. fo. 11. col. 2.
Fides non habet meritū ubi hūana ratio prebet experimētū quō intelligit. 5. q. prolo. fo. 11. col. 4.
Frui bipharia capit. pma diſtin. q. pma fo. 17. col. 3.
Fruitio duplex ordinata et inordiata. ibidē col. 4.
Fruitio creature illicita vſus aūt licit⁹. pma diſt. q. 5. folio. 24. col. quarta.

G

Gratia concurrit ad actū meritoriū. 17. diſtin. q. 2. fo. 48. col. 3.
Gratia infundit̄ ſcōm quod homo meretur. diſtin. eadē. q. pma fo. 48. col. pma.
Gr̄a in pmo inſtanti in q̄ eſt in re; naturā concurrit ad actum meritorium. diſt. eadem queſtio. 3. fo. 5. col. 2.
Gratia ſolum concurrit ad actum meritoriū. 17. diſt. queſtio. 3. fo. 52. col. pma.
Gratia habet vltimū inſtans ſui eſſe. diſt. eadē queſtio 14. fo. 74. col. 2.
Gratia aīe chriſti eſt infinita. diſtin. eadē. q. 15. fo. 78. columna prima.
Gemitus repreſentat dolorem ſicut effectus ſuam cauſam. 3. q. pro. fo. 8. col. pma.
Generare nō poteſt idē ſeipm licet poſſet eſſe pat ſuipius. diſt. 4. q. vni. fo. 40. col. 2. et. 3.
Genitum in creaturis non ſemper aſſimilatur patri. diſtinctione. 7. q. vnica fo. 41. col. 4.
Generatio quid eſt. diſt. 13. q. vnica fo. 45. col. 4.
Geometria eſt ſcientia ſpeculatiua et non practica. ſexta queſt. prolo. fo. 15. col. pma.
Geometricalia multa rectificantur p metaphyſicalia 24. diſt. q. pma fo. 85. col. pma.
Greci negantes ſp. ſ. ſanctū ab vtroq; pcedere nō differūt ſolū vbaliter a latinis. d. 11. q. vni. fo. 46. col. 2.
Gregorius de adrimēo nō pōt intelligere diſcrimē inter ſpirationē et pceſſionē. d. 13. q. vni. fo. 45. col. 4.

H

Habere obiectū non eſt eſſe naturalē ſimilitudinē obiecti. 2. q. prolo. fo. 6. co. 2.
Habitus ſcientificus producit fidem. 4. queſt. prolo. fo. 10. col. 3.
Habit⁹ fidei acquiſite nō repugnat actui ſcientifico. 5. q. prolo. fo. 11. col. 4.
Habitus ſcientificus et habitus fidei repugnant. q. eadem fo. eodem col. 3.
Habitus ſpeculatiuus et habitus practicus differunt 6. q. prolo. fo. 15. col. 2.
Habitus a noticia intuitiua productus non inclinat in noticiam intuitiuam ſed abſtractiuam. tertia diſt. queſtio prima fo. 32. col. 3.
Habitus virginitatis in violenter corrupta ſecundū martinum non inclinat in ſimiles actus illis in quos prius inclinabat. ibidem col. eadem.
Habitus ſolum cognoſcitur diſcurſiue. tertia diſtin. queſt. prima fo. 33. col. prima.
Habitum ad eſſe virtutem non ſufficit ipſuz fuiſſe genitum ex actibus bonis. 17. d. q. 8. fo. 65. col. 3.
Habitus non inclinat in actum alteri⁹ ῡtut; niſi per actum elicitum eius. 17. diſt. q. 2. fo. 48. col. 4.
Habitus difficulter probatur nobis ineſſe. diſt. eadē queſtio. 4. fo. 52. col. prima.
Habitus producit actum et act⁹ habitū. diſtin. eadē queſtio eadem fo. eodem col. 2.
Habitus bonos habens ſi non conſtat de actibus malis vocatur bon⁹. diſt. eadē q̄ſtio. 12. fo. 70. col. 3.
Hereticus quis eſt. 48. diſt. q. vni. fo. 122. col. prima.
Hereticus iuſte priuatur bonis ſuis. ibidem.
Hereſis quid eſt. ibidem.
Hereſis occulta non tollit dn̄ium rerū. ibidē. col. 2.
Heretici vt in plurimū plures ſunt indocti q̄ docti. prima queſt. prolo. fo. 3. col. 3.
Heretici multi ſunt theologi. quarta queſtio prologi fo. 10. col. 4.
Homo non poteſt eſſe infinite magnus. 44. diſtin. q. 5. fo. 110. col. 3.
Homo in aliquo tempore nec peccat meretur. 17. di. queſtio. 6. col. 2.
Homo ex ſua ſtulticia ad peccatum obligatur. 48. d. q̄ſtio vnica fo. 121. col. 3.
Homo eliciens actum intenſum vt quatuor poteſt tātum mereri ſicut angelus eliciens actum vt centum. diſtin. 17. q. 3. fo. 50. col. 3.
Homo non tenetur ſemper proficere in gratia. 17. di. queſtio. 6. fo. col. 2.

J

Jacob non mētitus eſt patri dicendo ego ſum eſau. 43. diſt. q̄ſtio vnica fo. 102. col. quarta.
Jacob induendo pelles caprinas poterat ſe bipharium habere. ibidē fo. 103. col. 2.
Idea quid e. d. diſt. 35. q. vni. fo. 94. col. 4.
Indiuidua diuerſarum ſpecierum ſemper ſunt inequaliter perfecta. diſt. 44. q. pma fo. 104. col. 2.
Infinitum bipharia capitur. diſt. eadem. q. 2. folio eodem col. 4.
Infiniti vndiq; dat̄ pma pars pportiōalis infiniti aūt ſm vnā dimenſionē non datur. 44. di. q. 3. fo. 111. columna prima.
Infinite ſunt partes equales non cōicantes in hoc cōtinuo. diſt. eadē. q. 2. fo. 105. col. 2.
Infinitas vnius dimenſionis nō ſufficit reddere corpus infinitum. diſt. 2. q. eadem fo. 108. col. 2.
Infiniti pigmei ſunt ita fortes ſicut infiniti gigantes. diſt. eadē. q. 3. fo. 110. col. 4.
Infinitum rectū nō poteſt claudi inter duo puncta. diſtin. eadem. q. eadem fo. 109. col. prima.
Infinite ſunt partes proportionales in hoc continuo diſtin. et. q. eiſdem fo. 105. col. prima.
Intellect⁹ qualitates vnam cōſtituentes poteſt ſeparare et ſeparatas conſeruare. ſecunda queſtio prologi fo. 5. columna prima.

Intellectus non poteſt primo principio diſſentire nec eius oppoſito aſſentire.3.q.ꝓlo.fo.6.col.4.
Intellectus practicus et ſpeculatiu⁹ differunt.6.q.ꝓlogi fo.15.col.2.
Intellect⁹ naturaliter nō poteſt quālibet ſuā noticiā diſtincte cognoſcere.p̄ma diſt.q.3.fo.10.col.2.
Intellectus eſt voluntas .diſt.eadē.q.4.fo.eo.co.4.
Intellectus cognoſcit ſingulare et vniuerſale ſenſus ſolum ſingulare.3.diſt.q.4.fo.36.col.3.
Intellectus poteſt vti termino ꝑticulariter ſine ſigno diſtinctione.4.q.vnica fo.38.col.4.
Intenſio actus non pōt cognoſci.diſtinctione.17.q.2.fo.49.col.p̄ma.
Intenſio fit ſecundū thomā ꝑ maiorē radicationē in ſubiecto.67.diſtin q.10.fo.91.col.4.
Intenſio ſecundū burleū fit per ſucceſſum noue forme magis diſtantis a non gradu ⁊ corruptione preceden tis.diſtin.eadē.q.11.ꝑ totum fo.68.col.2.⁊.3.
Intenſio non fit ꝑ admixtionē cū ſuo cōtrario.diſtin.eadem.q.13.fo.73.colū.3.
Intēſio fit per additionē partis ad partē.ibidem.
Intenſiſſimus actus ꝙ aīa poteſt naturaliter habere datur diſtin.eadē.q.15.fo.77.col.4.
Intenſio attenditur in vniformibus penes diſtantiā a non gradu.diſtin.eadē.q.18.fo.81.col.p̄ma.
Intenſio in vniformiter difformibus attenditur penes gradum medium.ibidem.
Intenſio qualitatis difformis nō attendit̄ penes intē ſiſſimum gradum ad quem terminat̄ ibidē.col.2.
Intenſio qualitatis vniformis eſt accipienda ſecūdū formam quam habet ibidem.fo.82.col.4.
Intentio dupliciter capitur.30.diſtin.q.vnica fo.91.colūna p̄ma .
Intelligentia p̄ma ꝓducit ſecundā.20.diſt.q.vni.fo.74.col.prima.
Impetus mouet hominē ad multa agendū q̄ homo non aduertit.7.diſtin.q.17.fo.60.col.4.
Joſephus tenet ꝯ polibiū perſarū hiſtoriographum actum interiorem non eſſe peccatum.diſtin.17.q.7.folio.62.col.prima.
Judiciū eſt reſpectu ꝯplexi ſolū.2.q.pro.fo.5.col.4.
Judiciū non eſt ꝓpoſitio.3.q.ꝓlo.fo.8.col.3.
Judiciū intellectiuū cauſat̄ a noticia itellectiua p̄n cipaliter.3.diſtin.q.p̄ma.fo.22.col.4.
Judiciū de predicatis accidētalibus rei nō cauſatur a noticia abſtractiua rei.p̄ma diſt.q.2.fo.37.col.4.
Inueniēs theſaurū i ſolo alieno nō data ad hoc opera dimidium habet et domin⁹ aliud ſi in proprio totū.diſtinctione.48.q vnica.fo.122.col.4.
Judicia erronea multa ſunt in ſenſu cōi.p̄ma diſtin.queſt.2.fo.34.colū.3.
Judex iuſte ꝯdēnat innocentē ſcitū eſſe talē ſi ꝑ allegata ⁊ ꝓbata ꝓbetur nocēs.d.48.q.vni.fo.121.col.2.

L

Laurenti⁹ vallenſis inſulſe cōtra philoſophum ſepiſſime garrit.24.diſtin.q.2.fo.88.col.4.
Latitudo duplex in qualitatibus primis.17.diſtin.q.12.fo.61.col.4.
Latitudo vniformiter difformis terminatur excluſiue diſtin.eadem queſtio.18.fo.88.col.2.
Lanceatio chriſti poſt mortē poterat a xp̄o ad quodcūq; premiū acceptari.diſtin.eađ.q.5.fo.61.col.3.
Lex humana ſi non ſit conformis diuine non eſt lex.48.diſtin.q.vnica.fo.120.col.3.
Leges humane imperiales multa admittūt q̄ canones reprobant.diſtin.et.q.eiſdē fo.122.col.4.
Libertas a miſeria quid eſt.p̄ma diſt.q.8.fo.26.co.2.
Libertas a pena quid ſit.ibidem.
Libertas contradictionis quid eſt.ibidem.
Libertas requiritur ad actum moraliter bonum i vi a diſtin.et.q.eiſđ.fo.27.col.2.
Libertas et neceſſitas non competūt eidem.10.d.q.vnica fo.45.col.2.
Lineam giratiuam terminari dupliciter intelligitur 44.diſtin.q.2.fo.107 col.prima.
Linea giratiua eſt infinite longa.diſtin.eadem.q.eadē fo.105.col.4.
Linea recta eſt ita longa ſicut eius aliqua pars recta.diſt in ea.queſt.ea.fo.106.col.prima.
Linea recta nō poteſt tangere planum ſecundum ſitū quem habet.ibidem.
Lumen requiritur ad productionem ſpecierum.3.diſt.q.3.fo.35.col.4.
Luminoſum i nullo inſtanti aliquid luminis producit preter q̄ in primo inſtanti applicationis.17.diſtin.q.5.fol.55.col.p̄ma.
Luminoſum producit lumen ita cito in materiā denſam ſicut raram ſed non eque intenſum.ibiđ.
Luminoſum auctū in gradu ſolū et nō in quātitate ꝓducit vniforme lumen in partibus remotis et propinquis.ibidem col.2.
Lupus replet ventrem terra vt p̄mat equum.3.diſtin.q.4.fo.36.col.3.

M

Magnitudo gratie eſt impertinens magnitudini meriti.17.di.q.3.fo.52.co.p̄ma.
Maxima diſtantia per quam viſibile poteſt videri non datur.3.diſtin.q.4.fo.37.colūna prima.
Maxima non viſibilia ſimul iūcta conſtituunt vnum viſibile.ibidem.col.3.
Maximū corp⁹ poſſibile nec maxia forma poſſibilis eſt aſſignabile.17.diſtin.q.15.fo.81.col.prima.
Maximus homo eſt aſſignabilis.ibidē.col.3.
Maius mīmo naturali producitur in īſtanti.17.diſt.q.16.fo.78.col.4.
Magiſtri noſtri in veſperijs licet falſa dicāt non decipiunt.43.diſt.q.vni.fo.102.col.3.
Maxima raritas poſſibilis ⁊ etiā maxima denſitas poſſibilis eſt danda.di.44.q.3.fo.113col.2.
Mediū debet diſtribui ꝯplete in bono ſillogiſmo i altera premiſſarū.diſt.4.q.vnica fo.39.col.p̄ma.
Meritū pōteſſe peccatū.17.diſt.q.8.fo.64.col.4.
Meritū inſtantaneū et ꝑpale ſunt equalia aliq̄n inſtātaneū maius.diſt.eadē.q.3.fo.56.col.2.
Mereri nō pōt vn⁹ ꝓ alio grām.di.ea.q.4.fo.53.co.3.
Mereri vnū pro altero dupliciter intelligitur.ibidē.
Minimū naturale in homogeneis et etherogeneis eſt aſſignandū.diſt.17.q.16.fo.78.col.4.
Minima naturalia duo ſimul iūcta in eodē īſtāti incinerantur.ibidē.fo.79.col.prima.
Minimum corp⁹ potēs per ſe naturaliter exiſtere ex cōtrarietate ꝯtinentis non eſt dabile.ibidē col.3.
Minimū naturale ſ3 ſcotū nō eſt aſſignādū.ibi.co.4
Miracula non ſufficiunt ad canonizādū q2 illa ꝑ malos fieri poſſunt.p̄ma.q.ꝓlo.fo.3.co.4.
Mobile difformit̄ motū mouet̄ ita velocit̄ ſicut punctum medium.17.diſt.q.18.fo.83.col.p̄ma.
Modalis diuiſa vera nō ſemper habet de ineſſe veram

in proprijs terminis.diſt.17.q.15.fo.75.col.3.
Modus auferēdi in infinitis multū facit ad hoc ꝙ aliquid maneat vel nō.di.44.q.3.fo.110.col.2.
Modus generandi triſticiā multiplex diſtin. prima queſt.6. Fol.24.colū.pͥma.
Modus reſoluendi dicta in nominatiuū ꝛ participiū diſti.4.q.vni.fo.40.colūna.1.
Motus primo primus nō eſt praxis.6.queſti.prolo. folio.14.colū.2.
Motus localis eſt ipſum mobile.17.diſtin. queſt.18. Fo. 83.colum.3.
Mouet ſe aliquid per ſe pͥmo.2.diſtin.queſti.prima fo.28.colū.3.

N

NEceſſariū quadrupliciter capitur diſti. 6.queſt.vnica.folio.41.colū.prima.
Neceſſariū non repugnat contingenti. 39.diſti.q.vni.fo.97.colū.1.
Nomina ſignificātia deū ſunt multiplicia di.4.q̄ſtio.vnica. fo.38.colū.pͥma.
Nomina eſſentialia que ſunt ibidē
Noīa perſonalia que ſunt ibidē.
Nomina cōmunia et notionalia q̄ ſunt ibidem.
Noticia elephantis nō viſi et reb⁹ alias ſenſatis ꝑducitur.3.diſtincti.queſt.2.fo.34.col.prima.
Noticia ſenſitiua eſt prior naturaliter intellectiua: diſtin.eadē q̄ſtio.4. fo.36.colū.4.
Noticia intuitiua de aliquo eſt michi poſſibilis naturaliter de quo nō eſt alteri poſſibilis diſ. eadē q̄ſti. pͥma. fo.33.colū.prima
Noticia abſtractiua non hꝫ ſpecies pro obiecto immediato et rē ad extra pro mediato ibidē colū.2.
Noticiā intuitiuam pōt deus de re abſente producere diſt.et. q.eiſdē fo.31.colū.prima
Noticia intuitiua exiſtens non requirit preſentiā obiecti ibidē colū.ſecūda.
Noticia reflexa poteſt eē ſine directa ibidem columna. 4.
Noticia intuitiua poſt corruptionē ſui obiecti ſeruata ſimile iudiciū ſicut prius producit ibidē.colū.3.
Noticia abſtractiua et intuitiua ſpē diſtinguūt.3.d. queſt.prima folio.32.col.2.
Noticia intuitiua quid eſt ibidē
Noticia abſtractiua q̄d eſt ibidem
Noticia eadē clarius vni repreſentat ꝙ̄ alteri. pͥma diſtinc.queſti.4.fo.21.colū.4.ꝛ.17.diſtīc.queſt.14. fo.75.colū.4.
Noticia intuitiua albedinis in hoīe ꝛ in bruto ſpecie differūt.4.queſt.ꝓlo.fo.9.col.4.
Noticia intuitiua non pt̄ naturaliter eſſe de obiecto non preſenti queſt.eadem fol.10.colū.3.et.3.diſti.q. pͥma Folio 21.col.4.
Noticia abſtractiua et intuitiua de eodē obiecto naturaliter habētur ſimul.5.q.prolo.fo.11.col.4.
Noticia dicitur practica biphariam.6.queſt. prolo. Fo.14.colū.2.
Noticia practica (licet praxis ſit ſpeculatio) nūꝙ̄ eſt noticia ſpeculatiua ibidē colū.3.
Noticia practica formaliter dirigit praxim ibidē.
Noticia intuitiua nūꝙ̄ eſt terminus cōmunis prima diſtin.q.3.Fol.20.col.prima
Noticia precedit volitionē tēpore vel natura diſtīc. eadē queſt.4.folio.21.col.2.
Noticia habitualis que eſt.3.q.prolo. fo.6.colū.3.
Noticia ſortis poſita in anima platonis non deſinit eſſe noticia.q.et fo.eiſdem colū.3.
Noticia adheſiua et apphenſiua diſtinguunt.q.eadē fo.7.colū 2.ꝛ.4.
Noticia adheſiua q̄libet eſt apphenſiua ibidē col. 3.
Noticia abſtractiua pōt eſſe prima noticia obiecti.3. queſt.prolo fo.9.colū.2.
Noticia intuitiua dei pōt cōmunicari viatori ibidē.
Nolle aliquod eſt viſus aliquod fruitio prima diſtīc. q.pͥma.fo.17.colū.4.
Nolle aliquod eſt amor ibidē.fo.18.colū.1.
Numerus ſuperficialis quis eſt.24.diſt.queſti.ſcd̄a: fol.88.colū.3.
Numerus ſolidus quis eſt ibidem
Numerus nō diſtiguit a rebus numeratis diſti. eadē q.2. fo.87.colū.4.
Numerus dupliciter capit ibidē

O

OBlinio pro quo capitur.17.diſ.queſ.4. Fo.53.colū.3.
Obiectū beatificuꝫ eſt deus et non viſio dei prima diſt.q.5.fo.22.colū. 4.
Obiectum fidei eſt res ad extra et etiam propō prima.queſt.prolo fo.3.colū.3.
Obiectū non ſemꝑ eſt prius tpe actu qu[illegible] ipm fertur prima queſt.prolo.fo.1.colū.2.
Obiectuꝫ delectabile nō eſt cā immediata delectationis prima di.queſt.6.fo.23.col.prima
Ocium duobus modis capitur.17.diſt.q.6. fo.59 colūna tertia
Occidens infinitos pōt preciſe finite peccare.17.diſ. queſt.7.fo.61.colū.3.
Occultare verū quod non teneor dicere non eſt pctm̄ 43.diſt.q.vnica fo.103.colū.2.
Odium dei deus nō poteſt producere in eſſe odij ſe ſolo.17. diſt.q.8.fo.63.col.3.
Odium dei pōt fieri bene ibidē colūna tertia
Omnipotentia paſſiua deo nō competit diſtinct.42. q.vni.fo.100.col.4.
Omnipotentia actiua qua poteſt produci oē poſſibile deo competit ibidē
Omne quod eſt qn̄ eſt neceſſe eſt eſſe multiplicē habꝫ ſenſum diſt.38.queſt.vnica fo.96.colū.prima
Oēs anime cauſabiles nō poſſunt eſſe cauſate.17.di. q.15.folio.78.colū.prima
Opus cōſilij eſt ita meritoriū ſicut opus precepti.17 diſtin.q.6.fo.59.colū.prima
Opinatū primū et creditū primū in quolibet dari oꝫ prima q̄ſti.prologi fo 2.colū.2.
Opinio et ſcia non differūt preciſe penes intenſum ꝛ remiſſum.5.queſt.ꝓlo.fo.12.colū.2.
Opinionē eſſe cū formidine qn̄modo intelligit ibidē.
Opinio magna puſillā ſcientiā corrumpere nō poteſt q̄ſtione eadē fol.13.colū.4.
Operatio ordinata ad electionē dirigendam eſt operatio actiua ad prudentiā pertinens.6.queſtio.ꝓlo. fo.15.col.3.

P

PApa canonizando ſāctos non pōt errare prima queſt.ꝓlo. fo. 4.col.4
Pater non conſtituitur in eſſe patris ꝑ eſſentiā et proprietatem. 25.diſtin. que. vnica.fo.89.colū.prima
Paternitas vna in patre pro oībus filijs ſcd̄ꝫ thomiſtas ſufficit non aūt ſcd̄m ſcotiſtas.30.diſti. q. vnica fo.90.colū.4.et.91.primo.colū.pͥma

# Tabula.


Partes continui duplices diſt.44.queſ.2. fol.104. colū.quarta
nunt continuū. et nō eſt maior ratio de aliquibus q̄ de
alijs. Reſpondet̄ refellendo hoc argumētum ſecundū
dños reales puncta ſunt accidentia habētia poſitionē
in cōtinuo. q̄rit̄ ab eis quare aīe vel angeli non habeāt
poſitionem in eodem ſicut ſua puncta. ¶ Rñdebunt
id prouenire ex natura rei ſic dicā eis. alique ſunt ſub=
ſtantie indiuiſibiles nō potentes cōponere continuuꝫ
vt angeli et aīe intellectiue. aliqua ſunt indiuiſibilia
continuū conſtantia vbi ip̄i dicunt poſitionem habētia
in cōtinuo dico continuum componere. ¶ Sed contra
iſtud arguit̄. vel omnia puncta ſunt eiuſdē ſpēi: et ſi ſic
ſubſtantia et accidēs componentur ex ptibus eiuſdeꝫ
rationis. ſi nō. in eodem cōpoſito dabunt̄ pūa ↄpoſita
ſpecie diſtincta. ¶ Rñdetur nō omnia ſunt eiuſdē ſpēi
aliqua ſunt accidētia: aliqua ſubſtantia: et illa differūt
gñe. et inter ſubſtantias aliqua puncta cōponunt ma=
teriam. et illa oīa ſunt eiuſdē ſpēi ſpecialiſſime: tenen
do materiā celi eſſe eiuſdē ſpēi cū materia inferiorum.
puncta formas cōponentia differūt ſpecie a punctis cō
ſtantibꝰ materiā. et quot ſunt forme ſpecifice diſtincte
tot ſunt pūcta ſpecifice diſtincta et ſic dicatur de pun=
ctis componētibꝰ albedinē et nigredinē q̄ ſpē differāt
¶ Tertio arguitur. Si poſitio eſſet vera ſequeretur
q̄ cōtinuum et punctum eſſent eiuſdē ſpeciei. hoc eſt i=
conueniēs q̄ indiuiſibile et diuiſibile eſſent eiuſdē ſpe
ciei. Et q̄ ſequatur ptꝫ nichil eſt in a continuo niſi pun
ctum vel pūcta. ergo a cōtinuū non eſt alterius ſpeciei
a puncto vel punctis. ¶ Rñdetur concedendo ſeq̄lā:
duo puncta componētia materiā vel eandē formam et
vnum punctū ſunt eiuſdem ſpeciei. et ꝑidē tria pūcta/
et duo/ et ſic ſine ſtatu. Nō incōuenit aliquod punctuꝫ
et aliquod continuum eſſe eiuſdē ſpeciei. ¶ Sed vnuꝫ
falſum aſſumit̄ in argumēto q̄ nihil eſt in cōtinuo niſi
punctum. cuiuſlibet continui ↄtinuum eſt pars: modo
nullum continuum eſt punctum ſed a ſinus nō eſt eiuſ=
dem ſpeciei cū punctis componētibus materiaꝫ: bene
autem cum duobus punctis quorum vnum componit
materiam et aliud formā. dicatur pūctū pars materie
et non materia et punctū pars forme et non forma. Si
cuipiā placeat illam admittere in recto cum illo nō cō
tendimus: cum eſt habendus ſolum ſermo de nomine.
¶ Quo fit duo puncta in aſino ſunt eiuſdem ſpeciei cū
aſino: duo puncta in aſino ſunt eiuſdeꝫ ſpeciei cum ma
teria: immo vnum punctum in aſino eſt eiuſdem ſpēi
cum materia aſini: ⁊ꝫ nullū vnum punctū eſt aſinus. nec
omnia eiuſdeꝫ ſpeciei cum aſino ſunt aſinus: ptꝫ de pū
cto in materia et puncto in forma ſicut aīa et materia
ſeparata eiuſdem ſpēi cum forte: et tñ nō ſunt fortes vl̄
homo. ¶ Quarto arguit̄. Si dicta eſſent vera ſequere
tur q̄ poſſent auferri infinita puncta ab vno continuo
abſq̄ hoc q̄ ipſum eſſet minus. et loquor de continuo
finito. ↄſequens eſt falſum. ergo et añs. Falſitas con=
ſequentis probatur. illa infinita puncta ſufficiunt con
ſtituere ↄtinuum: immo ſi ſimul addātur ↄtinuum con
ſtabunt. Conſequētiam tñ probo. auferat deus vnum
punctum a prima pte proportionali a/ pedalis: vnum
punctum a ſcḋa parte proportionali eiuſdem. vnū pū=
ctum a tertia parte proportionabili eiuſdeꝫ: et ſic au=
ferat vnum punctum a qualibet parte proportionali:
vel potius a qualibet parte ꝓportionali auferat vnū
pūctum. tunc erūt infinita pūcta ablata ptꝫ. prima ps
proportionalis eius manebit ita magna ſicut añ abla
tionem illius puncti. ſcḋa pars proportionalis mane
bit ita magna ablato puncto ſicut āte eius ſubſtractio
nem. et ſic de qualibet alia parte ꝓportionali: et ſi oēs
partes proportionales maneant ita magne/ totū ma
nebit ita magnum. ¶ Inſuper prima proportionalis
manebit equaliter magna: q̄m ſemipedalis. Ipa eſt e=
qualis aggregato ex om̄ibus ſequētibus. ergo aggre
gatum partium ſequētium eſt ſemipedale. ergo totuꝫ
manebit pedale. ¶ Rñdetur concedēdo ſequelaꝫ. nec
hoc eſt inconueniens: immo ſi adhuc auferentur tria
puncta/ mille puncta de qualibet parte proportionali
totum manebit ita magnū ſicut a principio: etiā ſi au=
ferētur infinita interſcalariter. Secus eſt ſi continue
auferētur. ¶ Et ne tibi illud oñino peregrinum vide
atur: donatus analogia abito auferendo infinitos au
reos interſcalariter a cōgerie infinita aureorū infiniti
ſupererint. vel auferendo infinita pedalia equalia a li
nea infinita interſcalariter tota manebit infinita: vel
ſufficiēs ad tātam extenſionem infinitatis ſicut prius
erat. tota ratio eſt quia infinite erāt tales partes in li=
nea: quinimmo infinities infinite tales ſic recte eſt in
ↄtinuo quātolibet paruo ſunt infinita pūcta: et infini
ties infinita. ¶ Sed contra totum iſtud arguit̄. ſeque
retur q̄ ex corpore pedali poteſt fieri bipedale/ tripe=
dale/ quadrupedale/ ꝗtepedale ſecluſa rarefactione
vel q̄ idē ponatur ī varijs locis. Iſtud eſt ī intelligibi
le. ergo et fons de quo iſte riuus ſcatet. Q̄ ſequat̄ ptꝫ
ſeparētur ↄſequēter ſe habentia pūcta ab e corpore pe
dali ſecūdum imaginatiōem p̄fatam. Iam ex illis po
teſt ↄſtari vnum. ſit illud alicuius quātitatis quātum
libꝫ paruę volueris: īnumere tales magnitudies a pe
dali nō exhauſto: imo nō diminuto extrahi poſſunt: ex
quibu e quadrupedale immo infinitum corpus cōpo=
netur. ¶ Rñdetur ↄcedendo ſequelam. nec ↄſequens
eſt impoſſibile modus auferendi multum facit. Iſtud
nō eſt ſitum in facultate creature agēs naturale corrū
pit puncta ordinate et ↄtinue: et agēs creatum a pro=
poſito neſcit iſta puncta ſegregare. ſicut deꝰ ex corpo=
re pedali poteſt facere lineam infinitam: et nulla crea

[..]tura. ¶ Ex iſto ptz [..]am adiunctione ↄmuniter ↄceſſorum in phia qñ ignis corrūpit lignū ꝛ oīa puncta que erant forme ligni corrumpit: ita ꝙ nullū illoꝝ manet in rerum natura. puncta materias nullomō corrūpit. illa pūcta ſunt ingenerabilia ⁊ incorruptibilia naturaliter (ſicut philoſophi et nō abs re dicunt) cū corruptis ſtraminibꝰ remaneāt cineres quos de rerū natura tollere nequis quī aliqua materia ſuccedat. ¶ Si petas quare agens naturale nō poteſt corrūpere vnum punctum nihil aliud corrumpendo? ¶ Rñdetur per maximam phiſicā. Oē agens equaliter agit in duo paſſa eque approximata: modo nullū eſt vnū punctum ſine duobus: et infinitis eq̄liter agenti applicatis. ¶ Quinto arguit̃. ſi poſitio eſſet vera ſeq̄retur ꝙ pari ratione forma intēſibilis ⁊ remiſſibilis componeret̃ ex indiuiſibilibus ſecundum intēſionē. ſed hoc eſt incōueniēs Sed ꝙ ſequatur ptz: eſt eadē ratio. ¶ Similiter tp̄s componeretur ex inſtantibus: et motꝰ ex mutatis eē. ¶ Rñdetur concedendo oīa illa aſſumpta forma/accidens indiuiſibile (vt calor) inheret pūcto ſubſtantie. et diuiſibilis intēſiue inheret quāto. et proportionaliter dicatur de forma intenſibili ⁊ remiſſibili ad quātū. Iſtud nō eſt oīno improbabile quod dicimus de forma: vt ptz per vnam ſolēnem opinionē inter antiquos ꝙ forma intēſibilis nō habet partes. Quid mirum ergo ſi nos dicimus opinionē cōem tenentes ꝙ aliqua pars eius eſt indiuiſibilis? ex iſto non ſequitur ꝙ calor punctalis eſſet infinite intēſionis. dicimus illud non eſſe intēſum. Siue debeat dici ps caloris vel neē difficultas ſimilis. ¶ Sexto arguit̃ querendo ꝓfunde circa materiam huius rei: creet deus vnum pūctū ſup cētrum a circuli: creet cum illo ſcḋm pūctum ſubſtantiā/tertium/quartū/et ſic in infinitum. tūc primo qñ ſunt puncta infinita producta eſt quantum per ſe. et queritur cuius magnitudinis eſt illud quātum: cū ibi ſunt infinita pūcta ex quibus poteſt fieri corpus magnū vel paruum? ¶ Rñdetur licz pūctus ſit indiuiſibilis ſtat ꝙ ex natura ſua repugnet ei eſſe in loco indiuiſibili ſicut multi ſapiētes purant angelum nō poſſe eſſe in loco pūctali. ¶ Sed vt argumētum habeat ſuum pōdꝰ admittatur ꝙ poteſt eſſe in loco punctali. dicit̃ ꝙ deus poteſt facere corpus per penetrationem partium eſſe in loco pūctali: vel ſi ſucceſſiue creat iſta pūcta oīa infinita erūt in eodem loco pūctali et in inſtāti terminanti horam: qñ primo ſunt infinita erit corpus quātum tāte quātitatis quāte deo libet qui poteſt facere corpus rarum vel dēſum. ¶ De agentibus creatuꝝ dicit̃ ſicut dicimus in alijs materijs. agens producit minimū naturale in inſtāti tante extēſionis et intēſionis vt .i. xvij diſtinctione primi diximus. reliquas partes producit ſucceſſiue: nō puncta ſeparata: ſed in quātolibet tempore quātolibet paruo infinita: cū in quolibet tali tēpore producat ↄtinuum. ¶ Quo fit duo pūcta nō ſunt continua. patet illa ſunt cōtinua quorum vltima ſunt vnum. modo pūcta nō habent vltima. nec contigua ſūt quia nō habent vltima. ergo vltima nō ſunt ſimul: ſed poſſunt eſſe in eodem ſitu vero vel imaginario infinita pūcta. ¶ Septimo arguitur ſic. Ex hiis dictis ſequit̃ ꝙ dyameter nō eſt aſſymeter coſte. ↄſequēs eſt falſum. ergo et añs. Conſequētia probatur accipiātur duo pūcta immediata in coſta: et alia duo oppoſita in alia coſta et ab iſtis ad illa ducātur due linee recte eque diſtātes ipſi baſi: iſte ſecabunt dyametrū. Quero aut in pūctis immediatis: aut mediatis? Si in immediatis. igitur nō plura pūcta in dyametro ſunt q̄ in coſta. igitur



nō ē dyameter maior coſta. Si in pūctis mediatis: accipio pūctum mediū inter illa duo pūcta mediata dyametri ad quod trahatur linea in ↄtinuum et directū illa cadet extra vtramq̄ lineā ex datis. Et ab illo pūcto duco eq̄ diſtantē vtriq̄ linee date ex tertia. prima primi Euclidis. iſta eque diſtans ducatur in cōtinuū et directum. ex ſcḋa parte prime petitionis primi: ſecabit coſtam. et in neutro pūcto eius dato: ſed inter vtrūq̄: alioquin ↄcurreret cum illa cum qua ponitur eque diſtans. quod eſt ↄtra diffinitionem eque diſtātium q̄ eſt vltima diffinitio poſita in p̄mo. ergo inter illa duo pūcta que ponebātur in coſta eſt pūctus mediꝰ. ¶ Ad ſeptimum nego ſeq̄lā. Et ad ꝓbationem nego caſum. ſicut aduerſarij dicūt nulla ſunt pūcta immediata ī eadem coſta: ſed inter q̄cunq̄ duo pūcta mediat pūctum ſic dico. Non dātur duo pūcta extra ſe inuicem ſituata immediata. ⁊ per ↄñs nō poſſunt dici due linee parallele a duobus pūctis immediatis illius coſte ad duo pūcta immediata alterius. Et ſic nihil impedimēti eſt ꝙ ducat̃ tertia linea vtriq̄ paralella ſi mediāte diſtāt ¶ Sed tibi illo dato ꝙ duo pūcta ſunt immediata ī eadem linea: iā ſi ducantur due linee ab illis pūctis opꝫ ꝙ ſe cōtingant. vel ſi neget lineas poſſe ſe ↄtingere ſecundum latitudinem oportet eas eſſe immediatas. ¶ Si ſolutionem argumēti precedentis (quod ceteris difficilius eſt captu) intelligas reliquarum argumentationum ſolutiones erunt peruie.

¶ Diſtinctionis ſcḋe queſtio ſexta.

SExto q̄ritur an puri continui detur mīma pars? ¶ Rñdetur negatiue ſiue exponatur affirmatiue ſiue negatiue. Probatio cōcluſionis quia da eius oppoſitum ꝙ a eſt minima pars huius continui. et tunc vel a eſt impartibilis vel partibilis? Si ſcḋm. iā a/nō eſt paruum: quia magnum et paruum ſoli quāto ↄueniunt. ergo non eſt minima. Iſta ↄſequētia eſt nota ex expoſitione propoſitionum de minimo. Si a eſt partibilis iam habet duas medietates/tres tertias/quatuor quartas/quarū quelibet eſt minor a. ergo a nō eſt minima pars ipſius continui. Eodemmodo argumētabor de qualibet alia parte. ¶ Sed ↄtra iſtam concluſionē arguitur ſic. In infinitum parua eſt aliqua pars huius continui. ergo aliqua pars cōtinui eſt infinite paruitatis: ⁊ illa nequit eſſe diuiſibilis. ergo eſt indiuiſibilis: aſſumptum patz: alicuius paruitatis eſt aliqua pars huius continui. et minoris paruitatis eſt aliqua pars huius cōtinui et illa minoris/et ſic in infinitum. ¶ Rñdetur. in infinitum parua eſt pars ↄtinui: ſed nulla ps eſt īfinite parua. ſicut in ſimili qualibet parte magnitudinis dabilis eſt aliqua pars minor: ⁊ qualibet parte magnitudinis dabilis eſt aliqua pars maior: ⁊ nulla pars magnitudinis eſt minor parte magnitudinis: ſicut nulla pars magnitudinis eſt maior parte magnitudinis. ¶ Si queras cum infinitum parua eſt pars magnitudinis vel illa eſt diuiſibilis vel indiuiſibilis. Queris montes ſine vallibus. ¶ Secundo arguit̃ datur vlti-

ma pars proportionalis in ꝯtinuo, et illa nõ eſt diuiſi-
bilis, ergo indiuiſibilis. ¶ Forte dices ſcđm dicta in q̄
ſtione precedente datur punctum terminatiuū quod
eſt pars eius. ¶ Dico non eſt neceſſe ponere pũcta ter
minatiua continuorũ. tenendo poſitionẽ precedentẽ.
et ſic quolibet pũcto dato in cõtinuo datur vnum poſt
ipſum. Sed quicquid ſit ſi detur vltima pars propor-
tionalis in ꝯtinuo quacunqꝫ diuiſione capta multipli
ci/ſimplici/ſuperparticulari/ vel ſuperpartienti/ex his
mixta neceſſe eſt dare minimum. Capto quadrupeda-
li ipſum diuidendo proportione dupla prima pars ꝓ-
portiõalis erit bepedalitas/ſcđa pedalitas/tertia ſe-
mipedalitas /quarta. quarta pars pedis. ⁊ ſic ſine ſta
tu procedendo ſcđm proportionem ſubduplã cũ quod
libet ꝯtinuum componitur ex continuo. et infinitis cõ
tinuis inequalibus: ſi detur vltima pars proportiona
lis oportet ꝙ illa ſit quãta ptꝫ. per ꝓportionẽ partis
precedentis. et ipſa ſe habebit in tali ꝓportione ad ꝑ-
tem ſubſequẽtem in quali ſe habebat ad partem prece
dentem. ergo ſcđm hanc poſitionem implicat dare vl-
timam partem proportionalem ſicut ſcđm oppoſitaꝫ.
Probatur tñ añs. datur prima pars proportionalis ĩ
continuo: ergo datur vltima: ptꝫ. illi termini relatiue
opponunt̃ et añs eſt lucidum. ¶ Rñdetur ꝙ illa ꝯña
nõ valet. nec illi termini relatiue opponũtur ſicut ſe-
cundum Ariſtotelem datur vltimus homo: ⁊ nõ p̄mus
et ſi deus perpetuaret mũdum a parte poſt (ſicut ẽ poſ
ſibile) daretur primus homo: et nõ vltimus. ¶ Ex iſto
ptꝫ. ꝙ iſta ꝯña eſt nulla, a eſt prima pars proportiona
lis b cõtinui. ergo eſt prima pars b cõtinui. lꝫ omnis p̄-
ma pars proportionalis ſit pars: tñ vnũ complexum
ſcꝫ prima pars proportionalis nõ eſt inferius ad aliud
ſicut nõ ſequitur albedo eſt nobiliſſimus color. ergo eſt
nobiliſſima qualitas. tamẽ oĩs color eſt qualitas. ſi
cut vulgo dr̃. Omnis magiſter eſt homo. ſed nõ omnis
mgr̃ pariſienſis eſt homo ꝑiſienſis: vel aĩal ꝑiſienſe.
¶ Tertio arguit̃ contra hanc ꝯcluſionem per achilleꝫ
zenonis q̄ niſus eſt improbare motum: ſed non credo
hunc doctum virum voluiſſe dirigere hoc argumentuꝫ
ad hoc propoſitum tanq̄ ꝯcludens: cum hoc eſſet con-
tra ſenſum. lꝫ themiſtius in paraphraſi ſexti phiſicoꝝ
dicat iactabũdus zeno verbis ampulloſis in fine ꝯclu
dit ꝙ equus velociſſimus limacem capere nequit. Ad
mittamus motum accipientes eius argumẽtum ſen-
tentialiter. Sint duo mobilia a/et b/poſita ſuꝑ vnum
quadrupedale a/in principio prime partis proportio
nalis: b/in principio ſcđe. ſic ſcꝫ quando a ꝑtranſit ſuã
primam ꝑtem proportionalẽ b/perq̃ſeat ſcđam. et hoc
in prima parte proportionali hore. In ſcđa parte pro-
portionali hore ꝑtranſeat b/tertiam ꝑtem ꝓportiõa-
lem illius ſpacij: et in eadẽ ſcđa parte ꝓportionali per
tranſeat a/ſcđam partem proportionalẽ illius ſpacij:
ſcꝫ pedale: ſic ſcꝫ ꝙ continuo moueãtur per partes ꝓ-
portionales hore ꝯtinuo ſuper ſingulas partes ꝓpor
tionales reſpondẽtes illius ſpacij: qñ b/erit in fine ꝑ-
tis proportionalis ſequẽtis a/erit in fine partis ꝓpor
tionalis precedentis p̄ciſe. a erit mobile velox. q: ꝯti-
nuo velocius mouetur q̄ b/ Tunc ſic. interdum vtrun
qꝫ iſtorum mobilium erit extra iſtud ſpacium. Quod
ptꝫ: in inſtãti terminãti horam p̄terierunt infinite par
tes proportionales hore reſpondẽtes illis infinitis ꝑ-
tibus proportionalibus ſpacij: et in inſtãti terminanti
illam horam b/mobile tardum erit primo extra illud
ſpacium in pũcto terminatur illius ſpacij ponẽdo pũ-
ctum: et a/mobile tunc erit ſuper vltimam ꝑtem ꝓpor

tionalem. Quod probo: vel a/in il... inſtanti eſt ſuper
illud ſpacium vel extra illud ſpaciũ cum ipo b. non ſe-
cundum quãlibet ꝑtem proportionalẽ pertrãſiuit b/
mobile tardum ante a/mobile velox. non loquaris de
prima parte ꝓportionali quã b/nõ pertrãſiuit. vel ad-
de caſui ante motum a/b/complete pertrãſiuit primã
partem proportionalem. tunc hanc partẽ ꝓportiona
lem (demõſtrando primã partẽ ꝓportionalem) ptran-
ſiuit b/mobile tardum ante a/mobile velox. ſic de ſcđa
parte proportionali/tertia/quarta/et ſic ſine ſtatu. er
go quãlibet partem ꝓportionalem ꝑtranſiuit mobile
tardum añ mobile velox. et ꝑ ꝯſequẽs oẽs ꝑtes pro
portionales ꝑtranſiuit ante mobile velox. et q̄ p̄mũ
oẽs partes proportionales huius ſpacij ſunt ꝑtrã-
ſite totum ſpacium eſt ꝑtranſitum. ĝ totum ſpaciuꝫ eſt
ꝑtranſitũ a/b/mobili tardo añ a/ mobile velox. et tũc
ſit a/mobile ſuper illud ſpacium. vel ergo ſuꝑ vltimaꝫ
partem ꝓportionalem vel in pũcto intercepto inter ꝑ-
tes ꝓportionales et ſi illa pars non eſt vltima iam in-
finitas partes proportionales lucratum eſt b/mobile
ſuper a: ꝯtra ypotheſim. relinquitur ergo ꝙ a/eſt ſuꝑ vl
timam partem ꝓportionalem quod remanebat ꝓbã-
dum. ¶ Rñdetur per propões. ¶ Prima. Quãlibet
partem proportionalem ſcđm hanc diuiſionẽ pertrãſi
uit mobile tardum ante mobile velox: hec propoſitio
probata eſt inter arguenduꝫ. ¶ Scđa propoſitio. Nõ
quamlibet partem illius ſpacij pertranſiuit mobile
tardum ante mobile velox: ptꝫ: nõ pertrãſit ſcđam me
dietatem ante mobile velox. q̄ primuꝫ ſcđa medietas
eſt pertranſita tota eſt pertranſita. ¶ Tertia propoſi-
tio. Non oẽs partes proportionales (capiendo oẽs
collectiue) pertranſit b/ante a/ ptꝫ. q̄ primum omnes
collectiue ſunt pertranſite totum eſt pertranſitum.
¶ Quarta propõ. Non oẽs partes ꝓportionales (ca-
piendo oẽs diſtributiue) pertranſit mobile tardũ añ
mobile velox. Ptꝫ de duabꝰ vltimis quartis. ¶ Quĩ
ta propõ in inſtãti terminanti horam verum eſt dice-
re immediate añ hoc fuerũt infinite partes proportio
nales ꝑtranſeunde a b/et nunc oẽs ſunt ꝑtranſite a/b
et b/nunc nec mouetur nec mutatur et ordinate ⁊ ſuc-
ceſſiue pertranſiuit illas oẽs. ¶ Sexta propõ. In hoc
inſtanti a/mobile eſt primo extra totum ſpacium: per
hoc demonſtrando inſtans terminatiuum hore. Pro-
batur. in hoc inſtanti primã partem proportionalem
pertranſiuit ſcđam/tertiam/et ſic de qualibet alia. igi
tur. ¶ Ad formam ergo argumenti rñdendo concedo
ꝙ quãlibet partem proportionalem illius ſpacij ꝑtrã
ſiuit b/mobile ante a. et ratio in qua lepus argumẽti
iacet eſt. Cum a/mobile velocius moueatur continuo
q̄ b/ſemꝑ magis et magis appropinquat ipſi b/in p̄n-
cipio hore inter ea diſtabat bipedale. i fine prime par-
tis proportionalis hore preciſe diſtabat pedale. et ſic ĩ
prima parte proportionali hore a/lucratur ſuꝑ b/ vnũ
pedale. in fine ſcđe partis ꝓportionalis hore diſtat in-
ter illa mobilia ſemipedale. cum in inſtanti terminan
ti illam ꝑtem b/eſt in fine tertie partis ꝓportionalis
ſpacij. et ſic ꝯſequenter minus et minus mediat. et ſic
in infinitum propinque a/mobile accedet ipſi b/et ĩ nul
la parte proportionali vel inſtãti illius hore capiat b/
ſed in inſtanti terminãti horam immo egreditur ſecũ.
¶ Sed contra iſtud arguit̃ ſic. Sequeretur ꝙ ſi b/mo
bile preceſſiſſet a/per centum partes proportionales:
per mille: vel per quaſcũqꝫ finitas ꝙ a/eque cito ꝑtrã-
ſiſſet illud ſpacium. quod eſt falſum. Falſitas ꝯſequẽ-
tis ptꝫ. ſemꝑ b/tenet ſuum antipodium mille partiuꝫ

FERDINANDVS

precedendo. Et ꝯfirmatur hec ratio. Sequeretur eodemmodo ſi ſuper quãlibet partem proportionalem illius continui poneretur vnus angelus. et ꝙ quilibet illorum in prima parte proportionali hore pertranſiret ſuam partem proportionalem: et in ſcḋa parte proportionali hore ſequentem. et ſic ſine ſtatu: ꝙ eque cito omnia iſta mobilia pertranſirent iſtud ſpaciũ: ſed hoc eſt falſum. ¶ Rñdetur cõcedendo illata tanꝗ correlaria. Et vbi dicebas vnum mobile tenet antipodiũ ſuũ in mille partibus proportionalibus. licet teneat in quantitate diſcreta non tamen in quantitate continua: licet centum poſteriores ſint centũ ſicut priores. ſemper tamen ſunt minores. ¶ Sed cõtra iſtud arguitur. Si eſſent infinita mobilia ſuper infinitas partes ꝓportionales huius cõtinui: vnus angelus ſuper primã partem proportionalem: alius ſuper ſecundam: tertius ſuper tertiam partem proportionalem: et ita ſuper quamlibet partem proportionalem ponatur vnus angelus. in prima parte ꝓportionali hore future pertrãſeat quilibet illorum partem proportionalem ſuã quã eſt. ſimus nos in vltimo inſtanti non eſſe illius partis proportionalis hore. tunc parte in inſtanti terminãte horam totum ſpacium erit pertranſitũ a quolibet iſtorum angelorum in illo inſtanti. Sed hoc oppugnatur: ex illo ſequitur ꝙ immediate poſt hoc ſpaciũ erit pertranſitũ a quolibet iſtoꝝ angeloꝝ. ꝯſequens eſt manifeſte falſum: immo nullus iſtorum angelorũ immediate poſt hoc pertranſibit totum iſtud ſpacium. Patꝫ inducendo per ſingulos. Primus non immediate poſt hoc pertranſibit totum iſtud ſpaciũ: nec ſecundus immediate poſt hoc pertranſibit totum iſtud ſpaciũ: et ſic de quolibet alio. Sed ꝙ ſequatur arguitur ſic. immediate poſt hoc verum erit dicere quelibet pars ꝓportionalis huius ſpacij eſt pertranſita. ꝙ primum quelibet pars proportionalis huius ſpacij eſt pertranſita totum erit pertranſitum. igitur: ꝯſequentia tenet cum minore. Probatur maior, quia prima pars proportionalis pertranſita a ſuo mobili. identidẽ ſecunda a ſuo mobili. et ſic de tertia/quarta/quinta: et ſic de qualibꝫ alia. ¶ Inſuper ſi hoc eſſet verum ſequeretur ꝙ ſi eſſent duo mobilia quorum vnum a in qualibet parte ꝓportionali hore pertranſiret vnam partem proportionalem illius ſpacij: et aliud b/ in qualibet parte ꝓportionali hore pertranſiret mille partes ꝓportionales immo miliones partium ꝙ illa duo mobilia eque cito pertranſirent illud ſpacium. hoc ꝯſequens eſt falſum ergo et añs. ꝯſequentia probatur. in inſtanti terminanti horam totum ſpacium erit ab vtroꝙ illorum mobilium pertranſitum. patet ex theorica cui innititur. Falſitas conſequentis probatur. quando a in prima parte proportionali hore pertranſit vnam partem proportionalem in eadem parte proportionali hore b/ ptranſit mille primas partes proportionales illi' ſpacij: et ſic in inſtanti terminanti primam partem ꝓportionalem habebit. 999. in lucro ſuper a mobile. In ſecunda parte proportionali nihil de lucro amittit: ſed eidem addit. igitur. ¶ Rñdetur concedendo ꝙ eque cito omnia illa mobilia pertranſibunt illud ſpaciũ: ꝗ in inſtanti terminanti horaꝫ primo ſpaciũ erit ab oib' illis ptranſitum. et ꝯcedo ꝙ imediate poſt hoc verum eſt dicere q̃libet pars ꝓportionalis eſt ptrãſita: imo ĩ illo inſtanti q̃libet pars eſt ptranſita ab aliquo iſtorũ mobiliũ: ſꝫ a nullo illoꝝ mobiliũ q̃libet pars eſt ptranſita: ſed hãc nego ꝙ primũ quelꝫ ps ꝓportionalis eſt ptranſita ab aliquo iſtorũ mobiliũ totũ eſt ptrãſitũ: ſed illa eſt vera/ ꝙ primum ab aliquo iſtorum mobiliũ in q̃libet pars eſt ptranſita totũ eſt ptranſitum. Ad aliud ꝯcedo ꝙ mobile quod ptranſit in qualꝫ parte proportionali hore mille ptes nõ citius attingẽt terminũ ad quẽ ꝙ mobile quod in qualibet pte ꝓportionali ptrãſit vnam partẽ proportionalẽ tm̃. et ſic occidit Achilles zenonis. ¶ Quarto arguit capio quantũ diuiſum per ptes ꝓportionales minoribus pedeꝫ meũ verſus terminatis: et ipſum tangentibus. tota multitudo iſtarum partium ꝓportionaliũ eſt immediata pedi meo. ergo aliqua eſt imediata pedi meo. vel incipiat vnum mobile per remotionem de preſenti ptranſire illas ptes incipiendo a partibus minoribus. illud mobile ſuper aliquam ptem incipit moueri. et non niſi ſuper vltimam. ¶ Sed hic dices (et ſic dicendum eſt) tota multitudo iſtarum partiũ proportionalium (et nulla alia) eſt immediata pedi meo. ¶ Ad aliud admittit caſus de illo mobili. dicitur ꝙ nullam partem ꝓportionalẽ immediate poſt hoc pertranſibit: ſed immediate poſt hoc pertranſibit vnam partem proportionalẽ: et immediate poſt hoc pertranſibit duas: et infinitas ſemper ordinate mouendo. primo ſuper vnam et poſtea ſuper aliam ſequentem. et ſic eſſet ſi omnes ille partes ꝓportionales eſſent diuiſe remanẽtes in eiſdem ſitibus in quibus erant. puta ꝙ prima pars proportionalis maneat vbi prius erat. et ſecunda pars proportionalis ſeingata ab illa maneat vbi prius erat: et ſic de qualibꝫ alia. iam nullum eſt continuum immediatũ pedi meo. ¶ Accipito analogiam: ſi ſuper quãlibet partem proportionalem huius pedalis tangentis parietem minoribus partibus parietem verſus terminatis poneretur vnus angelus: iã hec tota multitudo eſt immediata parieti: et nullus illorum angelorum eſt immediatus parieti. Prima pars eſt lucida: nihil mediat inter parietem et totam multitudinem. Secunda pars patet: nullus angelus eſt immediat' huic parieti. nõ primus. nec ſecundus: nec tertius: nec quartus: et ſic de quolꝫ. ¶ Sꝫ arguit paulo apparẽti' ſic mutãdo terminos. ponat ex trãſuerſo prime ptis ꝓportiõalis vn' aſſer: et cũ hoc ponat ocul' ſortis ĩ fine minoꝝ ptiũ proportionaliũ: ſic ꝙ aſſer ſit viſibile viſũ a ſorte. In ſcḋa ptis ꝓportional' fine ponat alius aſſer ex trãſuerſo ipediẽs ſortẽ ne poſſit videre priorẽ. et ita locet de' infinitos aſſeres ſup infinitas ptes ꝓportionales et eos tenuẽ faciat ſm capacitatẽ ꝑuarũ ptiũ ꝓportiõaliũ: ſaltẽ in radice ꝯtact' ſuprioris aſſeri ꝯdẽſando q̃ adſint opaci viſũ ſortis ipedientes a viſiõe ptiũ ꝑcedẽtiũ. Tũc ſic. ſortes in fine videt vnũ aſſerẽ: et nullũ niſi aſſerẽ ſup vltimam ptẽ ꝓportionalẽ exñtẽ: imediate añ inſtãs terminatiuũ iſti' hore ſortes vidit vnũ aſſerẽ et nũc nullus ponit ipedimẽtũ inter oculũ ſortis et illos aſſeres. ergo videt aliquẽ illoꝝ aſſerũ. ¶ Similiter ſi ſortes tãgat cõgeriẽ illoꝝ aſſerũ (et potiſſimũ ꝓpe ſe) nõ eſt itelligibile qn tangat vnũ primo et nõ niſi ꝓpe finẽ. ¶ Sed hic rñdetur. i qualꝫ pte ꝓportionali illius hore ſortes vidit vnũ aſſerẽ. et ĩ inſtanti finiẽti horã nullũ aſſerẽ videt nõ primũ: quia ille occultat a ſcḋo: nec ſcḋm: quia ille occultat a tertio: nec tertiũ: quia ille occultat a q̃rto. et ſic ꝯñr: ſic ſcꝫ ꝙ viſionẽ ꝑcedẽtis aſſeris aſſer ſubſequẽs ſubripuit ergo ĩ inſtãti terminãte illã horã nullũ illoꝝ aſſeꝝ vidꝫ. ¶ Et qñ dic. imediate añ hoc videbat vnũ aſſerẽ. et nũc nihil ipedimẽti ꝓducit. ergo nũc videt vnũ aſſerẽ: ſuppoſito ꝙ applicet potẽtiã bñ poſitã. ¶ Dr ꝙ ꝯña e nulla. ſꝫ opꝫ dicere ĩ ante nullũ ipedimẽtũ ẽ ꝓductũ. cũ nulli viſiõis q̃ hr de aliq aſſere ipedimentũ iã ẽ ꝓductũ ꝑ infinitos

aſſeres quorum ſemper poſterior occultat priorem.
¶ Et ſic de tactu digiti dicatur. ſortes nullum aſſereȝ
tangit. non primum / quia impeditur a ſecundo. Non
tertium: quia impeditur a quarto. et ſic cōſequenter.
Sed totum aggregatuȝ tangit. ¶ Et ſic dicatur de cō
tinuo cuius prima pars proportionalis eſt alba: ſecū-
da nigra: tertia alba. et ſic alternatim. et ſi ſortes acce
dat partes minores verſus nullam partem albam tā-
git: nec aliquam partem nigram tangit. Ratio cum ꝙ
libet nigra ſit alba poſterior et conuerſo ſed congerieȝ
partium albarum et nigrarum tangit. Iſta non aſſue-
to videntur difficilis imaginationis.

¶ Diſtinctionis ſcd̄e queſtio ſeptima.

SEptimo queritur vtrum
angelus ſibi determinet locum?
¶ Rn̄detur per concluſiones ſe
quentes. ¶ Prima eſt. Angelꝰ
ſibi determinat maximum locū
in quo poſſit eē naturaliter. pa-
tet: angelus eſt creatura: ꝛ limi
tata. ergo eſt limitata quo ad lo
cum: quia niſi ſic concedendum
foret ꝙ angelus naturaliter poteſt fore vbiqꝫ. hoc con
ſequens eſt falſum. non poteſt ſimul eſſe in celo et ī ter
ra. ſicut dic[illegible] Ioannes damaſcenus libro ſcd̄o capitu-
lo tertio ſic inquiens. Circunſcripti ſunt. nam cū ſunt
in celo in terra non ſunt. et in terram a deo miſſi nō re-
manent in celo. ¶ Item anima eſt determinata ad ma
ximū corpus vel ad minimū qd̄ non pōt īformare pro
pter magnitudinem. ergo ſic eſt de angelo licet poſſet
eſſe in maiori loco: ſicut forte anima poteſt eſſe in maio
ri loco a corpore ſeparata ꝙ corpus informans. ¶ Se
cunda concluſio. Angelus non determinat minimum
locum in quo poſſit eſſe. probatur ſit angelus in tota
iſta aula. iaȝ poteſt ſe ponere in partem illiꝰ relinquē
do alias partes in quibus prius erat. angelꝰ eſt totꝰ
in tota aula: et totus in qualibet parte eius. ¶ Pre-
terea arguitur ad idem. limax totam ſuam domum re-
plens poteſt eſſe in parte eiuſdem. ergo angelꝰ poteſt
eſſe in parte huius aule. ¶ Sed dices non eſſe ſimile:
quia teſtudo ſe reſtringit ꝛ dilatat per condenſationē
et rarefactioneȝ. ſecus eſt de angelo qui non habȝ par
tes. ¶ Et ideo aliter arguitur ſic. Si angelus non po-
teſt eſſe in loco ꝙtuncunqꝫ anguſto hoc eſſet quia cōti-
nuo eſſe in minori et minori loco arguit maiorem po-
tentiam. et ſic in infinitum paruo loco eſſe arguit infi-
nitam potentiam. ſed hoc non valet. tum primo ſecun
dum illos angelus poteſt eſſe in loco punctali. et hoc
non arguit infinitam potentiam ſecundum eoſdeȝ. qd̄
citius debet arguere. Tum ſecundo eſſe in loco in infi-
nitum paruo tanꝙ loco partiali non arguit infinitam
potentiam. ergo nec eſſe in loco ꝙtuncunqꝫ paruo to-
tali arguit infinitam potentiam. Quod poteſt oſten-
di de anima que nunc informat magnum corpus nunc
paruum. ¶ Contra iſtas concluſiōes arguitur ſic ſup
poſitis duabus propoſitionibus. Quarum vna eſt.
Nulla figura loci repugnat angelo. ¶ Alia ē. Quic-
quid poteſt eſſe in vno equaliuȝ poteſt eſſe in quolibet
equali illi: dummodo figura loci ei non repugnat.
¶ Iſtis ſuppoſitis arguitur ſic. Angelus poteſt eē in
quadrato pedali. ergo ī quadrangulo bipedali: tenet
cōſequentia: quia quadrangulus bipedalis tm̄ amit-
tit in latitudine quantum lucratur in longitudine: et
illo dato poteſt eſſe in quadrāgulo quadrupedali ſub
duple latitudinis. Magnitudo corp[illegible]is non attendi
tur penes vnam dimenſionem tantum: ſed penes tri-
plicem dyametrum. et ſi totum iſtud concedatur iaȝ ꝛ
ſemel erit in celo et in terra cōtra damaſcenum nuper
allegatum. ¶ Huic argumento reſpondet quidam do
ctor: dicens ꝙ angelus determinat ſibi ſphericam figu
ram: ita ꝙ ſi aliquod corpus ſit minus illa quantitate
angelus non ſolum erit in eo: ſed etiam in aliud extra
ipſum propinquo: vt habeat integram ſui loci quanti-
tatem. ¶ Contra hoc arguit quidam doctor ſic. Ange
lus nunc maius corpus: nunc minus corpus poteſt aſ
ſumere et nunc vnius figure: nunc alterius. ¶ Confir-
matur: quia cuȝ angelus aſſumit ſibi aliquod corpus
in forma (verbigratia) humana non videtur rationa-
bile ꝙ tunc non ſolum ſit in corpore illo: ſed etiam ī ae
re circunſtanti: et tunc non habet menſuram illam lo-
ci quam ante ſumptionem prius habebat. igitur.
¶ Sed ad illa alter facile rn̄deret: quando angelus
aſſumit paruum corpus vel magnum manet in aere vi
cino: ſic ſcilicet ꝙ totus locus eius ſit ſphericus. Et liȝ
ſic dicere poſſet videtur voluntariuȝ dare citius ſphe
ricam figuram angelo ꝙ quancunqꝫ aliam figuram.
¶ Sed tunc reſtat reſpondere ad formam argumenti
Ad quod dicitur ꝙ non oportet ꝙ quicquid quod po-
teſt eſſe in vno equalium poſſet eſſe in quolibet equali
illi. dicetur ꝙ angelus determinat ſibi quandam lon-
gitudinem / latitudinem / et profunditatem: eſto ꝙ nul
lam figuram ſibi determinet. Ex hoc coloratur de ho-
mine: cuius corpus anima informat in aliqua longitu
dine: ſed illa anima non poteſt quodcūqꝫ corpus ī quā
tacunqꝫ longitudine equali illi informare. Et ſic de lo-
co anime ſeparate. ¶ Etiam probabile eſt ſi angelus
relinquatur ſue nature ꝙ poteſt ſe ponere in celo et in
terra ſimul et ſemel (vt argumentum probabiliter ar-
guit) Quid obſtat niſi dictum Ioannis damaſceni?
¶ Ad quod dicitur ꝙ ipſe intelligit de facto: ſicut di-
cimus ꝙ angelus ſibi relictꝰ poteſt intueri ſecreta cor
dis ſed hoc non facit (vt inferius dicetur) ¶ Circa iſtā
queſtionem dubitatur vtrum angelus poteſt ſimul eē
in pluribus locis? ¶ Secundo dubitatur vtrum plu-
res angeli poſſint eſſe in eodem loco adequato. ¶ Ad
primum rn̄detur ꝙ non loquimur de potentia abſolu-
ta. Patet de illa nō dubitamus (vt pȝ diſtinctione. x.
quarti queſtione ſcd̄a). Sed de potentia ſua naturali
eſt maior difficultas. et nō loquor de locis partialibꝰ
qꝛ de hoc nulla eſt ambiguitas. ¶ Sed dicit ꝙ nō pōt
eſſe in varijs locis. Probatio. da oppoſitū: puta ꝙ an
gelus exn̄s ī iſta longa bibliotheca pōt relinquere me
diuȝ manēdo in extremis: tunc pōt egredi oſtiū ex vna
parte: et feneſtram ex alia. et ꝑ ꝯn̄s manebit ī mille lo
cis ſeparatis. Et in oībus angulis mūdi. hoc nō videt
eſſe ꝯcedendum. ¶ Sed illa ꝓbatio eſt inefficax. dicet
naturaliter ꝙ iſte angelus nō poteſt eē in maiori loco
ꝙ ſit ſuus maximꝰ locus poſſibilis. Et concedit ꝙ pōt
egredi ꝑ oſtium et feneſtrā: dūmodo cadent in ambitu
ſui maximi loci poſſibilis. et ſic nō ſeqtur iſta cōcluſio.
¶ Preterea arguit ad idē. Sequitur ꝙ idē pōt moue
ri naturaliter motibꝰ ꝯtrarijs. ꝯn̄s nō eſt ꝯcedendum. ḡ
nec an̄s. Exemplifico de angelo poſito in duobꝰ locis.
¶ Sed hoc argumentum nō concludit. Ideȝ in duobꝰ
locis partialibus pōt moueri motibꝰ oppoſitis: vt de
anima contingit in duabus manibus. ¶ Sed contra
iſtud arguitur ſic. angelus poteſt relinquere locuȝ me-
dium ſui maximi loci poſſibilis manendo in extremis.
ꝛ hoc ſua pte naturā. igit. Nec ſic videt de aīa itellectiua

informanti corpus: poſtq̃ ipa alligata eſt informatione. ¶ Preterea arguitur ad idem. Si homo vulneretur in medio vel circa mediū anima ſtabit i extremis non ſtando in illo medio. ergo idem videtur de anima ſeparata vel de angelo. ¶ Ulterius arguitur vndecimo ſuper Geneſim dicit Auguſtinus capitulo. xxxvi. q̃ eue in ſerpente loquebatur diabolus. in muliere vero occulto inſtinctu adiuuabat interius: et exteriꝰ egerat per ſerpentem. vbi videtur beatus Auguſtinus dicere q̃ diabolꝰ ſimul erat in ſerpente et eua. ¶ Ad hoc argumentum rñdet quidam doctor q̃ diabolus cucurrit celeriter de eua ad ſerpentem: et contra. ¶ Sȝ hoc commentum eſt preter rationem. ¶ Melius eſt dicere q̃ eua et ſerpens erant infra ambituȝ maximi loci poſſibilis ipſius demonis. et nunc ſuggerebat vni: nūc alteri ſemper manendo in eodem loco. hoc patet: erāt ſimul in bona propinquitate. ¶ Amplius arguitur. ponendo q̃ vnus angelus ſit in concauo celi ſupremi: ſi poneretur vnus lapis extra celum vel vnus alius angelus videtur q̃ ille angelus poteſt ſtare cum alio: et in conuexo. ¶ Et qui voluerit propter iſtas rationes et ſimiles poteſt probabiliter oppoſituȝ (opinione mea) ſuſtinere. ¶ Ad ſecundam dubitationeȝ dicitur q̃ plures angeli poſſunt eſſe in eodem loco. ptȝ Marci quinto. vbi legitur q̃ legio demōum erat in corpore obſeſſi. ¶ Sed iſta probatio (licet ſit cōmunis) non valet. cum angelus poteſt eſſe in loco q̃tūcunq̧ paruo. dicetur q̃ vnus angelus eſt in vna parte corporis: vt puta i vna parte proportionali eius. et ſecundus in ſecūda. ⁊ tertius in tertia. et ſic cōſequenter. ¶ Secundo arguit̃ ad idem. Angelus poteſt eſſe ſimul cum corpore ſiue continuo ſiue diſcontinuo: dummodo illa corpora cadent in ambitū ſui loci. ergo eodemmodo poteſt eſſe cū angelo. Secundum falſius eſt captu: vel non minus facile q̃ primum. et hoc ſuppoſito q̃ vnus angelus nō aduerſetur alteri. q̃r videtur ſicut homo fortis expellit debiliorem a loco ſuo: ſic poteſt angelus ſuperior inferiorem expellere niſi aliunde adiuuetur. Eodemmodo et impedire ne locum ſuum ſubintret.

¶ Diſtinctionis ſecunde queſtio octaua.

Octauo queritur an angelꝰ ſibi relictus poteſt ſe ſubito ⁊ ſucceſſiue mouere. ¶ Rñdetur per duas cōcluſiones. ¶ Prior eſt Angelus poteſt ſe mouere ¶ Probatio. graue ſimplex ſeparatum poteſt ſe mouere: vt ptȝ in ſacramento euchariſtie. ¶ Secundo arguit̃ ad idē. Anima chriſti deſcendit ad inferos. ergo angelus deſcendere poteſt. ¶ Tertio arguitur. quando angelus facit ſuum miniſteriū hic in terra ⁊ i corpore aſſumpto vel aſcendit ad celum empiriū cum illo corpore vel relinquit ipſum corpus citra celos? Si ſecunduȝ. ⁊ poſtea aſcendet. ergo ſine corpore aſcendet. Primuȝ ē inconueniens. ¶ Amplius arguitur ſic. Demones ducunt animas ad infernū ſecundum magiſtrum diſtinctione. vi. ergo demones poſſunt ſe mouere. ¶ Secunda concluſio. Angelus ſibi relictus poteſt ſe mouere: vl' mutare ſubito localiter. Probatio. Oīs potentia motiua appetēs ſe mouere ad aliquod vbi in quo nulla eſt reſiſtentia intrinſeca vel extrinſeca ſubito ſe mouet ad illud. angelus eſt potētia motiua localis: vt patet ex concluſione precedente. ⁊ nulla eſt reſiſtētia extrinſeca. hoc patet: quia non magis et reſiſtit mediuȝ denſum q̃ rarum. Ita bene tranſit angelus pre plumbo ſicut pre aere vel celo: et nulla eſt reſiſtentia intrinſeca. Probatur quia ſi ſic. illa maxime eſſet potentia motiua finita. Sed hoc non obſtat: quia ſcōm etiaȝ aduerſarios angelus vel anima poteſt actum elicere i inſtanti. Immo i primo inſtanti quo eſt in rerūȝ natura. et tamen angelus et anima ſunt creature finite et limitate. ergo nec conſequenter loquuntur: nec rationabiliter. ¶ Et confirmatur hec ratio per Ariſtotelem quarto phiſicorum textu commenti. vi. et per cōmentatorem eius facientem longam digreſſioneȝ contra Auicennam et Auempache negātes q̃ graue ſimplex poſitum in vacuo mouetur vel mutatur ſubito. ¶ Contra priorem concluſionem arguitur ſic. Omne quod mouetur prius pertranſit locum minorem ſe: et poſtea equalem ſibi: nullum indiuiſibile pertranſit locū equalem ſibi: vel minoreȝ ſe. igitur maior eſt ariſtotelis. vi. phiſicorum. ¶ Et confirmatur. Si angelus ex ſua natura poteſt moueri tunc demon poteſt ſe ponere in paradiſum: et angelus beatus in infernum quod eſt incōueniens. ¶ Item. omne quod mouetur partim eſt in termino a quo: partim eſt in termino ad quem angelꝰ non habet partes. igitur. ¶ Ad primuȝ dicitur q̃ Ariſtoteles intelligit de illo quod eſt circumſcriptiue i loco. videtur non poſuiſſe indiuiſibilia potiſſimum i iſtꝭ inferioribus more ſaduceorum angelos ⁊ demones negantium. Propterea de ſua auctoritate parum eſt inſiſtendum niſi pro quāto rationi innititur que in propoſito apparentiaȝ non habet. ¶ Ad confirmationē ſecundi conceditur q̃ demon ſibi relictus poteſt ſe ponere in paradiſum: ſi paradiſus dicat locum non autē beatitudinem. Et ſic beatus poteſt ſe ponere in infernum capiendo terminum pro loco: non autem pro pena culpe debita. ¶ Ad tertium dicitur q̃ illud intelligitur de mobili quod eſt circūſcriptiue in loco. ¶ Uel ſic. quando eſt in medio partim habet de termino a q̃ et partim de termino ad quem. ¶ Contra ſecundam concluſionem arguitur ſic. Si ipſa eſſet vera ſequeret̃ q̃ angelꝰ ex ſua natura poteſt ita cito ſe mutare de celo ad terram ſicut deus ipſum poteſt. ɔſequens eſt falſum. ergo et añs. Et ɔſequentia eſt clara. Falſitas ɔſequentis patet. cum eſt creatura finita et limitata.

¶ Et confirmatur hec ratio. tunc angelus inferior poteſt ita cito ſe mutare ſicut angelus ſuperior. ɔſequēs eſt falſum quia a potentijs inequalibus motiuis motus inequales proueniunt ſeptimo phiſicoruȝ. ¶ Ad primum concedo ſequelam: ſed potentia dei nō poteſt impediri quin moueat ſucceſſiue vel in inſtanti. ſicut vult. Secus eſt de angelo qui a deo et a creatura impediri poteſt. ¶ Ad aliud conceditur ſequela: ſcilicet q̃ angelus inferior poteſt ita cito ſe mutare ſicut angelꝰ ſuperior: Ariſtoteles intelligit quando eſt reſiſtentia. ¶ Secundo arguitur. Sequeretur q̃ angelus hic in terra poteſt ſe ponere ad celum. Immo per lineam infinitam; dabilem ſed hoc eſt falſum. Sequela patet ex dictis. ¶ Reſpondetur. Non ſequitur. ¶ Primo poteſt dici q̃ non poteſt ſe mutare ſubito niſi quando eſt in parte ſui maximi loci de qua poteſt in inſtanti mouere ſe ad extremitates ſui loci. ¶ Secundo dicitur (et rationabiliꝰ) q̃ pōt ponere ſe de celo ad terram i inſtanti: et per lineam infinitā. ¶ Sed ɔtra hoc arguit̃. Ex illo ſequit̃ q̃ angelꝰ eſt i maiori loco q̃ ſit ſuꝰ maximꝰ locꝰ poſſibilis. ɔñs repugnat ex t̃minis. ẽ ⁊ añs. Cõſeq̃t̃ ptȝ ex dictis. ¶ Scdō ſequit̃ q̃ infinitū pt claudi in ſ

du⁊ puncta in ſenſu compoſito. quod eſt reprobatū in
xliiij. diſtinctione primi. Et ꝙ ſeqꝛatur patz: ſic ponen
do lineam infinitam orientem verſus terminataȝ par
rhiſius. Incipiat Michael ſe mouere vel mutari ī hoc
inſtanti per totaȝ lineam: iam Michael diſtabit infini=
te a collegio montis. ergo infinitū clauditur inter duo
puncta. ¶ Ad primum diſtingo ſequelam: et ſequens
videlicet ꝙ angelus ſit in maiori loco ꝙ ſit ſuus maxi
mus locus poſſibilis. vel permanenter. et ſic nego. vel
tranſeunter tranſitu inſtantaneo. et ſic concedo. Si a
ſuperficie terre erigatur perpendiculum in vacuo pro
tenſum ad celum vſqꝫ graue ſimplex vel leue metietur
in inſtanti totum illud perpendiculum. Secus eſt per
manenter. ¶ Ad aliud nego ꝙ infinitum claudatur ī=
ter duo puncta. Deus illud facere nequit. concedo ꝙ
per infinitam diſtātiam angelus diſtabat a me: ſed in=
ter me et illum angelum eſt finita diſtantia. Immo ip
ſe in eodem inſtanti eſt in principio illius linee: et in q̄=
libet puncto eiuſdem: dato etiam ꝙ fuerit in loco peda
lis latitudinis vel profunditatiſ. ¶ Sed queres quid
erit de angelo poſt illud inſtans ſi relinquatur ſibi?
¶ Dicitur ꝙ poteſt ſe reducere ad aliquem locum fini
tum: ⁊ qꝛ eſſet in ſuo maximo loco poſſibili vel pte ei⁹.

## ¶ Diſtinctio tertia.

Ecce oſtenſuȝ ē vbi an
geli fuerit mox vt cre
ate ſūt. Nūc ꝯſequēs
eſt iueſtigare quales
facte fuerint ī ipſo pri
mordio ſue cōditōis.
et q̄tuor q̄deȝ videnꝫ
angelis attributa in ī
itio ſubſiſtentie: ſcȝ eſſentia ſimplex .i. in=
diuiſibilis ⁊ immaterialis et diſcretio per
ſonalis: et per rationeȝ naturaliter inſitā
intelligētia memoria ⁊ voluntas ſiue dile
ctio: liberum quoqꝫ arbitrium. ⁊c.

## ¶ Diſtinctionis tertie queſtio prima.

Queritur circa hanc diſtinctioneȝ
tertiam vtrum poſſent eſſe plures angeli ī
eadem ſpecie? ¶ Hic a varijs ponētibus pri
cipia indiuiduationis rūdetur negatiue.
¶ Circa iſtam queſtionem duo faciemus. ¶ Primuȝ
de principio indiuiduationis paululum loquemur.
¶ Secundo ad titulum queſtionis propoſite rūdebi=
mus. ¶ Primam partem vix theologo dignam: et in
libro ſententiarum ſcribendam putamus. Sed quia
apud aliquos ita ſerioſe de hac materia contenditur:
ac ſi eſſet materia magni momenti: ſuccincte pono mo
dum nominalium quem ſolum credo verum: aliorum
poſitiones relinquens ne tenebroſus videar: et tedio
ſim lectori. ¶ Propterea reſpondetur per duas con=
cluſiones. ¶ Prior eſt. Nullum eſt principium indiui
duationis diſtinctum realiter vel formaliter ab ipſo
indiuiduo. Probatur ſortes ſeipſo quocunqꝫ alio cir=
cumſcripto diſtinguitur a platone. hoc patet per expo
nentes de diſtinguitur. ¶ Quo fit nec quantitas eſt
principium indiuiduationis: nec materia: nec heccei=
tas: puta nec ſorteitas in ſorte: nec platoneitas in pla
tone. ſed ſortes eſt ſorteitas: ſortes eſt humanitas. hu
manitas eſt homo. ¶ Ex iſto patet ꝙ quelibet res eſt
ſingularis et indiuidua: et hoc terminis prime inten=
tionaliter captis. Probatio ſortes eſt res ſingularis
ſortes eſt humanitas. ergo humanitas eſt res ſingula
ris. Conſequentia eſt ſillogiſmus expoſitorius: dice=
re vnam premiſſarum debere equiualere vni de omni
extra diuina eſt nodum in cirpo querere. Et minor pa
tet. ſortes eſt homo. ergo humanitas. conſequentia te
net capiendo illos terminos abſolute. Hoc dixerim:
quia communiter in theologia concedimus chriſtum
hominem ⁊ non humanitatem. Et ſi humanitas ē res
ſingularis: eodemmodo et animalitas: ⁊ quelibet res
mundi. ¶ Secunda cōcluſio. Poſſunt eſſe plures an=
geli in eadem ſpecie ſpecialiſſima. probatur: ſi aliquid
obſtaret maxime eſſet principium indiuiduationis de
materia vel quantitate. ſed illud non obſtat: cum fri=
uolum eſt tale principium multiplicare.

¶ Secundo arguitur ad idem. Deſtructo vno angelo
a deus poteſt producere alium angelum eiuſdem ſpēi
cum a. ergo poterat illum angelum producere a exi=
ſtente. Conſequentia patet: quia non videtur ꝙ ange
lus repugnet productioni alterius eiuſdem ſpēi ſecū.
immo ita eſſe videtur iam ꝙ pleriqꝫ ſunt angeli eiuſdē
ſpeciei. Non eſt veriſimile ꝙ tot ſpecies angelorū ſint
damnate. et tot ſunt ſpecies quot ſunt angeli. ¶ Con=
tra primam concluſionem arguitur ſic. Plus conue=
niunt ſortes et plato ꝙ ſortes et brunellus. ergo ī ali=
quo plus conueniunt. ⁊ non niſi in aliqua natura com
muni: ſcilicet humanitate. ergo nō quelibet res eſt ſin=
gularis. ¶ Et confirmatur hec ratio: quia ex illo ſequi
tur ꝙ nullus eſt terminus communis: ſed ſingularis
cum quelibet talis ſignificat rem ſingularem. ¶ Ad
primum negatur conſequentia: ſed in aliquibus plus
conueniunt: puta in duabus animab⁹ eiuſdem ſpeciei
et due anime intellectiue plus conueniunt ꝙ anima ī=
tellectiua et anima ſenſitiua: quia ſunt eiuſdem ratio=
nis: alie autem non: et hoc conuenit eis ex natura rei.
¶ Et ꝙ argumentum non iuuat aduerſarios patet: qꝛ
quero in quo cōueniunt ſecundum te? Si dicas in hu=
manitate queritur in qua humanitate? Non eſt eadē
humanitas in ſorte et in platone: ſed quot ſunt homi
nes tot ſunt humanitates realiter diſtincte etiam ſecū
dum te. Si dicas non repugnat eidē humanitati quā
tum eſt de ſe eſſe in pluribus propter differentiam in=
diuidualem contrahentem hanc humanitatem. Nec
deus poteſt hoc facere: digitus hominis eſt riſibilis:
cum ſit homo. et tamen non poteſt ridere. ¶ Videre=
tur voluntarium ꝙ non repugnet ei eſſe in pluribus: ⁊
ꝙ deus de potentia abſoluta nequit illud facere.
¶ Nec analogia valet. tu ipſe non concedis digitum
riſibilem: neqꝫ hominem. Et ſi hoc admittatur deus po=
teſt facere digitum ridere riſum et gaudium producē=
do in digito. ¶ Item arguitur ſic. huic humanitati nō
repugnat communicari pluribus. hec humanitas eſt
ſortes. ergo ſorti nō repugnat communicari plurib⁹.
concluſio eſt falſa: et minor eſt vera. ergo maior eſt fal=
ſa. Si neges minorem allegando illud dictū Auicēne
Equinitas eſt tm̄ equinitas. ¶ Hoc iterū nō vȝ. cū il=
lo dicto eq̄nitas ē tm̄ eq̄nitas: ſtat ꝙ equ⁹ ſit eq̄nitas.

¶ Item Iſta equus eſt equinitas eſt vna affirmatiua cuius extrem. ſupponunt pro eodez ente. et non ſe falſificat. nec copula eſt modificata. nec ponitur diſtributio. ergo eſt vera. ¶ Etiam de Auicēna non eſt vis quid dicat: ſed quid dicere debeat. ¶ Ad ſcđam negarem ↄſequentiaz. terminus non dicitur communis eo ꝙ ſignificat naturam communem multis cōicabilem ſed quia plura ſignificat vniuoce et diuiſim: et mediāte copula de preſenti. ¶ Quomodo ille conceptus eſt abſtrahibilis dictum eſt in .xxx. diſtinct. primi. ¶ Secundo arguitur. Color eſt adequatum obiectum viſus et nullus color ſingularis. ergo ſolum color cōmunis. ¶ Preterea. Debeo tibi equū ſi ex conuentione inter me et te promiſi tibi equum. et nullum equum ſingularem tibi debeo: quia nullum talē tibi promiſi. ¶ Rñdetur ad primum ꝙ illa eſt falſa vt iacet. Et ita oportet aduerſarios concedere ſolū color ſingularis percipitꝰ ſenſu: ſed illa eſt vera tm̄ color eſt obiectum viſus: extendo terminum color ad coloratum lucem et lumen. ¶ Ad aliud dicitꝰ ꝙ illud argumētuz non iuuat aduerſarios. oportet ꝙ ſit ſatiſfactio ꝑ equuz ſingularem: et non communem. ¶ Sed ſuper veritate illius propoſitionis multiplex eſt modus reſpondendi in logica. ¶ Unus concedit hanc omnem equum tibi debeo. qꝛ debeo tibi equum: equum tibi debeo. a termino appellante ſuam propriam rationem ad ipſum non appellātem. ¶ Alius eſt modus concedendi hanc: debeo tibi equum. et nihil tibi debeo. debeo tibi aliquid. ¶ Tertius modus (et rationabilis) eſt negare omnes tales de virtute ſermonis: ſed ille capiuntur loco conditionalium ſic ſcz neceſſe eſt (ſi ſatiſfaciaz promiſſo) dare tibi equum: vt neceſſe cadat in totam conditionalē. quēadmodū neceſſe eſt habere penitētiam ſi mortale actuale debet deleri. ¶ Iſta argumenta ſunt ſophiſmata: cum ſint equalis difficultatis contra aduerſarios.

¶ Tertio arguitur. homo eſt digniſſima creaturarum et nullus homo ſingularis. ergo eſt ponendus homo communis. ¶ Inſuper auctoritate Ancelmi in epl̄a de incarnatōe vbi dicentis. Eꝛ inouendi ſunt illi vtiqꝫ noſtri temporis dyaletici qui non niſi flatuz vocis vniuerſalia appellant. ¶ Ad tertium dicitꝰ ꝙ illa eſt falſa et hoc oportet aduerſarios dicere angeli ſunt digniores. Sed ſi illa exponatur negatiue: illa eſt vera ſaltē poſt angelos. ¶ Ad aliud de beato Ancelmo: in hijs materijs non daretur ei fides: vt pꝫ in demonſtratiōe ꝙ deus eſt: vt dictum eſt in ſecunda diſtinctione primi. vbi aliquorum dictum recitauimus. dicētium hunc bonum virum crebro in logicalibus illuſum. ¶ Sed pro tanti viri reuerentia dicimus ꝙ verū eſt de virtute ſermonis. non ſolum vniuerſalia ſunt flatus. hoc eſt non ſunt ſolum vniuerſalia localia: ſed etiam ſcripta et mētalia. vniuerſalia mentalia ſunt precipua.

¶ Quarto arguitur. Ariſtoteles dicit in antepredicamentis ꝙ ſcđe ſubſtantie dicuntur de ſubiecto et in ſubiecto nullo ſunt. et tamen vniuerſalia mentalia et vocalia ſunt in ſubiecto. igitur. ¶ Rñdetur. Dici de ſubiecto eſt dici de inferioribꝰ. Eſſe in ſubiecto eſt p̄dicari denominatiue. Scđe ſubſtantie de nullo predicantꝰ denoīatiue. hoc eſt p̄dicatione directa: vel de ſuis inferioribus. Propterea dicuntꝰ de ſubiecto: et in nullo ſubiecto ſunt. hoc eſt dicuntꝰ de inferioribus et de nullo directe denoīatiue dicuntꝰ. ¶ Multa alia argumenta p̄ñt fieri q̄ ſolui poſſunt ex dictis. ¶ Et iſta trita ſunt apud ſcholā noīalium: ita ꝙ apud parrhiſios ī hac tēpeſtate contra grauitatem theologi eſt ſimilia argumenta glomerare: cum oppoſite poſitiones ab vniuerſitate exulant.

¶ Diſtinctionis tertie queſtio ſcđa.

In iſta tertia diſtinctiōe capitulo. vij. loquitur de noticia angelorū. Et dicit ꝙ in angelis erat triplex naturalis cognitio qua ſciebāt q̄ facti erāt: ⁊ a quo facti: ⁊ cum quo facti erāt. Queritur de noticia quā habuerunt angeli in principio creationis? ¶ Rñdetur ꝑ ↄcluſiones ſequētes quas in hac parte reputo ꝓbabiles. Aliud in hac parte habere nequiuimus. cum hic nec experientiam nec euidentem rationez: nec fidē habemꝰ. ¶ Prior cōcluſio. In angelo erāt cōcreate ſpecies repñtatiue rerum in earum abſentia ſiue dicantur habitus vel ſpecies parum refert. probatur concluſio per auctorez de cauſis propoſitione quarta dicentem ꝙ omnis intelligentia eſt plena formis. ¶ Et per illud ezechielis de lucifero ꝙ erat plenus ſapientia. ¶ Hoc tenet beatus Auguſtinus ſuper Geneſim ad litteram. ¶ Secunda concluſio. Angeli poſſunt diſcurrere: et adiſcere aliqđ ignotum ex illatione nota. Probatio de multis angeli dubitant ſicut Hieronymus dicit ꝙ ſacramentum incarnationis non fuit plene intellectum ab angelis ante paſſionem chriſti. ¶ Et hoc dicit ſuper illo verbo ad Epheſios tertio. vt innoteſcat principibus et poteſtatibus in celeſtibus per eccleſiam multiformis ſapientia dei. Et hoc probat ꝑ queſtiones quas fecerunt maiores deo aſcendenti quarum vna ſcribitur Yſaye. lxiij. Quis eſt iſte qui venit de Edon tinctis veſt. bꝰ de boſra. ¶ Idem patet ſuper illo verbo pſalmiſte pſalmo. xxiij. Quis eſt iſte rex glorie. ¶ Et beatus Dionyſius vij. capitulo ſue celeſtis hierarchie dicit ꝙ eſt verbum omnium: quia etiam ſupremi angeli queſierunt de iſtꝰ plenius edoceri. ¶ Item angeli boni petunt oppoſita. vt angelus perſarum petierat ꝙ populus iſraeliticus in babilone maneret ad conuertēdos perſas ⁊ medos ad cultum vnius dei. tamen alius angelus voluit oppoſitum. Et hoc non erat niſi quia vterqꝫ proceſſit ex veriſimilibus. et tamen illi angeli erant angeli boni: vt. xvij. libro moralium tenet beatus Gregorius. ¶ Rurſus ſecunduz aduerſarios angeli ſibi relicti nō cognoſcunt ſecreta cordium: ſed cognoſcunt per quedam iudicia et geſtus. ergo diſcurrunt: et vnuz ex alio cognoſcunt. ¶ Contra priorem concluſionem argu. ſic. Uel in angelo ſunt create ſpecies diſtincte omniuz rerum. vel aliquarum: ſic et aliquarum non: ſecunduz non eſt dicendum: quia non eſt maior ratio ꝙ aliquarum rerum abſentium a principio indite fuerint ſpecies q̄ aliarum. non ei: quia tunc angelus habuiſſet infinitas ſpecies. quod non eſt concedendum. Communiter iſti ponentes ſpecies negant deum poſſe facere infinitum. ¶ Reſpondetur. Doctores hic caliginoſe procedunt. Nam eorum aliqui dicunt angelum ſuperiorem poſſe plura cognoſcere per pauciores ſpecies q̄ inferiorem. ¶ Alij noticias quidditatum infinitas aſſerunt et non ſingularium. ¶ Alij dicunt ꝙ ſpecies omniū rerum exiſtentium ſunt infuſe: ſed non omnium rerum poſſibiliū. Et qꝛ non ſunt infinita actu putant hac via extinguere difficultatē. ¶ Nullū iſtorū vꝫ. hic ē ſ̄ no de noticia diſtincta. noticia diſtincta vniꝰ rei nō repñtat aliā

rem.ergo angelus ſuperior non poteſt plura cognoſcere per pauciores ſpecies ꝙ angelus inferior. ¶ Secūdum non valet.nulla eſt res exiſtens niſi ſingularis. ⁊ dato oppoſito angelus ſingulare cognoſcit. ¶ Tertiū non valet:quia infinite ſunt partes in ꝯtinuo cathegoreumatice. Si ergo angelus oē diſticte cognoſcit:īfinita diſticte cogſcit. Quid ğ niſi q: doctores ꝯmūiter ponūt iſtas ſpēs a deo ꝯcreatas nō eſſet neceſſe eas ponere. diceref qꝛ angelꝰ in pˢncipio ſue creationis habuit iſtas noticias de quibus magiſter loquitur. Sed eas habuerunt in primo inſtanti quo erant in rerum natura. Et prius nā ipſas preceſſerunt. ſicut intellectus noſter poteſt acquirere noticias ex rebus actuales et habituales ſic multo celerius nā angelica poteſt eas acquirere. ¶ Et ſi introducas aliquem ſanctoꝝ ī oppoſitum. ¶ Reſponſio. Sancti ꝯtradicunt in multis in hac parte. ergo liberuꝫ eſt in talibus imitari vtramqꝫ partem ꝯtradictionis:vt in preludio quarti meminimus. ¶ Secūdo dicitur cōcedendo qꝛ habebant noticias infuſas diſtinctas(ſiue habituales ſiue ſpecies non refert)oīm rerum. Quid aliud obſtat niſi ſpecierum infinitas. ¶ Sed hoc non obſtat. infinite ſūt partes proportionales in continuo et aliquis homo infinite longus:vel ſaltem eiuſdem ſpeciei cum homine. vt patet de linea gyratiua gyrente tibiam vel brachiū hominis. ¶ Item ſi quis conſecret primā partem proportionalem vnius hoſtie/tertiam/quartam/et ſic de qualibet parte deſ[illegible]ata per numerum imparem dabitur infinita multitudo panum actu ſeparatorum inter quos infinities eſt corpus chriſti:quelibet pars albedinis eſt ſenſibilis in ſuo toto. quāobreꝫ currere nequis ad minimum ſenſibile vel maximum non ſenſibile in ſuo toto. ¶ Sed contra hoc arguitur. Angelus virtute iſtarum ſpecierū poteſt habere noticias actuales. et poteſt vnam acquirere ex ſuis naturalibus in preſentia obiecti:vel in abſentia mediate. ergo manis eſt iſta multitudo ſpecierum. ¶ Rñdetur concedendo añs et negando ꝯñam. Non eſt mane idem multifariam cognoſcere ptꝫ:de ſciente demōſtrare eandem concluſionem varijs medijs:ſed eſt perfectionis. ¶ Si petas quas noticias producunt iſte ſpecies? ¶ Dicitur qꝛ producunt abſtractiuas. ¶ Quod incōueniens eſt habere noticiam abſtractiuam qualē Paulus habuit poſt raptum quando erat viator. hoc non ponit cum in termino. Nec hoc eſt dedecens dare malis angelis talem noticiam:ſicut nobiliſſima ſubſtantia eis cōicata eſt. ¶ Sed ꝯtra iſta arguitur. Angeli ergo virtute iſtarum ſpecierum vices obiectorum ſupplentiuꝫ ī abſentia eorūdem elicere poterāt noticias abſtractiuas approximatis obiectis ipſis angelis habuiſſent noticiam intuitiuam intellectiuam ⁊ poſtea abſtractiuaꝫ. Nulla eſt pugna inter noticiam intuitiuam et abſtractiuam de eodem obiecto. ergo neqꝫ inter duas abſtractiuas. ¶ Rñdetur concedēdo qꝛ angelus habet noticiam abſtractiuam alicuius obiecti vel ſpeciem repreſentatiuam illius poteſt acquirere intuitiuā:et etiam aliaꝫ abſtractiuā:ſiue fuerint ille due abſtractiue eiuſdem ſpeciei vel alterius. Et ſi vna fuerit ſumma illa ſtāt et non produceetur alia de eodem obiecto. Si differant ſpecie. iam nulla eſt difficultas qꝛ nō repugnant:ſed ſe compatientur. ¶ Q; ſtat dare duas noticias abſtractiuas actuales ſpecie differētes de eodem obiecto ꝓbatur ſic:ſtat dare duas intuitiuas de eodem obiecto ſpecie differentes. ergo et duas abſtractiuas. cōſequētia eſt lucida:quia diſcrimen ſpecificum intuitiuarum abſtractiuarum alietas ſpecifica concomitatur. Aſſūptum arguitur. Noticia anime ſepar[ate] et angeli de deo ſpecie diſtinguuntur differētia ſpecifica cauſaruꝫ efficientium(non habituum)arguit diſcrimen ſpecificum in noticijs. Iſtud alias prolixius deduximus.

¶ Cōfirmatur hec ratio quia ſecundum aduerſarios noticia ſenſitiua intellectiua de eodem obiecto ſpecie diſtinguntur ambe intuitiue vel ambe abſtractiue. Et quamcunqꝫ ſpeciem vel cuiuſcunqꝫ indiuiduum quod deus poteſt producere mediante creatura coefficiente hoc ipſum ſe ſolo poteſt producere. ¶ Dubium ē an iſta ſpecies infuſa a deo ſit eiuſdem ſpeciei cum ſpecie mendicata ab obiecto. et per conſequens incertum eſt de diſcrimine ſpecifico iſtaruꝫ noticiarum abſtractiuarum. ¶ Et iſtud coloratur qꝛ ſpecie differant. vna iſtaꝝ noticiarum vocatur in verbo:et matutina ſecundum beatum Auguſtinum ſuper geneſim exponenteꝫ opera ſex dierum. Et alia veſpertina ſaltem nunc in beatꝫ Hoc complexum. noticia in verbo ex modo loquendi ſupponit pro noticia connotando qꝛ eaꝫ habens ſit beatus:et cum hoc qꝛ deus ſupplet vicem obiecti. Antiqͥ doctores imaginati ſunt qꝛ talis noticia relucebat in verbo ſicut in ſpeculo. Noticia veſpertina vel in proprio genere eſt mendicata ab obiecto. ¶ Sed dices homo creatus a deo et homo genitus ſunt eiuſdeꝫ ſpeciei ptꝫ:de adam caymo et abele. ergo noticiam produci a deo et mendicari ab obiecto non variat diſcrimen ſpecificum. ¶ Reſpondetur concedendo añs et etiam ꝯſequens deum ſupplere vicem obiecti reſpectu huiꝰ noticie non antecedit ad hanc noticiam ſpecie differre ab illa. deus poteſt oppoſitum. ſicut poteſt producere habitum fidei eiuſdem ſpeciei cum fide acquiſita. ſed tamen fides infuſa et acquiſita ſpecie differunt. ¶ Cōtra ſecundam concluſionem arguitur ſic per Auguſtinum quinto ſuper Geneſim ad litteram dicentē qꝛ angeli a principio cognouerūt omnia myſteria gratie ſienda. ¶ Et Ancelmus de ſimilitudinibꝰ capitulo. vi. vbi loquens de ſapientia future beatitudinis ait. beatus eſt qui cum deo eſt. perfecta enim ſapientia replebitur. cumqꝫ facie ad faciem intuebitur. ꝙdiu iſta proſpexerit creature totiꝰ naturā videbit:que in deo melius ꝙ in ſeipſa conſiſtit. Ibi a ſingulis omnes: illi ab omnibus ſinguli cognoſcentur nec quicꝙ omnino latebit:qua patria:qua gente:qua ſtirpe quis editus fuerit:vel etiam quid in vita ſua fecerit. ¶ Et in capitulo ſequenti de hoc verbo mouet vltimo dubitationē nunquid omnia peccata ſingulis patebunt. Et reſpōdet qꝛ ſic. Et quicquid fecerit vnuſquiſqꝫ vnde deus eſt laudandus. Sed propter rem factam deus eſt laudādus. ergo nullius veritatis ignorantia erit in beatitudine:nec aliquid erroris. ¶ Preterea videtur qꝛ hec concluſio repugnat priori:cum ipſa ponat oīm rerum ſpecies fuiſſe inditas angelo. ¶ Ad primum iſtorum quod eſt magis contra beatum Hieronymum ꝙ ꝯtra concluſionem dicitur qꝛ cognouerunt in vniuerſali.

¶ Ad aliud de beato Ancelmo. potes eum negare cū ſecundum beatum Dionyſium tertio et quarto celeſtꝫ hierarchie angeli ſuperiores illumināt/purgant/et pficiunt inferiores. ¶ Vel rationabilius propter auctoritatem viri dicatur ſic. beatus ſit omnia que deſiderat:⁊ que ad eum pertinēt. ¶ Ad tertium nego qꝛ hec concluſio repugnet alteri:nunꝙ per noticias abſtractiuas cognoſcit angelꝰ ſuapte natura xitatē ꝓpōis potiſſimuꝫ de pñtiſ ad hoc requirit noticia ītuitiua.

¶ Circa predicta dubitatur an angeli beati aberrāt?

¶ Secundo dubitatur an angelus triſtetur videns ſuum cuſtoditum male viuere. ¶ Ad primum dicitur ꝙ non de lege poſita. Et hoc tenet beatus Anſelmus vt ptꝫ loco prefato. Et ſi errare eſt verum pro falſo putare non eſt nam hoīs inſtituti: ſed deſtituti. ergo a fortiori in angelis beatis. ¶ Sed ɔtra iſtud arguitˀ ſic. Angelus poteſt aſſentire huic. iſte eſt preſcitus quē videt malum continuo. et iſte poteſt penitudinē duci finaliter: quo facto angelus decipietur. Idē ptꝫ de bonis angelis Danielis. alioꝫ vnˀ hēbat iſtud iudiciū bonum eſt populo iſraelitico manere in babilone. alter oppoſitum. ¶ Inſuper multa angelus neſcit ex dictis. ergo aliqua ignorat. ¶ Ad primuꝫ dicitˀ ꝙ ille partes ſunt incompoſſibiles. creberrime in iſtis angelus dubitat. niſi hēat reuelatiōem vel motiuū ſufficiens ad aſſentiendum. qui cito credit leuis eſt corde. ¶ Ad ſcdm nego ꝙ habebant iudicia erronea. nec hēbant iudicia contraria. vnus poterat habere tale iudicium / bonum eſt hebreis ſtare in babilone ad conuertendos perſas ⁊ medos. alius tale iudicium. bonum eſt iſtis proficiſci in talē ſolum: vt viuant in requie in qua ſolet coli deus. Modo iſta iudicia erant vera: et ɔformiter ad hec operas ſuas impēdebant. ¶ Ad tertium concedo añs. et diſtingo ɔñs. vel ignorantia praue diſpoſitionis. et ſic nego ɔñam et ɔñs. vel ignorantia pure negationis: et ſic concedo ɔñs et ɔñam. ¶ Ad ſcdm dubium rñdetur Angelus bonus nō triſtatur: triſtia de lege repugnāt beatitati. ¶ Sed ꝙ poteſt angelus malus interdum gaudere gaudio inordinato quando vicit tentatuꝫ: vt gloſa interlinearis pſalmo. xii. ſuper illo paſſu: vſqꝫ exaltabitur inimicus meus ſuper me .i. diabolus vel carnalis conſuetudo dicit gloſa.

## ¶ Diſtinctionis tertie queſtio tertia.

Tertio queritur vtrum angelus poteſt tot habere noticias actuales quot habꝫ ſpecies? ¶ Ad hoc reſpōdet quidem doctor in ſuo ſecundo tenēs partē affirmatiuam in. xi. diſtinc. ⁊ aſſcum quidē aliis in prima diſti. primi quod probat auctoritate beati Auguſtini ſuper geneſim capitulo. xxxiiij. de paruis. vbi dicit ꝙ potētia ſpūalis mentis angelice cūcta q̄ voluerit noticia faciliime apprehēdit. ¶ Ex hoc arguit iſte ſic. nō minus facile ē angelo ſimul intelligere ſcdm oēs ſpecies q̄ ſcdm aliqꝫ illarum. igiᵗ ſimul poteſt intelligere ſcdm omes. Conſequētia ptꝫ: et añs ꝓbatur ex p̄dicta auctoritate. q̄ſi minus facile foret intelligere ſcdm omnes ſpēs q̄ ſecundū aliquas. et tūc nō cuncta q̄ vellet faciliime ɔprehenderet quinimmo minus faciliter cōprehēderet duo q̄ vnum: et tria q̄ duo: et q̄to plura tāto minˀ facilē. ¶ Confirmatˀ alia auctoritate eiuſdem ibidē capitulo xxvi. vbi ait ꝙ oīa ſimul mēs angelica pōt q̄ ſigillatī cōnexaruꝫ cārum ſermo diſtingunt. vbi vult ꝙ cuncta q̄ creata fuerūt in principio: et diſtincte quodā ordine facta narrantˀ ſimul mēs angelica cōprehendit. Nec ē dubium ꝙ nō ſolum hoc eſt verū de noticia ſupnaturali quā hꝫ in vbo: ſed etiā de materiali quā habꝫ de rebˀ in ꝓprio gñe: et duocat Auguſtinˀ veſpertinaꝫ ſicut ptꝫ ibi ſtatim et duobˀ capitulis p̄cedentibus. ¶ Nec poteſt dici ꝙ loquatˀ de cognitione confuſa: non de diſtincta. Nam hoc non attribueret potētie mentis angelice: cum nos etiam hoc in via poſſumus omnia confuſe ſimul intelligere in aliquo ɔmuni conceptu. ⁊ tā ibi in tali cōprehenſione ſimultanea et faciliima: multorum rū dat differentiam inter potentiam mentis humane et angelice. ¶ Secundo. Si non poſſet hoc angelus. ad hoc contingeret quia non poſſet ſimul tot intellectiones recipere: aut quia nō poſſet ſimul tot producere. Nō: ptꝫ. quia ſi eſt ſufficiens ad agendū tot actiones ſimul et ad ſuſcipiendum: cū poſitis actiuo ⁊ paſſiuo ſufficientibus poſſet poni actio: et etiam actiones dummodo nō habeant mutuaꝫ repugnantiā (ſicut eſt in propoſito) omēs tales poterūt ſimul poni. ¶ Sed non poſſet dici ꝙ non poſſet tot ſimul recipere. q: non minus eſt potēs ad recipiendum intellectiones q̄ habitus vel ſpecies. Nec eius receptiuitas limitatur ad certam multitudinem intellectionum magis q̄ ſpecierum vel habituum: immo in rei veritate ad neutrā determinatur. Sed pari facultate poteſt multas et paucas recipere q̄tum eſt in ſe. ¶ Nec etiam idō nō poteſt q: non poteſt tot ſimul producere: cum eius actiuitas limitata ſit ad certā multitudinē poſſibilē intellectionum ſimul producibiliū. Nam ſuppoſito ꝙ intellectˀ ſit principium intellectionis nō tantum eſt totale: ſed partiale concurrens cum ſpecie ad productionem intellectionis: ita ꝙ cum vna ſpecie coagit vnam intellectionem: et cum alia ſpecie aliam. nunc autem q̄ncūq; ꝙ aliquid eſt ſolum agēs partiale: et aliam operationem agit cum alio et alio partiali principio coactiuo: q̄tum eſt ex ſe tāta poteſt in plures operationes ſimul cum talibus principiis coactiuis ſicut in pauciores cū paucioribus: niſi ipſum forſitan in operando debilitetur: aut per ſe modo aliquo depēdeat ab aliquo quod debilitetur ex multiplicatione talium operationum. ¶ Exemplum. lux eſſe exiſtens in medio eſt cauſa partialis et ſimul coactiua cum colore ſpeciei coloris in medio: vt vult commentator tertio de aīa cōmēto. xxxvi. et cum alio et alio colore aliam et aliam coefficit ſpeciem. et quotcunq; ſecum concurrant colores tot ſpēs congeneraret. Nec maior virtˀ arguitur in luce ex eo ꝙ cum multis multas poteſt q̄ eo ꝙ cum vno pōt vnā. quinimmo ſi eſſent ibi ſecum infiniti colores diſtincti in diſpoſitione tali: ꝙ quilibet poſſet ſpecieꝫ concauſaret: et eſſet ſufficiēs ſuſceptiuū: nec aliud prohiberet: ipſa cum illis ſimul infinitas ſpecies coefficeret. Cum ergo angelus non debilitetur ex intellectione cum eiˀ receptio non ſit paſſio corruptiua: ſed perfectiua poti⁹: nec etiam dependeat in intelligendo ab aliquo debilitabili: vt pote abſtractus a corpore: nec indigens ſenſitiua vlla virtute vel organo corporali ea facilitate qua cum vna ſpecie poteſt coefficere vnam intellectionem poteſt cum multis multas coefficere: nec tot cum tot quin cum pluribus poſſet plures. ¶ De intellectu autē noſtro in preſenti ſtatu non eſt ſic. et hoc propter dependentiam eius in operando a virtute fantaſtica: et ſpiritibus corporalibus quibus accidit ꝺō laſſitas et fatigatio non ſolum ex continuatione operationis ſed etiam ex multiplicatione: ſicut experiētia mōſtrat. Unde Auguſtinus quarto ſuper geneſim capitulo. xxxv. Mox poſt verba allegata ꝙ potentia mentis angelice cuncta que voluerit ſimul comprehendit. dicit ꝙ propter corpus corruptibile q aggrauat animā mens humana etiam cum feruentiſſimo ſtudio iſta noticie rerū nō niſi cū tēpis tarditate: et difficultate a git. Et eandeꝫ cām reddit. xv. de trinitate capitulo. xxuij.

ꝙ ex peccati morbo dicit nobis proueniſſe. Et in capitulo ꝑcedenti videlicet. xxiiij. dicit ꝙ partes imaginis noſtre aĩe ſcꝫ mens intelligentia et volũtas erunt eq̃les cuꝫ fuerint ab oĩni lãguore ſanate. igitur tot ſimul poterimus actu intelligere quot meminiſſe: ⁊ per ꝯñs quot rerum ſpẽs hẽbimus. ¶ Per que clare videt̃ ꝙ homo in ſtatu innocentie et naturalis integritatis oĩbus rerum ſpẽbus quas habuiſſet ſimul vti actualiter potuiſſet. Quid ergo mirum ſi hoc poſſet angelus nõ per peccatum in ſuis naturalibus viciatus? ¶ Sed cõtra iſtam concluſionem arguit̃. Ex ea ſequit̃ ꝙ angelꝰ eſt infinite ꝑfectionis. ꝯñs eſt falſum. ergo et añs. Falſitas ꝯñtis relinquitur nota. Probatur tñ ꝯſequẽtia non repugnat angelo infinitas ſpẽrum. et per te angelus poteſt habere tot noticias actuales quot ſpecies. Et tunc ſic. poſſe intelligere vnum diſtincte eſt alicuiꝰ perfectionis. poſſe intelligere duo eſt in duplo maioris perfectionis. poſſe intelligere tria diſtĩcte adhuc ẽ maioris perfectiõis. et ſic ſine ſtatu. ergo poſſe intelligere infinita eſt infinite ꝑfectionis. ¶ Ad hoc rñdet (⁊ cũ colore) habere duas noticias cum auxilio (vt puta ſpeciebus) non eſt maioris actiuitatis q̃ habere vnã noticiam ſine auxilio. Idē eſt portare duas libras cum eq̃ potenti. et ferre vnam librã ſeꝑatim. ¶ Sed ꝯtra hoc arguit̃. Ex iſto ſeq̃tur ꝙ angelus poteſt diſtincte quãlibet partem cõtinui cognoſcere ⁊ ſic hẽbit noticias inſi…ias diſtinct…s a…les. quod tñ iſte pede fixo ĩ eadem q̃ſtione negat. Et probo ꝯñam dupliciter. Cũ primo angelus poteſt habere tot noticias actuales quot habet ſpecies. et hoc ꝓpterea: quia ſupplementũ habet ſpecierum. Sed ſic eſt ꝙ obiectum tãtũ ſupplet ad productionẽ noticie intuitiue ſicut ſpẽs ad productionem abſtractiue. Non aliter ponit̃ ſpecies vel habitꝰ niſi ad ſupplendã vicẽ obiecti in ꝓductione noticie. ergo cũ quelibet pars ꝯtinui eſt ſufficiẽter obiecta angelo hẽbit infinitas noticias. ¶ Non eſt fugiendũ ad minimum obiectum intelligibile vel maximũ nõ intelligibile ab hoc angelo. ſed hoc nobis pro iſto ſtatu q̃ oculo corꝑeo intelligimus ꝯtingit: per pyramidẽ cuiꝰ conus põt eſſe tante anguſtie ꝙ nõ ſufficiet ad productionem. et iſtud liquet cũ angelus unit̃ angelos et aĩas ſeꝑatas. ¶ Cum ſcđo. angelus poteſt habere tot noticias actuales quot habꝫ ſpẽs per te: ſed q̃libet ps continui q̃tũcunq; puſilla multiplicat ſuas ſpẽs ꝑ medium. ergo angelus põt diſtincte quãlibet partem cõtinui dignoſcere. ¶ Dices ꝙ nulla pars ꝓducit ſuas ſpecies: ſed oẽs ſimul producunt vnaꝫ. ¶ Contra hoc arguitur. accepta ſcđa parte ꝓportionali cõtinui: ſeꝑata ipſa producit ſuas ſpẽs. ergo etiam vnita. Tenet ꝯñã q2 ibi eſt actio naturalis. et ꝑ hoc ꝙ vnit̃ toti nõ minus agit q̃ ſeꝑata: immo citius fortificatur ad maiorem actionem. vtrobiq; hec maxima eſt vera / ſi aliquod agẽs naturale poteſt producere aliquem effectum ſeꝑatim ipſum vnitum toti nõ minus aget: ſed magis vel equaliter: quod nobis ſufficit. Patꝫ de igniculis ſeparatis vnum ignem cõſtantibus. de lapillis ſeꝑatis tarde deſcendentibus q̃ cũ molarẽ ꝯſtant e veſtigio deſcendũt: et ptꝫ de multis nõ viſibilibus ſimul vnitis q̃ vnũ viſibile ꝯſtant. ¶ Confirmat̃ hec ratio. quis põt videre ſecundam ꝑtem proportionalẽ ꝯtinui non videndo primam: vt ſi ponat̃ obſtaculum impediẽs viſionem ꝑme partis ꝓportionalis hoc patꝫ ad ſenſum: ergo ſcđa ps proportionalis producit ſpecies in ſuo toto. ¶ Preterea. Si eſſet vnum ꝯtinuum diuiſum in partes proportionales quacunq; proportione volueris. ſic ſcꝫ ꝙ ſecunda ſeparetur a prima: et tertia a [illegible]: et ſic de q̃libet alia: qualibet parte remanente in eodem ſitu in quo prius erant in cõtinuo. Iam quodlibet illorũ corporũ producit ſpẽs repñtatiuas ſui. ergo q̃ñ corpori vniunt̃: alias ꝑdent ſuam actioneꝫ. ¶ Rurſum probo ꝙ angelus poteſt habere infinitas noticias actuales argumẽto tentatiuo. et hoc ſic. Angelus (licet ſit impartibilis) eſt in loco diuiſibili. et angelorum aliqui p̃ſunt vni prouincie vt de angelo perſarum et grecorũ. et vnus eccleſie vt michael qui quondũ ſynagoge (dũ ipſa valebat) prefuit. et ſic aliqui angeli ſunt in maiori loco: vt in tota vna vrbe. Sufficit tñ mihi quicunq; locus diuiſibilis. Tunc ſic angelus eſt in qualibet parte proportionali huius loci pedalis. In prima parte proportionali habet noticiam a obiecti. In ſecunda ꝑte proportionali habet noticiam eiuſdem obiecti. ⁊ nõ eandem quam habebat in prima parte proportionali quia ſi ſic: idem accidens erit in duobus locis naturaliter. ergo habet aliam noticiam: et ſi in ſcđa parte ꝓportionali illius loci habeat aliam noticiam a / obiecti ab illa quã habet in prima parte proportionali eodẽ modo. in tertia parte proportionali et in qualibet poſteriori habebit aliam noticiaꝫ: et ſic habebit infinitas noticias actuales. ¶ Amplius poteſt applicari argumentum de angelo vidente hoſtiam cuius partes alt̃natim ſunt conſecrate alijs non conſecratis. ¶ Licet hoc penultimum argumentum nonnihil difficultatis pre ſe ferre videatur. Ipſum nõ applicuimus tanq̃ appropriatum principali inſtituto. ¶ Propter iſta et ſimilia in hanc diſiunctiuam ducor. Q2 ſi angelus poteſt habere tot noticias actuales quot ſpecies propt̃ ſupplementum ſpecierum in productione noticiarum actualium: dicendum eſt ꝓpter ſimilem rationeꝫ ꝙ angelus naturaliter habꝫ infinitas noticias intuitiuas continue preſentes: vel nõ eſt ita facile angelo cũ pluribus ſpeciebꝰ habere plures noticias actuales ſicut paucas: et hanc ſecundam magis rationabilem puto. Pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus: non modo in nobis poſt peccatum: ſed in adam ante peccatum: licet tũc potuiſſet plures noticias habere ꝙ poſt peccatum. ¶ Et tunc ad rationes eius reſpondetur q̃ ꝑdent in auctoritate beati Auguſtini vbi dicit ꝙ potentia ſpiritualis mentis cũcta que voluerit ſimul noticia faciliime apprehendit. Concedo illam auctoritatem vt iacet. loquitur de angelis beatis: quia beatus Auguſtinus ponit que voluerit. non vult beatus aliquid quod non poteſt. ¶ Secundo dicitur. Ipſe intelligit de noticijs actualibus que cadunt in ſua capacitate actiua et paſſiua: quia eſt multo maior q̃ noſtra: et maior in anima ſepata vel in aĩa beati q̃ in anima corpori corruptibili immerſam. ¶ Et ita reſpondetur ad alias auctoritates. Et ad rationem ſuam q̃ eſt argumentum ſcđm. Si non poteſt hoc angelus aut hoc cõtingeret quia non poſſet ſimul tot intellectiones recipere: aut quia non poſſet ſimul tot intellectiones producere? Do ſcđm. quia eius actiuitas eſt limitata ad certam multitudinem noticiarum. Et quando arguens hoc improbat. dato ꝙ intellectus ſit principium actiuum intellectionis non eſt tamen totale: ſed ꝑtiale concurrens ad productionem intellectionis: ita ꝙ cum vna ſpecie coagit vnam intellectionem et cum alia ſpecie aliã. ¶ Dico ꝙ hoc argumentũ cõcludit contra factorẽ cũ ipſe expreſſe negat ꝙ angelꝰ põt hr̃e infinitas noticias intuitiuas ĩ intellectu ãgelico: cũ intellectꝰ angelicꝰ ſit ſolum ꝑĩcipiũ ꝑtiale ĩtellectiõis

ītuitiue⁊ adiu[illegible]as noticias ītuitiua aiuuatur a varijs
obiectis.⁊ ſichoc argumētum colorat alterū membrū
diſiunctiue. ¶ Sed quia aliud veriſimilius diximus.
¶ Et reſpondetur/duobus modis vnum agens iuuat
ab alio ad ſuam operationem. vnomodo quando cum
auxilio plus conatur(licet non totaliter)ꝙ conaretur/
ſine ope.⁊ talis agentis actiuitas terminatur in certis
effectibus. Sic contingit de potentia viſiua noſtra
reſpectu noticiaꝝ intuitiuaꝝ. Sic cōtingit in nobis re
ſpectu notitiarū abſtractiuarū quēcūq numerum ſpe-
cierum habuerimus. Fac periculum tu ipſe de noticijs
abſtractiuis obiectorū quorū habes ſpecies diſtictas
¶ Aliud eſt agens non magis laborans cuius actiui-
tas non eſt magis anguſtata ad productionem pluriū
ꝙ ad productionem vnius. Exempli cauſa.fortes tra-
hit vnā librā cui applicantur cētum /quorum quilibet
eſt eque potens cum forte fortem non impediens. Jam
poteſt coadunare fortes ad ferendas centum libras ſi-
cut ad ferendā vnā ſolitarie. Sic eſt de lumie reſpectu
ſpecieꝝ ꝓducibiliū in medio.nō poſſumus iudicare de
ītellectu āgelico niſi ſicut experimur de nobis vel aliū-
de conſtiterit:dum pl'a ſeruamus illi intellectui angeli
co ꝙ noſtro. ¶ Reliquę auctoritates beati Auguſtini
ad hoc deducunt ꝙ mira celeritate poteſt intellect⁹ an
gelicus plura capere:que nos magno ſtudio ⁊ tardita
te capere poſſumus. ¶ Ex quibus aliqui moti ſunt an-
gelū nō poſſe intelligere cum diſcurſu. ¶ Sed contra
omnia iſta arguitur ſic. Capacitas actiua angeli ſine
ſpeciebus vel habitibus terminatur in certo numero
noticiarū.actualiū ſꝫ plures noticias poteſt anima ha
bere cum habitibus ꝙ ſine habitibus.ſed nō eſt ſtatus
in habitibus.ꝗ nec in actibus. Mō non ſit ſtatus in ha
habitibus patet.quia tunc inane eſſet ſtudere cum ge
neratio vnius habitus eſſet corruptio alteri⁹. Mō plu
res noticias actuales poſſet intellectus angelic⁹ ha-
bere cum ſpeciebus ꝙ ſine ſpeciebus.patet. Quodlibꝫ
agens potens in aliquē effectum equaliter agēs adiu-
tum cum alio coagente poteſt in maiorē effectum ꝙ ſi
non iuuaretur non alias intēderetur actus auxilio ha
bitus:ſic ſcꝫ ꝙ habitus et volūtas vel intellectus pñt
producere intēſiorem actū ꝙ ſolus intellect⁹. ¶ Pre-
terea arguitur. Capacitas paſſiua nō eſt terminata in
numero certo noticiarum.⁊ quibuſcūq poſitis in ani-
ma/anima ad eas concurrit.ergo neq capacitas actiā
eſt terminata. ¶ Ad primū dicitur negando ꝙ anima
pōt plures actus hr̄e cum habitib⁹ ꝙ ſn̄ hītib⁹. quia ſi
ſic:argumētū ꝯcluderet ꝙ pro hoc ſtatu vie non eſt ſta-
tus in numero noticiaꝝ.bene anima habebit intenſio-
rem actum cum eo ꝙ ſine eo:quia ad talem actum icli-
nat habitus:⁊ auxiliatur .⁊ nego ꝙ habitus opem pre
ſtāt in productione pluriū actuū ꝙ poſſent eē ſine illis
⁊ ſic illa maxima non habet locum. ¶ Si argumentuꝫ
ponderandū dixeris ad aliud mēbrū diſiunctiue decli-
na. ¶ Ad aliud ponuntur ꝓpoſitiōes. ¶ Prima. Ca-
pacitas paſſiua anime non terminatur. poteſt infini-
tos habitus recipere. ¶ Secunda ꝓpoſitio. Capaci-
tas paſſiua terminatur in agendo. ¶ Tertia propoſi-
tio. Capacitas actiua anime nō terminatur in recipien
do.patet.de receptione habituum. ¶ Quarta propo-
ſitio. Si teneatur ꝙ anima poteſt actualiter tēdere in
obiectum per noticiam creatam a deo. tunc anima po
teſt habere infinitas noticias actuales.etiam cum in-
fluentia dei generali. ¶ Ultima propoſitio. Tenendo
oppoſitum(quod eſt rationabilius)anima poteſt con-
currere ad infinitas noticias actuales. Probatur de⁹
poteſt talem opem ferre anime in elicione actuū ꝙ ani
ma ſemper equaliter conetur.

¶ Diſtinctio.iiij.

Oſt hec vidēdū eſt: vtrū
perfectos et beatos crea
uit deus angelos:an mi-
ſeros et imperfectos ⁊c.

¶ Diſtinctionis. iiij. Que-
ſtio vnica.

Irca hāc quartam diſtin
ctionem queritur an angeli crea
ti ſunt in gratia. ¶ Reſpōdetur
queſtio eſt de facto. ⁊ neutra ps
poteſt cōuinci per auctoritates
ſufficientes:neq rationes. ¶ Sꝫ
pars affirmatiua vr̄ rationabi-
lior. Probatio partis affirmati
ue. Dicit Auguſtin⁹ duodecimo
de ciuitate dei. ꝙ deus ſimul erat condens naturam et
largiens gratiam. ¶ Hoc dicit Hieronymus de demo-
nibus Oſee.iij.dicēs ꝙ demones in magna pinguedi-
ne ſpiritusſancti creati ſunt. ¶ [illegible]ter. a prim⁹ [illegible]
creatus eſt in gratia. ergo angeli.añs.ptꝫ.q: fuit crea-
tus cum iuſtitia originali quam cōcomitabitur gratia.
¶ Amplius. Sicut eſt ineſſe nec ſic ſuo mō debet eſſe ī
eſſe ſupernaturali: ſed ineſſe nature:quecunq proceſſu
temporis producta ſunt in ſe a principio fuerūt produ
cta ſecundum rationes ſeminales. vt dicit Auguſtin⁹
ſuper Geneſim.ꝗ ſimiliter ineſſe ſupernaturali gloria
que proceſſu temporis creaturis rationabilibus eſt da
ta fuit a principio ſecundū principiū ſeminariū produ-
cta.ſed ſeminariū glorie eſt gratia.ergo a principio fuit
homini ⁊ angelo concreata. ¶ Sed he rationes non
perſuadent volenti tenere oppoſitum. ¶ Ad primum
diceretur ꝙ duplex eſt gratia quedaꝫ gratū faciens.et
negarent ꝙ auctoritates intelligantur de illa. ¶ Alia
eſt gratia data.⁊ illa eſt duplex. Nam quedam eſt que
eſt occaſio boni:vel occaſio mali. vt eſſe ingenioſum:eē
bonum cytharedum:bonum muſicum. ¶ Alia que in-
clinat de per ſe ad bonum:vt ſapientia:⁊ alie virtutes.
De tertia gratia auctoritates intelliguntur. ¶ Ad ter
tium negarent añs.non eſt neceſſe iuſtitiam originaleꝫ
habere gratiam de lege. ¶ Ad quartū conceditur ma-
ior:⁊ totus diſcurſus illius comparationis ⁊ ad applica
tionem gr̄a eſt principium ſeminariū.diceret. veruꝫ eſt
gratia gratis data:⁊ non gratum faciens. ¶ Sed con-
tra concluſionem arguitur ſic. Auguſtinus dicit ſuper
geneſim ad litteram ꝙ angelica.nāa primo erat infor
mis creata.et celum dicta.deinde dicit eam formatam
⁊ lucem appellatam. Non autem erat informis niſi ꝑ
defectum gratie. Item Gregorius.32.moraliū tractās
illud Ezechielis.xxviij. Aurum opus decoris tui. ⁊ fo-
ramia in die qua conditus eſt. Et loquēs de lucifero di
cit.huius lapidis in die conditionis ſue foramina pre-
parata ſunt quia videlicet capax charitatis conditus
fuit.qua ſi repleri voluiſſet ſtantibus angelis tanꝗ in
ornamentis regis poſitis lapidibus inherere potuiſſꝫ.
habuit ergo ille lapis foramina.ſed ꝓpter ſuperbie vi
tium charitatis auro non ſūt repleta. Et ſic apte dicit
ꝙ non habuit charitatem. Stantes quoq ibidem dicit
charitatē recepiſſe cadentibus alijs. ¶ Ad primuꝫ di-



FERDINAND

citur ꝙ prius natura erat informis: non autem prius tẽpore vel inſtanti. ¶ Secundo ſic. prius erat informis beatitudine: poſtea erat beatitudine formatus. ¶ Ad auctoritatem Gregorij poteſt dici ꝙ loquitur de charitate permanenti. quod ex eo patet: quia dicit ꝙ propter ſuperbie vitium foramina charitatis non ſunt repleta ſed palam eſt ꝙ vitium ſuperbie non fuit in eo a principio creationis: quia non malus: ſed innocens creatus ¶ Secundo arguitur. gratia inclinat habentem ad cõfirmandum ſe deo. ergo ſi omnes habuiſſent gratiam omnes conuerſi fuiſſent in deum. Et ita nullus cecidiſſet ¶ Hoc argumentum non eſt magni põderis. gratia inclinat ad conformandũ voluntatem habentis voluntati diuine: non tamen neceſſitat ipſam voluntatem.

¶ Dubitatur quid factum fuiſſet. ſi Adam fuiſſet mortuus añ peccatum tenendo ꝙ non fuerit creatus ĩ gratia. ¶ Secundo dubitatur an angeli poterant eſſe miſeri in primo inſtanti ſui eſſe. ¶ Tertio dubitatur an boni fuerunt preſcij ſue confirmationis: ⁊ alij ſui caſus ¶ Ad primum reſpondetur ꝙ caſus eſt preter legem: videlicet ꝙ mortuus fuiſſet ante culpã: ſed caſu admiſſo nec fuiſſet dãnatus nec ſaluatus. ¶ Ad ſecundũ dicitur ꝙ ſic. Malus angelus poteſt in primo inſtanti ſui eſſe peccari. vt in. xvij. diſtĩc. primi dictum eſt: ſed ĩ quocunq; inſtanti in quo peccat deus poteſt infligere ei penam. ¶ Ad tertium reſpõdetur ꝙ magiſter recitat du[illegible] in littera. tamẽ poſitio negatiua eſt rationabilior: ꝙ nec boni ſciebant ſuam confirmatiõem. nec mali pſcij ſue miſerie. Si bõi preſciuiſſẽt ſuam beatitudinem tunc dãnati poterant conqueri: ꝙ hoc neſciebant et ꝙ non habebant tm̃ auxiliũ ſicut alij. ¶ Ad hanc partem declinat Auguſtinus. xi. de ciuitate dei caplo. xiij. ⁊ ad Horoſium omnes angeli creati ſũt equales: ſed cadentibus illis per ſuperbiã ceteri dño pia obedientia coheſerunt accipientes certam ſciẽtiã ſue ſtabilitatis ꝙ illi nunꝙ̃ habuerunt: tamẽ habebãt probabilẽ coniecturã ꝙ eſſent habituri beatitudinem. ſicut de nobis contingit. ¶ Ex illo patet. ꝙ angeli caſuri non preſciebant ſuum caſum.

## ¶ Diſtinctio. v.

Poſt hec conſideratio adducit ĩquirere quales effecti ſint dum diuiderentur auerſione et conuerſione. Poſt creationem nãq; mox quidam cõuerſi ſunt ad creatorem ſuũ: quidam auerſi.

## ¶ Diſtinctionis quinte. Queſtio vnica.

Circa iſtam quintam diſtinctionẽ queritur. vtrum prius ãgeli meruerint beatitudinem ꝙ̃ ipſam acceperint. ¶ Hic ſunt duo modi oppoſiti quos recitat magiſter in littera. Et declinat ad illam poſitionem ꝙ prius habuerunt beatitudinem ꝙ̃ eam meruerunt: ſed poſtea beatitudinem mererẽtur per obſeqa nobis ĩpẽſa Quemadmodum ſi rex daret primo alicui equũ poſtea faciat illum militari pro eodem. ſic eſt hic ꝙ premium precedit meritum. ¶ Hec opinio cõiter relinquitur ab omnibus. Et contra eam ſolent eſſe aliqua argumenta ¶ Et primo ſic arguit. Ex illo ſeqr ꝙ ſi homo non fuiſſet creatus angelus non habuiſſet beatitudinem. conſequens eſt falſum. quia angelus non dependet ab homine in merẽdo. quia circũſcripto omni actu circa hominem angelus poteſt habere actum intrinſecum merendo. ¶ Preterea p̲ hoc ꝙ aliquis p̃uidetur bene vſurus accepto non meretur accipere illud. Tunc enim poſſet homo mereri primã grãm: quia preuidetur a deo dante eam bene vſurus ea. Et tunc gratia non eſſet gratia quia eſſet ex meritis: licet non poſitis in effectu: tamen a deo preuiſis. Igitur angelus non meruit beatitudinem ſi tm̃ habuit eam ꝓpter bonũ p̃uiſum ĩpius in obſequendo circa electos. ¶ Item tunc ſtatus beatitudinis non eſſet ex ſe certus. Nam licet de facto finietur. ⁊ ex hoc numerus obſequiorum ſit finitus que impendũtur a quibuſcũq; angelis electis. tamẽ poſſet mundus diutius durare pluſ ꝙ̃ per mille annos. vel q̃tũcũq; duret non propter hoc ſtatus beatitudinis eſt minus certus: ſed hoc poſito non eſſet certitudo meriti q̃tum eſſet. ergo iſtud premiũ de ſe certum non correſpondet illi merito quod de ſe non eſt certum in q̃tum meritum. ¶ Sed iſte rationes nõ ↄcludunt. ¶ Ad primũ nego illam conditionalẽ. deus poterat aliũ modũ iſtituiſſe dato ãnte illius conditionalis: ſed iſte modus poſitus eſt ſecundum legẽ. ¶ Ad ſecundũ quando dicitur per hoc ꝙ aliquis p̃uidetur. bene vſurus accepto non meretur accipere illud. negatur aſſumptum. Et ad probationem tunc gratia eſſet ex meritis. ⁊ p̲ conſequens nõ eſſet gratia. ¶ Dico ꝙ hoc argumẽtum eſt magis contra factorem gratia in effectu p̃cedit merita. licet merita p̃miſſa ſint quodammodo cauſa gratie. Quando quid deteſtatur ſuum peccatum tunc quis meretur primã gratiam. ¶ Solet vulgo dici quis meretur primã gratiam de congruo ſed non de condigno. Nõ dicitur gratia quia gratis datur ſine merito: ſed quia meritũ non equiualet gratie: vel quia deus per auxiliũ ſpeciale aliquos euocat ſine meritis. ¶ Sed quicquid ſit de illo dicto argumẽtum eſt equale cõtra aduerſarios. ¶ Ad tertiũ quando arguitur tunc beatitudo angelorũ eſſet incerta: hoc negatur. Ipa eſt certa in conſpectu diuino ſicut numerus predeſtinatorũ ⁊ reproborũ. Si ponas aliquem angelum habere beatitudinem vt decem rõe actuum meritorum quos eliciet. talis adhuc poteſt nõ elicere tot actus. ergo non eſt certa ſua beatitudo. ¶ Hoc argumẽtum eſt nullum. vt patet ex mã de futuro contingenti. ¶ Secundo principaliter arguit quidã in quibus inuenitur aliqua perfectio eiuſdem rationis ĩ eis eſt idem modꝰ acquirendi illã pfectionẽ: ſed in angelis ⁊ hominibus eſt beatitudo eiuſdem rationis. Vñ Apocalipſ. xxi. dr̃ ꝙ in illa celeſti Ihrl̃m menſura ãgeli menſura hominis. ergo cũ homines abſq; merito non perueniant ad beatitudinem vr̃ ꝙ nec angeli. ¶ Et confirmatur quia accuſatiuos qui includunt oppoſitionem circa ſtatum operantis non poſſunt eſſe ſimul: ſed actꝰ premij ⁊ meriti includunt oppoſitionem circa ſtatũ operãtis. ergo. añs probat quia mereri eſt illius qui eſt ĩ ſtatu acquirentis ⁊ tendentis ad terminũ. p̃mium autem reſpicit ſtatum non acquirentis: ſed iam poſſidentis: nec tendentis ad terminum: ſed iam exiſtentis a termino: ⁊ hec manifeſte opponuntur. ¶ Ad ſecundum dicit ꝙ maior eſt minor: ambe ſunt ſuſpecte. beatitudo autẽ xp̃i eſt eiuſdem ſpeciei ⁊ perfectionis cum beatitudine noſtra. et tamen ſecundum multos datur ſine meritis. ſecus eſt de beatitudine noſtra. ¶ Item quoad minorẽ apparet ꝙ beatitudo hominis et angeli ſpecie diſtinguntur: Ratio vtrobiq; vr̃ verum tenere quando principia productiua actuum voluntatis vel intellectꝰ ſ

non ſunt habitus ſpecie diſtinguuntur actus producti
ſpecie diſtinguuntur modo angelus ⁊ anima ſpecie di=
ſtinguuntur. ¶ Ad ſecundum dicitur ꝙ minor eſt falſa
nulla eſt oppoſitio inter ſtatum meriti ⁊ premij niſi ex
voluntate diuina quoad nos. ¶ Iſtis argumētis ꝯtra
magiſtrum euacuatis adhuc coloratur poſitio eius ſic
Nouem ſunt ordines angelorum ſecundū ſanctos ad
quos aſſumuntur homines. vt apoſtoli/heremite/ cō=
munes martyres ⁊ eiuſmodi. palam eſt de beata virgi=
ne ꝙ ipſa tranſcendit angelos. ⁊ ita putādum eſt de Io=
anne Baptiſta quo inter natos mulierum non ſurrexit
maior: ⁊ forte de aliquibus alijs. ſed ſufficit. ſancti pau
cos homines admittūt ſuper angelos: ſed plerique (im
mo ferme innumeri) deceſſerūt: ⁊ decedent cum centum
mille actibus meritorijs. ⁊ angeli non erant viatores
niſi per morulā breuiſſimā non ſecundū horam vnam:
immo ſecundum multos tenentes oppoſitum habue=
runt beatitudinem vel penam poſt vnum actum. ⁊ ſecū
dum omnes paucos poterant habere act⁹ meritorios
in tam breui tempore. ¶ Sed hic diceretur ꝙ habuerit
vnum actum intenſum: vel paucos intenſos. imo vnus
actus intenſus preſtat mille remiſſis. ¶ Iſtud non ſuf
ficit. patꝫ. circūſtantia temporis auget meritum. ergo
falſum eſt ꝙ vnus actus intenſus equipolleat mille re
miſſis. actus vt vnum cōtinuatus per decem decimas
vnius hore equiualet actui vt decem qui durat preciſe
per vnam decimam vnius hore. Quod circūſtantia tem=
poris augeat meritum pariter ⁊ demeritum perſuaſuꝫ
eſt. xvij. diſtinctio. primi queſtio. vi. ¶ Inſuper hoc mo
do ſi homo eliciat actum intēſiſſimum quem poteſt ha
bere. gratia exempli vt decem intenſum continuando
ipſum in vna hora. ⁊ angelus eliciat intenſiſſimū actuꝫ
quem poteſt habere (vt quadraginta vel centum): con=
tinuando illum actum per illam horam. homo ī illa ho
ra tm̄ merebitur ſicut angelus: cum equaliter facit quod
in ſe eſt. ¶ Nullum eſt defugium niſi currendo ad circū
ſtantiam perſone. ¶ Sed forte dices iſtud argumentū
poteſt dirigi contra me ⁊ contra cōcluſionem quā tue=
ri ſatago. ⁊ patꝫ ſic. ſi nō ſufficiebat breuis mora vie an=
gelo ad merendum. vt argumētum imaginatur. opor=
tet dicere ꝙ angeli merentur. adhuc ⁊ plurimi ſunt an
ni ex quo creati ſunt ⁊ neſcitur quando erit finis mun=
di. oportet dicere quemlibet āgelum habere plus bea=
titudinis ꝙ̄ habeat Ioannes baptiſta. Immo non erit
facile tueri ꝙ beata virgo plus beatitudinis habeat ꝙ̄
aliqui angeli: ſed ipſa hunc beatitudinem reſpondentē
actibus meritorijs. ⁊ hoc ſi deus acceptaſſet illos act⁹
ſecundum legem communem. Ergo hoc argumentum
tm̄ impugnat concluſionem prefatam: ſicut eius cōtra
dictoriam. ergo non eſt ponderandum. ¶ Reſpondet
⁊ ſi hoc argumētum non concludat ſufficit ꝙ ipſū vtrin
que tanti ſit ponderis: ⁊ ꝙ rationes cōtra magiſtrum di
lui poſſunt. ¶ Secundo dico non eſt ſimile. forte homo
in minori tempore plus meretur ꝙ̄ angelus in magno
propter appetitum ſenſitiuum retardantem a bono.
¶ Etiam dicetur ꝙ deus imponit eis terminum merē=
di ſic ꝙ poſt illud inſtans non mereantur āplius de pre
mio eſſentiali: ⁊ licet ſit eadem periodus omnibus me=
rendi: non tamen omnes equaliter merentur vt de via=
toribus contingit. ¶ Ex hijs patet niſi vltra iſta oīa
adducatur aliquid maioris ponderis poſitio magiſtri
deffendi poteſt. Oppoſitum etiam eſt bene rationabi=
le. ſic ſcilicet ponendo ꝙ oīs angeli creati ſunt in gra=
tia in primo inſtanti quo erant in rerum natura. poſtea
dabatur omnibus parua morula in qua boni meruerūt
⁊ mali demeruerunt. in inſtanti terminanti illam mo
rulam omnes erant in termino: et extra ſtatum vie. bo=
ni beati: et miſeri dānati. ¶ Nec eſt veriſimile ꝙ habu
erunt vnum actum tm̄: ſed multos multum intenſos.
¶ Qualitercunque hic dicatur ſemper erit pondus in ar=
gumento ꝙ communes homines plus beatificabūtur
ꝙ̄ angeli.

¶ Diſtinctio. vi.

Reterea ſciri oportet: quoniam ſicut de maiori
bus et minoribus quidā perſtiterunt: ita de vtro
que gradu quidam corrue
rūt. Inter quos vnus fu
it omnibus alijs caden=
tibus excellentior: nec inter ſtantes aliquis
eo fuit dignior: ſicut teſtimonijs authori=
tatum monſtratur ⁊c.

¶ Diſtinctionis. vi. queſtio vnica.

Irca hanc diſtinctionem ſextam q̄
ritur vtrū prim⁹ angel⁹ appetendo eq̄litateꝫ
dei deliquit? ¶ Titulus queſtionis vnum
ſupponit: ⁊ aliud querit. ſuppōit. primo an=
gelum appetiuiſſe equalitatem dei [illegible]
propoſitionem per dum: ⁊ non per ſi: vel quia. ¶ Sed quia
digladiantur poſitiones ſuper propoſita queſtione.
Aliquibus dicentibus ꝙ non appetijt equalitatē dei:
cum illa ſit impoſſibilis non peccauit ex ignorantia. vel
paſſione: ſed ex electione. modo electio non eſt impoſſi=
bilium. iij. ethicorum. ¶ Alijs dicentibus ꝙ equalita=
tem dei appetierit. ¶ Ideo pro determinatione q̄ſtio=
nis binas pono concluſiones. ¶ Prior eſt. Prim⁹ an
gelus equalitatem dei appetijt. ¶ Secūda concluſio
In hoc appetendo grauiter peccauit. ¶ Prior conclu
ſio ſic deducitur. ad hoc ſonant ſanctorum auctoritates
⁊ magne apparentie. Rationes parui momenti ſūt ad
oppoſitum. ergo prior cōcluſio eſt vera: ⁊ oppoſita mul
to probabilior. ¶ De auctoritate patꝫ de illa. Eſa. xiiij.
Sedebo in monte teſtamenti: in lateribus aquilonis
aſcendam ſuper altitudinem nubium: ſimilis ero altiſ
ſimo que a plerisque exponitur de lucifero: ⁊ optime qua
drat littera. ¶ Dicitur in lateribus aquilonis ꝓpter
noſtram intelligentiam more ſcripture: licet ī polo an=
tartico ſecundum Philoſophum ſit altitudo mundi:
quia ibi reperiuntur nobiliores ſtelle. tamen in ordine
ad nos polus arcticus reputatur ſurſum eo ꝙ alter po
lus antarticus a nobis/ ⁊ exiſtentibus in iudea. ⁊ in ba
bilonia occultatur dicente Virgilio primo georgicorū.
Hic vertex nobis ſemper ſublimis/ at illum Sub pedi
bus ſtyx atra tenent maneſque profundi. Poſſunt alie
auctoritates introduci ſed hoc ſufficit. ¶ Propterea
ratione arguitur. Si primus angelus non appetijt eq̄
litatem dei hoc eſt quia primus angel⁹ nō poterat vel=
le impoſſibile: ſed hoc eſt cōtra Ariſtotelem tertij ethi=
corum ſecundo dicentem. Licet electio non eſt impoſſi=
bilium: voluntas tamen eſt impoſſibilium: vel ꝙ volun
tas ex libertate ſua poteſt velle quicquid interius po=
teſt apprehendere ſub ratione boni veri vel apparētis
ꝙ̄ ꝙ̄ placet multis ꝙ voluntas nō poteſt velle miſeriā:
⁊ nolle beatitudinem. Sed interius poteſt apprehen=
dere impoſſibile ſub ratione boni vt cōſtat. igit. ¶ Se=

.undo arguitur ad idem. ¶ Primus angelus ſecundū
alios appetijt beatitudinem ſine meritis ⁊ gratia hoc
eſt ex ſe: ſed hoc eſt ita impoſſibile ſicut appetere equa-
litatem dei. ergo ſicut concedunt vnum non habent ne
gare aliud poſſibile. ¶ Preterea. damnati odiunt deū
ergo volunt deum non eſſe. vel deo male eſſe: ſed hoc eſt
impoſſibile. igitur. ſi poſſunt velle vnū impoſſibile. ſic
poſſunt aliud. Aſſumptum patet ſecundum illud ps.
Aſcendit ſupbia eorum qui te oderunt ſemper. pſalmo
lxxiij. ¶ Secunda concluſio patet: ex ſe nulla creatu-
ra poteſt licite appetere equalitatem ſui creatoris.
¶ Contra priorem concluſionem arguitur rationibus
beati Thome ⁊ aliorum. Primus āgelus peccauit ex
electione: ſed electio non eſt impoſſibilium. tertij ethi-
corum ſecundo: ſed impoſſibile eſt ꝙ primus angelꝰ ſit
equalis deo. ergo hoc nō volebat pmꝰ angelus. ¶ Cō
firmatur bene ſequitur. Primus angelus eſt equalis
deo. ergo primus angelus non eſt. antecedens erat vo-
litum a primo angelo ꝑ te. ergo ⁊ conſequens: ſed hoc ē
falſum. ergo ⁊ antecedens. ſecunduꝫ beatum Auguſti-
num. iij. eſt. libero arbitrio nemo poteſt appetere ſe nō
eſſe. ¶ Reſpondetur Ariſtoteles in illo capite ponit
diſcrimen inter electionem ⁊ volitionem ⁊ dicit ꝙ voli-
tio in plus ſe habet: hoc eſt. eſt terminꝰ cōmunior expo-
nit Auerrois. Omnis electio eſt volitio: ſed non e con-
uerſo. Iſte terminus electio eſt terminꝰ connotatiuus
pro volitiōe ſu- poſitiōis connotans ꝙ illa ſit poſt iudi
cium duorum comp... dium poſt conſenſum ſillogiſ-
mi practici: hoc non cōnotat iſte terminꝰ volitio. Uult
ipſe dicere ad hoc ꝙ actus voluntatis dicatur electio ꝓ
requiritur ꝙ proponātur duo vel plura que conducūt
ad vnum finem: ⁊ poſtꝗ interius aſſentit cōcluſioni ſil-
logiſmi practici ꝙ eſt acceptandum ad finem aliquem:
tunc voluntas iſtud vult. Talis volitio vocatur ele-
ctio. hoc eſt medicus videt ſortem patiētem quartanā:
non conſultat an ſit curandus hoc preſtituit. poſtea cō
ſultat an ſit vtenda dieta vel ne: ⁊ conſilio Ariſtotelis ī
principio probleumatum non dat dietam tali morbo:
ſed dat calida / poſt ꝗ morbus eſt frigidus ſic ſillogiſat
interius contraria contrarijs curantur: omnis mor-
bus frigidus eſt curandus per calida: hec febris q̄rta-
na eſt morbꝰ frigidus. igiṫ. Poſtea volūtas vult cibos
calidos: iſta volitio vocatur electio et iſta nunꝗ eſt im
poſſibiliuꝫ dummodo cognoſcitur impoſſibile. ſicut in
nuit Ariſtoteles in littera. Si aliquis reputat aliquid
impoſſibile ad quod propoſitum requirit media ad at
tingendū finem illum. ¶ Si dicas quis poteſt ita libe
re q̄rere. media ad impoſſibilia ad finem ſicut ipſum fi-
nem: ergo ſi volūtas eſt impoſſibiliū: ita electio. ¶ Re
ſpondeo hoc non eſt contra me non negaui adhuc ꝙ vo
luntas ex ſua potentia poteſt querere media impoſſi-
bilia ſcita eſſe talia: ſed pauci vel nulli talia querūt be-
ne eſſet ille inſenſato capite qui ad hoc laboraret. ¶ Et
ſi dicas aliqui volebant facere turrī que attingeret vſ-
ꝗ ad celum. Geneſ. xi. Caius caligula volebat occide-
re iouem. (vide Suetoniū) que ſūt impoſſibilia. ¶ Di
citur ꝙ nēbroch ⁊ ſociū eius volebant erigere turrim al
tam ad eos preſeruandos a diluuio ne mergerenṫ mo-
re patrum qui diluuium preceſſerunt: et hoc putabant
poſſibile ⁊ ad perpetuādam eorum memoriam more re
gum egypti facientium pyramides ſecundum ꝙ Mar
tialis tangit in quodam epigrammate barbara pyra-
midum ſileat miracula mēphis Aſſiduꝰ iactet nec ba-
bilona labor Caiꝰ ceſar ob tonitrua pluuias / ⁊ fulmen
iacula direxit contra iouem. Ex quo ſequitur ſcita eo
rum dicentium ꝙ homines nōnunꝗ conſultant de im-
poſſibili ſcito tali. Propter hoc arguit ... ntū volitio eſt
impoſſibilium dicit Ariſtoteles volēs dicere. Aliquis
poteſt velle impoſſibile ſcituꝫ eſſe tale. Et hoc ſatis me
mouet ad dicenduꝫ ꝙ primus angelus poterat velle ſe
eſſe equalem deo vel ſe eſſe deum. Et Terentius intro-
ducit Birriam in andria: charino dicentē. quoniā nō po
teſt id fieri quod vis id velis quod poſſis. Non ſufficit
quod multi dicunt. Iſtud eſt velleitas et non eſt volitio
Illa velleitas (vt ita loquar) eſt volitio que communi-
ter vocatur complacentie licet non ſit volitio efficax ꝓ
inquiſitione mediorum ad finem. Aliomodo capitur
electio quando quis peccat ⁊ nō ex ignorātia: vel pauo
re ⁊ hoc modo diabolus poterat velle ſe eē equalē deo:
non autem ſicut Ariſtoteles capit. ⁊ ſic iſtud argumen
tum eſt in equiuoco: et non ad rem. Ariſtoteles manife
ſte ibi eſt contra arguentes. ¶ Ad aliud argumentum
Si alicuius ꝯñe antecedens eſt volitum. conſequens
debet eſſe volitum. Reſpondetur ꝙ alicuius bone ꝯñe
quis poteſt velle antecedens ⁊ non conſequens ad iſtō
antecedens ſiue ſciat conſequens ſequi ad antecedens
ſiue non de ſecundo non eſt dubium. De primo paꝫ. be-
ne ſequitur ego ſum in luto pro centum ſcutis. ergo ego
ſum in luto ⁊ tamen antecedens eſt volitum ⁊ non con-
ſequens. Similiter bene ſequitur ſortes ꝓijcit merces
in mare propter tempeſtatem vehementem preſenteꝫ.
ergo tempeſtas vehemens eſt. ⁊ antecedens eſt volitū
⁊ conſequens nolitum. Et illa regula non tenet quoni
am conſequens eſt cauſa vnius alterius diſiuncti aſſū-
pti cum antecedente Quod aſſumptum eſt nolituꝫ de-
claratur in exemplo dato tempeſtas vehemens eſt cau
ſa quare oportet proijcere merces in mare vel perire in
mari. Iſtud ſecundum eſt nolitum ſed ſemper in iſto ca
ſu quando quis efficaciter vult antecedens vult conſe-
quens efficaciter quod ſcit ſequi ad illō antecedēs ſtā-
tibus circūſtantijs tamen abſolute nō vult. hoc eſt ſi eſ
ſet ſibi relictus ſine tali circūſtantia. hoc non vellet.
¶ Eodemmodo potes declarare hic / ſortes penitet er
go peccauit. antecedens eſt volitum et non conſequēs
quia conſequens infert antecedens vel aliquid diſiun
ctim acceptum cum antecedente. bene ſequitur ſortes
peccauit. ergo penitendum eſt vel dānabiṫ: ſed nō vult
ſortes dānari. ¶ Secundo arguiṫ. Nihil poteſt volun
tas velle niſi quod eſt prius intellectum. iij. de anima.
⁊ ſecundum illud commune beati Auguſtini: Inuiſa di
ligere poſſumus: Incognita vero nequaꝗ. ergo anteꝗ
angelus appetat equalitatem dei oportuit hoc eſſe ꝓ-
cognitum vel tempore vel nā. Et hoc vel a nā errante
vel non errante. Non primuꝫ quia ſi ſic. error ꝑceſſiſſet
culpam quod inconuenit. Errare ⁊ falſum pro vero pu
tare non eſt nē hominis inſtituti: ſed deſtituti. ¶ Et eo
demmodo non eſt nate angeli inſtituti. ¶ Nō ſecundū
quia illud eſt impoſſibile. ergo error. ¶ Reſpōdetur ꝙ
concedendo ꝙ anteꝗ angelus voluit eſſe equalis deo
apprehendit terminos: ſed non requiritur aſſenſus vel
iudicium. Voluntas eſt tante perfectiōis ꝙ poteſt ali-
quid velle non aſſentiendo: ⁊ ſic error non preceſſit pec
catum. Error eſt aſſenſus. Si arguens dicat voluntas
non poteſt aliquid velle competere alicui niſi aſſētiat:
illi puta ꝙ non poteſt velle ſe eſſe equalem deo niſi aſſē
tiat illi petit principiū contra aduerſariū. et hoc eſt cō
tra Ariſtotelem. tertij ethicoꝝ. ij. ¶ Item argumentū
equaliter militat contra arguentes qui tamen dicunt
ꝙ primus angelus voluit habere beatitudineꝫ a ſe hoc
non ab alio: cum hoc ſit impoſſibile. ¶ Secundum con

FERDINANDVS

cluſionem non impugnabo. quo peccato peccauit primo homo hoc eſt ſub qua ſpecie peccati mortalis. quia intendo determinare de peccatis circa. iiij. diſtinc. huiꝰ ⁊ de ſeptenario numero communi peccati. Et ibi patebit ad quod illorum ſuum primum peccatum maxime habet reduci. ſcilicet ad ſuperbiã. volebat exaltare ſe in contemptum ipſius dei per hoc ꝙ appetijt eſſe deo eq̃lis. Alij inferiores angeli peccabant per ſuperbiam licet minus ꝙ primus angelus.

¶ Diſtinctio. vij.

ſus ſum vt docerem te: vt intelligeres conſolatur affli
ctos Thobie. v. Forti aio eſto in proximo eſt vt a deo
cureris. iij. Reguꝫ. xix. dixit angelus Helye queꝫ etiã
laute refecit ſurge et comede. inquiens grandis eñi ti
bi reſtat via: ducit et reducit Thobie. v. Ego ducã et re
ducam eum ad te. deiecit hoſtes Eſaye. xxxvij. Egreſ-
ſus angelus domini percuſſit in caſtris aſſiriorum tẽ-
ptationes mitigat Geneſis. xxxij. vbi poſt luctam ia-
cob cum angelo: ꝛ benedictione accepta tetigit neruũ
femoris eius. et ſtatim emarcuit oratiões defert Tho
bie vltimo. quando orabas cum lachrymis ego obtu-
li. ¶ Dubitatur an chriſtus habuit angelos cuſtodes
¶ Secundo dubitatur. an angelus malus poteſt pra
uas affectiones cauſare in nobis. ¶ Ad primum dici-
tur ꝙ non cuſtodiri dicit cuſtoditum lapſuꝫ vel labilẽ.
et dicit indigentiam in cuſtodito. modo hoc non conue-
niebat chriſto: nec nature aſſumpte ab eo. bene autem
habuit angelos miniſtros: vt patet Matthei. iiij. Ac-
ceſſerũt angeli et miniſtrabant ei: Sed ɔtra hoc argui
tur Luce. xxij. dicitur. Apparuit ei angelus de celo cõ
fortans eum: et confortatio quedam cuſtodia eſt. ꝛ p̃o.
xc. dicitur. Angelis ſuis mandauit de te: vt cuſtodiãt
te in omnibus viis tuis. ¶ Ad primum dicitur duplex
eſt confortatio: quedam poteſtatiua. et illa eſt eminen
tior in confortante q̃ in confortato: talis confortatio
non erat in chriſto. Alia eſt confortatio miniſterialis:
et de illa loquitur Lucas. et hoc factuꝫ eſt: vt oſtenda-
tur humanitas in chriſto qui confortabatur contra tri
ſticiam inſurgentem in parte ſenſitiua ex app̃henſiõe
mortis imminentis. et hoc eſt quod gloſa interlinearſ
dicit. ſicut propter nos triſtis eſt. neceſſe eſt vt ꝓpter
nos confortatus ſit: nec egebat angelo cuſtode propt

mortem: quia ſua ſponte ſe holocauſtum obtulit ꝓno-
bis ſecundum illud Eſaye. liij. oblatus eſt quia voluit
et Joannis decimo. ego pono animam meam: et ite-
rum ſumo eam nemo eam tollit a me: ſed ego pono eã
a meipſo. ꝛ que ſequuntur. ¶ Ad illud pſalmiſte dicẽ
ꝙ non intelligitur de capite chriſto propter ſe: ſed pro
pter ſua membra. ¶ Ad ſcðm dicitur ꝙ angelus mal⁹
non poteſt immediate cauſare aliquas qualitates in
anima noſtra nec obiectiue intuitiue: nec aliter ꝓhoc
ſtatu non eſt obiectum intuitiue noſtre. ꝛ ſi obiectũ eſſet
aliter nullam noticiam vel actum voluntatis in aĩam
noſtram cauſare poteſt: ſicut in diſtinctione ſuperiori.
minus rationabile putauimus ꝙ angelus auditionẽ
cauſet in angelo: quia ſic demon triſtitiam iram et odi
um poſſet cauſare in angelos beatos: niſi deus impe-
diret. et in damnatos hoc non debet poni. et quicquid
ſit de angelis nullam qualitateꝫ poteſt cauſare in ani
mam informãtem corpus potiſſimuꝫ mortale. demon
tamen poteſt ludificare ſenſus humanos ponendo in
ter nos et viſibile obiectum opacum impeditiuum illi
us viſibilis: põt ponere varios colores iuxta ſe ꝙ ap-
pareant plures: ſicut in Iride in cauda pauonis vel ĩ
collo columbe. videmus etiam ꝙ vnus pannus delica
tus poſitus ſuper aliuꝫ: cauſat alium colorem. ¶ Si-
militer poteſt mutare receptiua ſpecieruꝫ. Dubiuꝫ eſt
apud multos: an poteſt mutare viſionem et ſpecies vi
ſiuas de ſortem platonem non ponendo accidens de
ſubiecto in ſubiectum: ſed ipſu... [illegible]
lecto: ſed ponendo ꝙ ſubiectum primum viſiõis eſt ag
gregatum ex corpore partiali et anima intellectiua ſi
ne corruptione ſubiecti: hoc facere nequit. Etiam illo
dato cecus naturaliter poteſt videre in ſenſu compoſi
to contra Ariſtotelem primo poſteriorum. et hoc mo-
do fiunt faſcinationes. xviij. de ciuitate dei capit. xviij.
Auguſtinus refert varronem narrare ꝙ quandam ma-
ga ſocios vliſſis mutauit in beſtias: et tamen ita non e-
rat ſecundum veritateꝫ: cui quadrat illud poete. Car
minibus Circe ſocios mutauit vliſſis. Et ɔſonat gloſa
interlinear. ad Galathas tertio. O inſenſati galathe
quis vos faſcinauit veritati non obedire. vbi gloſa q̃ſ
ante oculos eſt non videre interdum eſt per malos hu
mores oculos inficere ſecundum illud vergilii in bucc-
colicis. Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat ag-
nos. Cum arte ioculatoria trabẽ grauẽꝫ videaẽ trahe
re galus. et exiſtentes in cena videtur decollati. dom⁹
vacua ſerpentibus ac illuſione eiſdem referta videaẽ.
quare hoc negabitur a callido demone. Si per natu-
ras herbarum et lapidum apud Albertũ. et alios mi
randa narrentur poſſe fieri: hos effectus incompara
biliter melius nouit altioris ſpeciei angelus.

¶ Diſtinctio duodecima.

HEc de angelice nature
conditione dicta ſuffici
ant. Nunc supereſt de
aliarum quoq͏ꝫ rerũ cre
atione / ac precipue de
operum ſex dierum di-
ſtinctione nonnulla in
medium proferre. Cum deus in ſapientia
ſua angelicos condidit ſpiritus: alia etiã
creauit / ſicut oſtendit ſupradicta ſcriptu

ra Geneſis que dicit. In principio deum creaſſe celum. id eſt angelos: et terraꝫ ſcꝫ materiam quattuor elementorum adhuc confuſam et informem: que a grecis dicta eſt chaos: et hec fuit ante omnem diē. Deinde elementa diſtinxit deus: et ſpēs proprias atqꝫ diſtinctas ſingulis rebꝰ ſecundum genus ſuum dedit: que non ſimul (vt quibuſdam ſanctorum patrū placuit) ſed per interualla temporū ac ſex volumina dierum (vt alijs viſum eſt) formauit.

## ¶ Diſtinctionis. xij. Queſtio vnica.

A ſuperioribꝰ magiſter loquutus eſt de angelis et creaturis ſpiritualibus ¶ Nūc autem proſequitur materiā de creatione loquens de materia ꝛ que varie a patribus exponuntur illi paſſus geneſeos. In principio creauit deus celum et terram. aliqui per terraꝫ intelligūt materiam primam nudam ſine forma. aliqui formam corporeitatis cum materia intelligunt: vt ex dicendis lucidius euadit. gratia cuiꝰ. Queritur: an ſint due ptes in compoſito ſubſtantiali: quarum alterutra poteſt eē ſine altera. ¶ Reſpōdetur per cōcluſiones quatuor. ¶ Quarum prima eſt. Materia eſt pars compoſiti realiter diſtincta a forma. Probatio. In generatiōe corrumpitur forma ſubſtantialis precedens et producit noua: et materia ſubicitur vtriqꝫ termino tranſmutationis: vt dicitur primo phiſicorum. ¶ Item qñ lignū vel ſtramen corrūpitur. Illic aliquid manet et nō forma ſubſtantialis. immo nihil aliud q̄ materia ipſa in quā egit agens corruptiuum forme. ¶ Preterea ſcđo de anima circa principium ſubſtantia diuiditur in materiam et formam: et compoſitum ex his quod vocat hoc aliquid eo ꝙ tota ſubſtantia demonſtratur ꝑ pronomen hoc vel ſuum condeclinium ubi materiam potētiam: formam ꝛ ſpēm vel andilechiam vocat. eo ꝙ materia eſt in potentia ad formas ſuſcipiendas. ¶ Secūda concluſio. Deus poteſt facere materiaꝫ ſine forma ſubſtantiali. Probatio quandocunqꝫ ſunt due res abſolute create quarum neutra eſt pars alterius deꝰ poteſt quamcunqꝫ illarum rerum conſeruare reliqua corrupta. hoc vtrobiqꝫ videtur verum dico abſolute: propter reſpectus intrinſecus aduenientes quarum neutra eſt pars alterius: et totum ſine partibus (ex quibꝰ conflatur) conſeruari nequit. modo materia et forma ſūt due creature realiter diſtincte: et res abſolute quarū neutra eſt pars alterius: etiam ſcđm aduerſarios. igitur. ¶ Confirmatur quando agens naturale corrūpit formam ſubſtantialem vnius rei non eſt neceſſe ꝙ deus concurrat ad productionem alterius forme ſubſtantialis poteſt tñ ↄcurrere ad prius non concurrendo ad poſterius. quo facto erit materia ſine forma ſubſtantiali. Iſtud probatur etiam de corpore chriſti ī triduo potiſſimum contra hunc doctorem ponentem vnā formam in homine. ¶ Tertia concluſio. Deus poteſt ſeparare omnem formam accidentalem a materia. ¶ Probatur concluſio. Capta illa maxima qua probare niſi ſumꝰ priorem concluſionē: huic equaliter applicatur. Hoc ipſuꝫ patet per diffinitioneꝫ accidentis a Porphirio datam. Accidens eſt quod adeſt ꝛ abeſt ſubiecto preter ſubiecti corruptionem. ¶ Quarta cōcluſio. Deus poteſt facere materiam ꝙ non figuretur: nec habet extenſionem partium: quod ptꝫ. poteſt ponere partes mutuo per penetrationem. quod patꝫ. in decima diſtinctione quarti. ¶ Contra primam cōcluſionem arguitur ſic. Materia eſt ens in potentia ſoluꝫ vt patet primo phiſicoꝝ. et actus opponitur potētie. nono methaphiſice. ergo materia nō eſt exiſtens actu. ¶ Preterea ex duobus actibus non fit vnum tertiuꝫ. ergo ſi forma diſtinguatur a materia ex his nō reſultat vnum tertium. ¶ Ad primum diſtinguitur ꝙ eſt ens ī potentia: vel ens in potentia obiectiua tm̄. et ſic nego: quia hoc opponitur actui: vel ens in potentia ſubiectiua: et ſic conceditur. ¶ Ad ſecundum dicitur ꝙ dupliciter dicitur ens eſſe in actu. vnomodo quia verum ē dicere ꝙ hoc actualiter exiſtit. et ſic eſt tranſcendens cōuertibile cum ente. ¶ Aliomodo aliquid dicitur eſſe ī actu formali: q: eſt forma: vel compoſitum ex materia forma ꝛ ex duobꝰ entibus in actu: ſcđo mō non fit vnū tertium. ¶ Ulterius arguitur ſcđm philoſophuꝫ. vij. methaphiſice. Materia nec eſt qđ / nec quale / nec quātum / cum non poteſt eſſe reſpectus nihil eſt diſtinctum a forma. ¶ Preterea beatus Auguſtinus dicit. xi. cōfeſſionum: duo domine feciſti. vnum prope te: aliud ꝓpe nihil. per nihil materiam primam intelligit. ¶ Ad ſcđm dicitur ꝙ materia non eſt quid completum / nec quantum ↄpletum / ſicut totum ↄpoſitum / nec quale vel non cognoſcitur tale: niſi in analogia ad formam. ¶ Ad auctoritates Auguſtini: citius ſunt contra arguentem. quia cum eſt ꝓpe nihil eſt aliquid non magne imperfectionis. Non ſtes in proprietate ſermonis in veritate huiꝰ eſt aliquid prope nihil. Non eſt opus reliquas concluſiones impugnare: videntur mihi certe: licet quidam doctor teneat ꝙ materia non poteſt eſſe ſine forma: ꝑ aliquā potentiā. nec in hoc dicto: nec in probatione illius video aliquid apparentie: nec in dicto magiſtri in littera tenentis ꝙ deus non poteſt facere materiam ſine forma: quod tenet Hugo de ſacramētis libro primo parte prima capitulo quarto. ¶ Neuter eorum affert rationem nec afferre poteſt. Probatio concluſionis eſt manifeſta contra eos. Et Auguſtinus. xij. ↄfeſſionum circa principium. ait enī ſic. Nonne tu dñe docuiſti ꝙ priuſq̄ informē iſtam materiaꝫ formares atqꝫ diſtingueres: non erat aliquid nō color: nō figura: non corpus: non ſpiritꝰ: tñ non oīno nihil erat. Erat enī quedam informitas ſine vlla ſpē. Et ſequitur Cur ḡ non acciperam informitatē materie quā ſine ſpē feceras. Un̄ ſpecioſum mundū faceres. vt appellaret terra inuiſibilis et incōpoſita / et ea q̄ ibi ſequunt.

## ¶ Diſtinctio. xiij.

PRima autem diſtinctionis operatio fuit formatio lucis: ſicut oñdit ſcriptura Geneſis: que commemorata rerum informitate earum diſpoſitionem a luce inchoauit ſub

dens. Dixit deus: fiat lux: et facta eſt lux: et diuiſit lucem a tenebris. Appellauitq; lucem diem et tenebras noctem. ⁊c.

## ¶ Diſtinctionis .xiii. Queſtio vnica.

IN iſta .xiij. diſtinctione vbi magiſter loquitur de creatione lucis / et luminis quero in q̄ſtione an radius lucis vel alterius obiecti ſit corpus? ¶ Pro q̄ſtionis elucidatiõe ſupponatur ꝙ radius nihil aliud eſt q̄ ſpecies rei viſibilis: corpora tamẽ luminoſa dicuntur ſpecialiter radiari: quia radiis cetera illuſtrãt. ¶ Hoc prelibato reſpondetur per concluſiones duas ſequentes. ¶ Quarum prior eſt. Quilibet radius viſualis eſt corpus de predicamento quãtitatis. patet: eſt res exiſtens triplicem habẽs dimẽſionem. ergo eſt corpus de predicamẽto quantitatis. cõña liquet. Et añs patet. quia ſuſcipit in corpore ꝑſpicuo extenſo modo accidens impartibile non ſuſcipitur in ſubiecto diuiſibili extenſiue. ¶ Secunda cõcluſio. Nullus radius viſualis eſt corpus de predicamento ſubſtantie. ¶ Probat̃ cõcluſio. Lumẽ eſt viſibile ſicut lux / ſcḋo de anima. et eſt radius lucis: quia lux corpori lucido inheret. ergo aliquis radi⁹ viſualis non eſt ſubſtantia: cũ ſubſtãtia non eſt obiectũ per ſe viſus. et idem eſt iudicium de oĩbus. ¶ Contra iſtas concluſiones arguitur ſic. Penetratio corporũ eſt impoſſibilis quarto phiſicoꝝ. ſed lumen ſtat cũ corpore tranſparẽte: q: niſi ſic aer cederet ob aduentũ luminis quod non eſt dicendum. ¶ Secundo arguitur. Si lumen vel radius viſualis eſſet accidens: tunc accidens migraret de ſubiecto in ſubiectũ. cõñs eſt falſũ. ergo et añs. Falſitas cõñtis relinquitur nota. Probatio cõñe de radio procedente a corpore radiãte ꝑ medium. ¶ Ad primum diſtingo ꝙ penetratio corporum ẽ impoſſibilis: vel corporum de predicamento ſubſtãtie et ſic concedo: vt experientia docet: vel corporum de p̄dicamento quantitatis: ſic negatur. materia et forma extenſa et accidentia materie vel toti compoſito inherentia ſe compatiuntur. et tamen quodlibet illorũ eſt corpus de predicamento quantitatis: ſi teneatur quãtitas res quanta. ¶ Ad ſcḋm argumentũ nego ꝙ radius de ſubiecto in ſubiectum migret lux in corpore lucido: vt in carbunculo vel noctiluca producit ſuã ſpeciem. et eſt lumen in aere vel aqua. et ſic fit multiplicatio ad certam diſtantiam primum lumen. ſcḋo eſt fortius: ⁊ ſecundum eſt tertio vigoroſius: quia oĩe agens naturale fortius agit actione directa in propinquum q̄ in diſtans: tandem deuenitur ad radios remiſſos et debiles ſic ꝙ illi alium producere nequeant: quod pꝫ de bullis in aqua a lapide cauſatis calore. ⁊ ceteris id genus. Sed cõtra hoc arguitur. quando radi⁹ feneſtrã ingreditur nunc eſt in orientali parte domus: nunc in occidua: et tamen aer non mouetur. ergo radius ſolis vel alterius corporis luminoſi de ſubiecto inheſionis in aliud migrat. ¶ Rñdetur concedendo ꝙ ille aer nõ mouet̃: ſed nego ꝙ radius moueatur ꝑ aerẽ: ſed imperceptibiliter corrumpitur vnus: et producit̃ a corpore luminoſo alius. ¶ Tertio arguit̃. Illa ſpecies rei viſibilis poteſt videri in medio: vt ſi radius ſolis vitrũ rubeum in feneſtra penetret. videtur illa ſpecies in pariete oppoſito: et illud pꝫ de ydolo viſo in ſpeculo. Sed iſtud eſt alienum a ſpecie ꝙ videatur. igitur. ¶ Rñdet̃ Non eſt certum de illo quod apparet rubeum. aliqui dicunt illum eſſe verum colorem in aere ſuſtentatum: vt in tertia diſtinctione primi meminim⁹. ¶ Scḋo poteſt dici ꝙ ſpecies non poteſt videri in corpore tranſparente niſi terminetur ad aliquod corpus opacũ: et tũc ſufficienter videtur ſicut dicit commentator ſuper de ſenſu: et de ſenſato capitulo primo. Quãdo lux reflectitur ad plantas virides colorantur parietes viriditate. Eodemmodo dicetur de ſpecie tranſeunte per vitrũ rubeum terminata ad parietem oppoſitũ. ¶ Tertio poteſt dici ꝙ eſt rubedo vitri viſa per lineam reflexam et nulla ſpecies videtur: quia hoc aggregatum reputatur obiectum viſus apud cõiter loquẽtes: color / lux lumen / cum eorum concretis. coloratum / lucidum / luminoſum. eadẽ eſt difficultas de ſubiecto idoli: vt q̄n vidi hominem in ſpeculo querendo de ſubiecto illius ſi ponatur illa effigies ſpecies realiter. Iam eſt queſtio de ſubiecto illius: an aeri ſpeculo contiguo inhereat vel ipſi ſpeculo. ¶ Si dicatur ꝙ ſubiectetur in aere Contra. moto illo aere manet ſimulacrum continuo ergo aeri non inheret. Etiam ad diuiſionem aeris debet diuidi. ¶ Si dicatur eſſe in ſpeculo. Cõtra oĩe accidens extenſum: ſic ſe habet ꝙ ad diuiſionem ſubiecti ipſum diuiditur. pꝫ inductiue [illegible] in partes minutas ſimulacrum illeſum apparebit. et ad ſpeculorum numerum numerabũtur ſimulacra.

¶ Hec ratio vix conuinceret aduerſarios ſatagentes tenere oppoſitum dicerent ꝙ ad motum aeris generatur nouum ſimulacrum ab obiecto preſenti: et ad diuiſionem ſpeculi nouũ ſimulacrum producitur: et vetus corrumpitur non eſt oĩmoda affinitas ipſarũ ſpecierum cum calore et frigore: et ſimilibus qualitatib⁹. ¶ Propterea ſpecies quandam ſpiritualitatẽ induunt. ¶ Tertio dicitur. Nulla eſt ibi ſpecies viſa: nec aliquod ſimulachrum viſum: ſed eſt obiectum principale viſus per lineas reflexas: ſcḋm illud Alani. Nõ eſt in ſpeculo res quam ſpeculamur in illo. Nec oportet ꝙ res viſa per lineam reflexam tãte magnitudinis appareat in moderata diſtantia ſicut eſt: ſicut aduerſarij habent dicere de ſpecie interdum etiam quantitatem percipimus: et non percipimus figurã rei viſe: vt patet re viſa per aquam turbidam. ¶ Quarto arguitur. aliquis radius perpendicularis eſt: et directus. aliquis autem reflexus: tertius autem refractus: ſed illa corporibus de predicamento ſubſtantie conueniũt. ergo radius eſt corpus de predicamento ſubſtantie. ¶ Rñdetur diſtinguendo ꝙ ſit reflexio vel proprie dicta: vt quando aliquid mouetur ad aliquem locum: et ipſum idem reiteratur ad eundem locum per motum localẽ et nego ꝙ hoc conueniat radio: ſed ſolum corporib⁹ de predicamento ſubſtantie: reflexio metaforica conuenit ſpeciebus. ¶ Et pro vlteriori intelligentia preſupponatur illa trita diſtinctio perſpectiuorum: de triplici radio. Nam quidam eſt rectus ſiue perpendicularis quando radius a corpore lucido: vel colorato incidit ſuper ſpeculum ſecundum lineam rectã: ita ꝙ vtrinq; relinquit angulos rectos. De quo totus primus liber perſpectiue cõmunis tractat. ¶ Sed tũc eſt radi⁹ reflexus quando ab obiecto radius incidens ſup ſpeculum non poteſt ipſum pertranſire: ſed propter denſitatem reuertitur ad partem: quia viſibile non potens cauſare ſuum radium per totam ſuam diſtan‑

ſia᷑ per lineam rectã ipſum cauſat in reflectendo cau ſan ꝫ duos angulos acutos: ſcꝫ angulum incidentie: equalem angulo reflexionis: ſicut contingit ad ſenſum quando quis oblique proijcit pilam ad parietem. ita ꝙ linea ducta a proijciente ad parietem ꝗ eſt linea incidentie: facit angulum incidentie acutum: eadẽ pila reſilit iterum oblique per lineam reflectionis: et conſtituit angulum reflexionis equalem angulo incidentie vt patꝫ propoſitione ſexta ſcḋe partis ꝑſpectiue Cãtuarienſis. et hoc oportet quia anguli contra ſe poſiti ſunt equales de iſto radio in ſcḋo libro perſpectiue tractatur. Radius refractus eſt quando radius incidens ſuper ſpeculum: ſed non in directum: ſed ad vnaꝫ partem vel aliam conſtituit angulum in ſuperficie ſpeculi: aliter tamen frangitur quãdo procedit de medio rariori ad mediuꝫ denſius: vt de aere ad aquam ꝗ ecõuerſo: quia tunc frangitur ad perpendicularem. ¶ Et ratio eſt radius perpendicularis ſiue centralis reliqs radijs eſt fortior: et cum medium eſt denſius reſiſtit: radij obliqui accedunt ad perpendicularem. et ſe fortificant: non ꝙ de vna parte aeris in aliam migrant: vt in huius queſtionis capite antea meminimꝰ.

¶ Oppoſito modo contingit quando radius proceſſit a corpore denſo in corpus rarum: et iſta cõtingunt ſiue ſpeculum fuerit naturale: vt pupilla oculi ſecunduꝫ illud Vergilianuꝫ: nuper me in littore vidi: ſiue ſpeculum artificiale: vt poſito corpore opaco poſt corpꝰ dyaphanum [illegible] communiter fieri ſolet. De quo in tertio perſpectiue. ¶ Sed dices radius perpẽdicularis eſt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime cuꝫ radio refracto vel reflexo: ſed perpendicularis tendit in locuꝫ ſui originis. ergo ſimiliter alij duo radij. ¶ Alterꝰ ſequitur ꝙ quis videbit faciem ſuã in pariete. patꝫ qꝛ ab ipſo reflectuntur ſpecies. ¶ Ad primum dicit᷑ ꝯña eſt nulla. Non eſt ratio quare radius perpendicularꝭ plus moueatur ad vnam partem ꝗ ad reliquaꝫ ſecus eſt de alijs radijs: vt in perſpectiua declarari ſolet.

¶ Ad ſecundum nego ꝯñam. Non quelibet reflexio ſufficit ad cauſandam viſioneꝫ: opꝫ ꝙ ſpecies reflectãtur vnite. et a corpore polito/et bene terſo. et hoc potiſſimum in habente oculos bene diſpoſitos Ariſtotelicus antyphon (vt videre eſt primo metheororuꝫ) ſeipſum vidit in ſpeculo: aer erat ei ſpeculuꝫ ob debilitatẽ viſus. ¶ Alterius arguitur. Oculus videns obiectuꝫ per lineam reflexam nõ iudicat viſibile eſſe vbi eſt: immo obiectũ apparet eſſe vltra ſuperficiem ſpeculi: vbi linea reflexionis terminata ad oculum pertigerit: ſi protraheretur in rectum vltra ſuperficiem ſpeculi in occurſu catheti. ¶ Preterea per iſtas ſpecies iudicamus lunam eſſe vicinam terre. et lanceam ardenteꝫ cadere de octauo celo. ergo iſte ſpecies non conferunt ad viſionem: ſed potius ad illuſionẽ. ¶ Amplius duo ſunt oculi per quos ingrediũtur huiuſcemodi ſpecies ergo erunt due viſiones: et per ꝯñs ſemper iudicabuntur duo obiecta. ¶ Ad primum concedo añs: vt probatur vigeſima propoſitione ſcḋe partis perſpectiue vbi cantuarienſis dicit in ſpeculis planis: et alijs maiori parte imagines apparere in cõcurſu radij viſualis cũ catheto. ꝯña eſt nulla ſcḋm aduerſarios negãtes ſpecies huiuſmodi deliria contingunt ſpecies ꝗtuꝫ eſt ex parte harum ꝯducunt: et multa per reflexionẽ ſpecierum: et ſpeculi videntur que aliter non viderentur: vt per appoſitionem duorum ſpeculorum vel plurium. partes poſteriores [illegible] et anteriores: ſuperiores et inferiores intuemur. quas alias contemplari non valemꝰ. ¶ Similiter cum eadem candela per appoſitionem ſpeculorum plures legunt: qui ſine ſpeculis legere neſcirẽt. Non inficior quin ibi contingant deliramenta. qꝛ rem maiorem ſpecula concaua: minorem conuexa: latam ſpherica: oblonga pyramidalia aut columnaria repreſentant. vt in coclear bene polito intueri poteris ĩ ſuperficie concaua illius: et conuexa. et in partibus manubrij eiuſdem. ¶ Ad ſcḋm concedo añs. Non bene iudicamus de diſtantibus nubes celo vicinas: et duas arbores longo interuallo diſtãtes (dummodo ſunt nobis remote) iudicamꝰ propinquas. et hoc eſt quod dicitur concluſione. lxiij. prime partis perſpectiue. ſola diſtantia mediocris viſui eſt certificabilis. et hoc per corpora interiacentia continuata et ordinata. Et concluſione. lxxvi. eiuſdem. Nulla quãtitas rei immoderate diſtantis eſt oculo certificabilis. ¶ Ad tertiuꝫ reſpondetur. ꝯña eſt nulla ſenſum viſus pre alijs ſenſibꝰ maximum diligimus primo methaphiſice: cecos in teſtimonium adduco: et thobiam ſeniorem qui dicebat: quale gaudium eſt mihi qui lumen celi non video.

¶ Propterea natura duos nobꝭ miniſtrauit oculos: vt ſi altero illorum orbati fuerimus remaneret alius: ſed quia duo rami/ nerui optici/ ꝓtenſi/ ad duos oculos vniuntur: vbi ſpecies vnite recipiuntur. Propterea non plura repreſentat obiecta poeticus argos. De quo apud Naſonẽ cantur. Centum luminibꝰ cinctũ caput argos habebat: quem monoculus ſtrabo vel luſcus niſi digito. vel aliter oculum leueꝫ extra ſuũ ſitũ.

¶ Ultimo arguitur. Lux generat ſubſtantiam: ſꝫ nullum accidens producit ſubſtantiam. ergo lux nõ eſt accidens. Maior patet: ſi capiatur ſpeculum concauum et oppoſito ſolis ponendo in centro illius bombicem vel rem facile combuſtibilem. ¶ Rñdetur negando ꝙ lux producat ſubſtantiam tanꝗ cauſa totalis: corpus lucidum illam ſubſtantiaꝫ producit. Non inconueniet cauſam equiuocam partialem eſſe imperfectioreꝫ ſuo effectu. ¶ Ex iſtis patent aliqua. ¶ Primo quare ſenes legunt cum ocularibus neſcientes legere ſine eis propter diuerſitatem mediorum littera apparet groſſior et facit maiorem angulum in oculo. ¶ Secundo patet quare baculus cuius altera medietas eſt in aere. et alia in aqua apparet fractus. ¶ Tertio patet ꝗre denarius proiectus in peluim: in aliqua diſtãtia nõ poteſt videri ſine aqua. et tamen ille denarius in eadẽ diſtantia vel paulo maiori per impoſitionem aque poteſt videri. ¶ Et ex illo iterum ſequitur quarto. ꝙ qñ ſunt nebule inter nos et ſolem ipſe videbitur anteꝗ aſcendat ſuper orizontem noſtrum cõem. Et ex illo gnari paſtores conijciunt futurum diem pluuioſum. ¶ Et hec de queſtione ſufficiant.

¶ Diſtinctio. xiiij.

Dixit quoqꝫ deus fiat firmamentum in medio aquarũ: et diuidat aquas ab aqꝭ: diuiſitqꝫ aquas que erant ſub firmamento ab his que erãt ſuper firmamentum. ꝛc.

¶ Diſtinctionis. xiiij.
Queſtio prima.

In iſta.xiiij. diſtinctiõe loquitur magiſter de celo empyreo. Quero circa hanc diſtinctionem iſtum titulum queſtionis: an quodlibet celum moueatur et an poſſumus ſaluare in celo que contigunt/et quomodo poteſt ſciri eorum propinquitas ⁊ diſtantia. ¶ Pro ſolutiõe queſtionis pono concluſiones. ¶ Prima eſt. plures ſunt celi moti. ¶ Secunda concluſio. Licet hõ poteſt defẽdere ꝙ preciſe decez celi ſufficiunt ad ſaluanda omnia que habemus ponere ſine cõtradictione. rationabilius eſt tamen ponere vndecim celos. ¶ Tertia concluſio. Unum eſt celum ad minus non motuz. ¶ Quarta concluſio. Idem celum mouetur ſimul ab oriente ad occidentem: et ↄtra. vt ptz de omnibus celis dempto primo mobili. ¶ Prima concluſio ptz: quia plures ſunt celi: patet planete/et ſtelle non mouentur ſicut piſcis in aqua: quia ſi vis ita proteruire tunc celum eſſet rarefactibile/et condenſabile. et per ↄñs corruptibile naturaliter quod eſt inconueniẽs: ptz ↄña ſicut qñ ſagitta mouetur per aerem ibi eſt rarefactio/et ſimiliter quãdo lapis mouetur per aquam: ſed ad rarefactionem ſequitur condenſatio: vel duo corpora de predicamento ſubſtantie erunt in eodem loco. ¶ Item ſicut dicit philoſophus ſcḋo de celo. Si natura dediſſet planete motum progreſſiuum: dediſſet et inſtrumenta ad mouendum q̄ tamen non dedit: ſed experimur ſolem et lunaz eſſe in coniunctione. et oẽs planetas a ſole comburi eos interdum eſſe in quarto aſpectu. Interdum in tertio: et hoc non põt eſſe ſi eſſent in eodez celo. ergo ſunt plures celi pro planetis: et qualiter hoc cõcluditur de luminaribus: eodemmodo poteſt concludi de alijs cõmunibus planetis. et inter ſe/et in ordine ad luminaria ergo oportet dare plures celos ad minus ſeptez. ergo plures. ¶ Idem ptz de planetis erraticis/et ſtellis fixis: quia he ſcintillant. ille vero non vt dicitur primo poſteriorum. et vt patet ad ſenſum planete iſtorum celorũ ſunt erratici: non quia declinãt a linea ecliptica ſicut nonnulli imaginati ſunt: quia tunc ſol nõ eſſet de numero planetarum erraticoruz qui ſemper mouetur ſub linea ecliptica: ſed dicũtur erratici: q2 inter ſe nõnunꝗ eſt magnum interuallum: interdum paruum.

¶ Octauum celum vocatur firmamẽtum propter ſtabilitatem ſtellarum: in eis nota hodie inter drachonez et plauſtrum intercapedinem vel inter quaſcunq3 ſtellas illius orbis. et ſemper falſum inuenies: quare vocatur firmamentum ob ſtellarum inter ſe firmitatem. non eſt petenda pluralitas ſine neceſſitate pro omnibus ſtellis poſitum eſt vnum celum: q2 non videtur ꝙ ſi fuiſſent plures celi pro illis ſtellis ꝙ ipſe ſtelle ſemꝑ equaliter diſtarent plus ꝙ̄ in alijs celis. Sup hoc celũ ponitur nonũ celum ſiue aqueum: nõ ꝙ ibi ſit aqua naturalis ad frigefaciendos celos/ne per motum caleñant et deſtruantur: quia ipſum nõ ſuſcipit peregrinas impreſſiones. ¶ Sed q2 eſt quedam affinitas inter aquam. ⁊ hoc celum in luciditate. De hoc dicitur in p̄s. Benedicite aque omnes que ſuper celos ſunt domino. Aliqui putãt nonum celum eſſe illud aqueum azurei coloris quod nobis apparet in ſereno tempore. licet alij hoc aeris denſitati aſcribant dicentes celum nõ poſſe a nobis videri propter eius raritatem: vt de igne cõtingit. ¶ Propinquitas celorum ex planetis eſt deprehenſa luna viſa eſt ſolem et alios planetas eclipſare. ipſa autem a nullo planeta vnꝗ paſſa eſt deliquiũ quare eius celum nobis propinquiſſimum ponebatur. Et eodemmodo reperte ſunt altitudines/et depreſſiones aliorum celorum ſecundũ ꝙ vulgo dicitur. poſt ſim ſuz ſequitur vltima luna ſubeſt/ſol a venere/et mercurio propter ꝓpinquitatem non eclipſatur. ⁊ q2 eſt fons celorum: ⁊ ceteros planetas illuminaret: ponitur tanꝗ rex in medio regnorum medio planetarum. Si fuiſſet infimus loco lune poſitus ſuo calore omnes deſtrueret. ¶ Si eſſet loco ſaturni omnia ob caloris defectum perirent. ¶ Q2 moueant ptz: ſtelle apparent aſcendere in oriente/et ſucceſſiue aſcendere ad medium celum: et poſtea petere occaſuz. hoc patz de Pliade in principio tauri: ſi quis in autumno/et hyeme aduertat: et eodẽ modo de alijs ſtellis: et ſic de ſole et planetis: reliquis ſic de vtraq3 vrſa circa polum arcticum mora: per quarum motus multa vulgus iudicat. nec potes iſta ſaluare per motum circularem terre: et quietem celi. ¶ Cũ primo ſagitta ſurſum emiſſa deſcendit ad illum locum a quo exiuit: ſed ſi terra fuiſſet circulariter mota. hoc nõ contigiſſet ſignãdo tranquillitatẽ in aere. Inſuper ſequeretur ꝙ aer incluſus inter duos montes: et prope montem moueretur ab occidente ad orientem cum ipſo monte contiguus. ↄñs eſt falſum. ergo et añs. ↄſequentia eſt lucida. ¶ Falſitas ↄñtis patet. tunc auis moueretur multo velocius ad orientem: ꝙ̄ occidentẽ et penne eius erigentur dum volat ad orientem: vt cõtingit de volante cum vento: [illegible] velocius curreret ad orientem ꝙ̄ occidentem: cum in vno aer contra mouetur: in alio et ſuffragaẽ. vt cõtingit de mouente cum vento/et contra ventum: et eſto ꝙ diffugium inuenias ꝙ aſcenſus ſtellarum ab oriente in occidentem ſaluantur per motum terre: ab occidente ĩ orientem: vel ꝙ aer contra mouetur terre. et ſic ſagitta in locum in quem emittitur cadit. Cõtra hoc poteſt duci experimentum de motu auium/et hominum. ꝙ homo citius currit ad occidentem cum ad hoc mouetur aer. Inſuper hoc ſeruare nequis de planetis erraticis. qui interdum ſunt vicini: interdum remoti: ⁊ nunꝗ appropinquant vni ſtelle fixe: et ſub ipſa ſunt interdum ab eadem ſunt remota. ¶ Secunda concluſio habz duas partes. Prior eſt ꝙ poteſt defendi ꝙ ſunt preciſe decẽ: ptz hoc Ptolemeus et Joannes de ſacrobuſco author de ſphera poſuerunt ꝙ eſſent nouem/et Ariſtoteles poſuit vltra firmamentum: et ꝙ nonum celum vit eſt primum mobile ſecundum eos: et tñ neceſſarium ẽ dare celum non motum pro beatis. et non poteſt fieri argumentum ↄtra eos quin euadere poſſunt: ⁊ cũ hoc hẽnt non eſſe ponendã pluralitatem ſine neceſſitate: ſaltem ſecundum colorem verborum. igitur. Secũda pars patet. ſeptem ſunt celi pro planetis. ⁊ hic non loquor de partialibus orbibus: ſcz excentricis ſimplr ⁊ cõcentricis ſecundum quid: vel de epycicle: ſed loquor ꝓ toto vno orbe ſufficiente ad totum motum vnius planete: et cuz hoc oportet ponere firmamentum. ergo ibi ſunt octo ſine celo empireo: ſed Ptolemeus point nonum mobile. et ad hoc eſt ratio. ¶ Compertũ eſt ꝙ firmamentũ mouetur ab occidente ad orientẽ in 36000 annis. et licet non ſint ſeptem mille anni ab initio mũdi tamen compertum eſt ꝙ celum pertranſit vnum gradum in centum annis. hoc eſt ſignato vno puncto in zenith capitis. puta vna ſtella per inſtrumenta aſtronomica compertum eſt illam moueri orientem verſus in centum annis vnum gradum deſcribendo. et ſi hõ non

tantum viueret. poteſt relinquere poſteritati q̄tum ip ſe comperit: et idem eſt iudiciuʒ ſi reperiat milleſimā partem vnius gradus: et cum ſint in celo .300. gradus et in .100. annis pertranſit vnum gradum. ꝯñs eſt in .36000. annis redeat illa ſtella ad idem punctuʒ a quo exiuit. Sed ſi celum ſtellatum moueatur ab occidente in orientem oportet dare ſolum vnū illorum motuum et deputatum: ſi non haberet plures motus. q̄ eſt vnū mobile ad cuius motum mouetur firmamentum. ꝯña iſta dependet in hoc q̄ licet celum motum habet vnum motorem qui mouet ipſum celum ad vnaʒ differentiā poſitionis aliquo alio motu mouetur ab intelligentia alterius celi: non inferioris. rationabilius eſt a ſuperioris celi intelligētia. Thebit filiꝰ Chore diu poſt Ptolemeum repperit motum octaue ſphere acceſſus et receſſus: q̄ interdum accedit ad vnum polum. interduʒ ad alium: et hoc cognoſcebatur per ſtellas: nunc polo artico vicinas: nunc diſtātiores quod vide in ſuo libello de motu octaue ſphere. ⁊ in Georgio perbachio q̄ in theorica octaua ſphere opinionem Thebit ad longū explicat. Et vnus iſtorum motuum trium: eſt celo ſtellato appropriatus: et videtur q̄ motus titubatiōis. ergo conſonum eſt dicere. q̄ habet duos celos motos ſuperſe. vnum decimum mobile vnico ſ mplici motu circumuolutum ab oriente in occidentem ſuper polos mundi. Nonuʒ mobile habet duplicem motum vnū proprium firmamentū triplici motu mouetur ab oriente motu [illegible] terrā in .24. horis ab occidente. a ſcdo motu acceſſus. a propria intelligentia. ❡ Tertia concluſio probatur. Oportet dare celum quieſcēs naturaliter loquēdo Arguit ſic. aliqua mineralia generantur in vna parte terre. pari forma leones: ⁊ non in alia: et hoc non poteſt ſaluari a terra. oportet q̄ curtere ad influentiam celi. ❡ Forte dicis hoc eſt propter ea: quia vna patria plus diſtat a via ſolis / et ceteroruʒ planetarum q̄ alia: et ꝓpterea non generantur aſini. nec bene viuūt in Scotia. bene tamen ex iſta parte maris in climatibus. hoc nō ſaluat. Accipe duas patrias habentes eundem paralellum ductum ab oriente ad occidentem / et inuenies aliquid eſſe genitū in vna patria quod nō in alia: terra iſtud facere nequit. videtur q̄ ipſa terra erat vniformiter creata a principio: ſed a planetis et celi influentiis lapides mineralia et huiuſmodi poſtea generantur. ergo cōſonum eſt dare vndecim celos. ❡ Quarta concluſio probatur. de aliquibus celis inferioribus: quia eadeʒ eſt ratio in ſingulis q̄ ſolum moueatur ab oriente in occidentem: et alii celi. prʒ ex prima concluſione. ❡ Q̄ moueatur ab occidente in orientem probatur ſic. capiatur ſtella aliqua fixa cum ſol petit occaſum prope occidentem: et ſignetur talis ſtelle a ſole / et occidente diſtantia: poſt aliq̄s certos dies: vt quatuordecim vel quindecim. Iteruʒ ſole in occaſu poſito eadem ſtella fixa inſpiciatur: et videbitur ſoli: et occidenti notabiliter propinquior: ⁊ ſic in pluribus: adhuc diebus appareret propinquior: et tandem ſtella diſparebit pre nimia eius propinquitate ad ſolem. ergo oportet dicere q̄ vel ſtella acceſſit ad ſolem: vel econuerſo. ſol ad ſtellam. ❡ Sed non poteſt dici primum: quia non acceſſit ſtella ad ſolem per motuʒ primi mobilis: quia illo motu equali tempore omnes ſphere rapiuntur. niſi eīn eſſent motꝰ proprii planetarum quecunq̄ due ſtelle ſiue fixe ſiue erratice aliquanto ſpacio celi diſtarent ſemper tanto preciſe diſtarent. Nec acceſſit ſtella ad ſolem per motum proprium octaue ſphere: quia ille motus non eſt ad occidentem: ſed ad orientem: vt paulopoſt apparebit. et dato q̄ eſſet ad occidentem cum motꝰ ille tardiſſimus ſit: nō fieret in tam paruo tempore / tam notabilis appropinq̄tio eius ad ſolem. oportet ergo dicere ſecundum: ſcʒ q̄ ſol acceſſit ad ſtellam. et hoc eſt moueri ad orientem. ❡ De luna hoc cognoſcitur: hoc pacto. ſi enim poſt cōiunctionem ſuam cum ſole: quando noua apparet inſpiciatur. certa die et hora: vt hodie hora ſexta veſpertina. et notetur ſcd̄m exiſtimationem eius: ab occidente / et a ſole diſtātia. ❡ Scd̄o tertia die notabiliter ab occidente / et a ſole eadem hora remotior orientiq̄ propinquior videbitur. et ſequentibus adhuc diebus propinquior: tandem poſt quartamdecimam diem oppoſita ſoli occidenti eadem hora in oriente videbitur. ergo luna mouetur ab occidente orientē verſꝰ. et ꝑ ꝯñs celum eius. ❡ Sed hic Alpetragiꝰ niſus eſt tueri q̄ nullum celum moueatur ab oriente in occidentem: ⁊ imaginatio veri erat ſubtilis que eſt hec. Dixit q̄ primum mobile complet reuolutionem ſuam ab oriente in occidentem. i vigintiquatuor horis adequate: ⁊ alie ſphere inferiores retardantur a tali complemento. aliqu magis / et alique minus ſecundum q̄ magis vel minꝰ diſtant a primo mobili verbigratia. ❡ Octaua ſphera non complet vnam reuolutionem ab oriente in occidentem in vigintiquatuor horis: ſed modicum deficit. ita q̄ in triginta ſex mille annis ipſa facit vnam reuolutionem. minus q̄ primum mobile. poſtea ſaturnus magis adhuc deficit a tali reuolutiōe completa quā octaua ſphera: et intantum q̄ facit in triginta annis vnam reuolutionem: minus q̄ primuʒ mobile. poſtea Iuppiter magis deficit q̄ ſuperiores. Intm̄ q̄ in duodecim annis facit vnā reuolutionē. minꝰ q̄ primū mobile. pꝰ ea mars magis deficit. intantum q̄ in duobus annis vnam reuolutionem minus facit q̄ primum mobile. Poſtea ſol magis deficit intantū q̄ in vno anno vnaʒ reuolutioneʒ facit minus Venus / ⁊ Mercurius ſe habent vt ſol. Luna vero inter oēs ſpheras magis deficit intantuʒ q̄ in menſe deficit ab vna reuolutione. Ergo ſecundum eius imaginationem nos ponimus aliquam ſpheram complere reuolutionem ſuam quādo reuertitur cum primo mobili ad idem punctum. amiſſa vna reuolutione. ❡ Aliqui ꝯtra hanc poſitioneʒ arguментantur ſic: quia ex ea poſſunt ſaluari eclipſes / ⁊ alii motus. ❡ Item ex illa ſequitur q̄ venus / et mercurius debent eſſe in oppoſitione. in trino vel ſexto aſpectu cum ſole: hoc eſt falſuʒ. Mercurius ſecundum aſtronomos non elongatur a ſole vltra viginti ſex gradus. Et venus non elongatur vltra quadraginta tres quod notum eſt apud omnes vulgares: cuʒ vel ſequitur ſolem: et vocatur Heſperus ſecundū illud Vergilii in fine bucolicorum. Ite domum ſature venit heſperus Ite capelle. Et mane vocatur ſtella matutina venere orta paſtores nouerunt ortum ſolis eſſe proximum. ❡ Rñdetur hec argumenta non cōcludūt diceret Alpetragius retrogradationes et coniunctiones planetarum ſunt huic opinioni impertinentes. ❡ Secundum argumentum eſt nullum cum venus et mercurius concomitantur motum ſolis. ❡ Contra iſtas concluſiones argumentor probando q̄ celum non moueatur ab oriente in occidentem: nec econuerſo capitur do celum ſolis: quod nobis eſt ſatis notū ratione ſui planete Arguitur ſic. quando vna medietas q̄ eſt ex iſta parte terre mouetur orienteʒ verſus alia medietas aliam partem verſus ſub terra (vt cum vulgaribus loquar) ab occidente ad orientem mouetur ꝗ

equaliter applicatur argumentũ de primo mobili ad probandum ꝙ moueatur ab oriente in occidentem. ¶ Preterea ſi celum aliquod moueatur ab occidente in orientem et econtrario: ſequitur ꝙ naturaliter aliquid mouetur motibus contrarijs: ſed hoc eſt inconueniẽs: igitur. ¶ Forte negas ſequelã: quia hoc eſt ſuper diuerſos polos: quia mouetur ab oriente ad occidentem ſuper polos mundi: et econuerſo circa polos zodiaci / qui deſcribunt circulum arcticum et antarticum circa polos mundi. ¶ Contra. Illis polis deſtructis ſol eodemmodo moueretur. ¶ Forte dicis quando aliquid mouetur ad motum alterius non inconuenit ꝙ moueatur motibus contrarijs: vt de muſca aſcẽdente ſuper lanceam tempore quo lancea deſcendit: vel de viro currente ad extremum nauis oppoſitum ſuo motui: hoc eſt quando nauis orientem verſus mouetur: et hoc in naui occidentem verſus mouetur: iam mouetur motibus contrarijs vno motu a naui. Ad motum alterius alio motu proprio. Eodemmodo de homine ſuper tabulam currente contra tractum tabule. Iſtud non valet: quia in motu muſce ſigna vnum punctum diſtans a centro. et vide an poſtea magis accedit ad cẽtrum ꝙ antea: et tunc ſimpliciter deſcendit licet in ordine ad lanceã aſcendere videatur: quia reſpectu alicuius corporis moti non debes metiri motum: ſed pones punctum quieſcens: ſi plus diſtat a cẽtro ꝙ a principio aſcendit. ſi equaliter nec aſcendit nec deſcendit ſimpliciter. Non ſequitur aſcendit in ordine ad lanceam motam ergo aſcendit: et ſi ei illa muſca mouetur motu locali in eodem loco: nec aſcendit nec deſcẽdit: ſicut de mola fabri. Sz hoc non placet: quieſcit a motu locali ſimpliciter et currit. Et vterqꝫ modus ſufficit. Eodẽ modo potes impugnare alia exempla ſignando vnũ ſitum in naui vel ſub naui in terra petendo: an magis recedit orientem verſus vel econuerſo: vel equaliter: et ſecundum hoc ducas argumentum capiendo in propria forma de ſole: vel ſol magis accedit ad occidentẽ vel magis ad orientem: vel ſemper manet in eodem loco. Inſuper nullus eſt motus raptus: quia tunc inter celos debet eſſe violentatio: modo nullum violentum eſt perpetuum primo de celo. ergo tandem ceſſabit ille motus raptus. ¶ Ad primum reſpondetur ꝙ celũ mouetur ab oriente ad occidentẽ in ordine ad nos ex iſta parte terre. Et ſi vnũ mobile moueretur circa terram cum ſole: primo ad orientem poſtea ad occidentem: ſemper diem artificialem haberet. Quo ſit equitans ab occidente ad orientem habebit breuiorem viã ꝙ ille qui manet in loco eodem. ¶ Inſuper ſequitur ꝙ breuior erit dies artificialis illi qui manet in eodẽ loco ꝙ ei qui equitat ad occidentem. ¶ Ad aliud: nego ꝙ aliquod celum moueatur motibus contrarijs. ꝙ ſol moueatur ab oriente ad occidentem et econuerſo ſup diuerſos polos nulla eſt contrarietas. Et idem foret quando poli deſtruerentur. Ecce analogiam communem. Accipe vas vitreum mundum aqua refertum cũ orificio clauſo agitetur vas ipſum contra nos: repente poſt agitationem moueatur nos verſus: in illo caſu aqua mouetur et nos verſus et contra nos. Nõ contra nos: patet. ex priori impetu impetus ille nondum eſt corruptus et mouetur nos verſus: quia motis nobis mouentur omnia que in nobis ſunt. Etiam vides non inconuenire ꝙ idem mobile moueatur motibus multum diſparatis: quando mouetur ad motum ſui ſpacij et ſumpſius: hoc patet. ſi formica moueatur motu recto ſuper vnam coſtam quadrati bipedalem vel pedalem: et tempore quo formica mouetur deſcendat illa coſta: et coſtam oppoſitam cooperiat: tunc in inſtanti terminante motum quo formica eſt in puncto coſte: et ſolum pedale pertranſiuit motu recto ſuo ad motũ ſue linee ſuper quam eſt: et cum hoc pertranſiuit dyametrum. ¶ Ad tertium proprie non vocatur motus raptus cum celi ſint leues: et non habent ſuperficies difformes: nullum celum aliud rapit / ſed influentia celi ſuperioris celum inferius ab oriente in occidentem mouet propter bonum totius vniuerſi: ergo non eſt cõtra inclinationem celi inferioris ſic moueri. Si celum ſolis ſolum ab oriente ad occidentem moueretur: fructus terre non haberes cum in magno temporis interſtitio illo motu ſuum curſum expleat. ¶ Secundo arguitur. Polus arcticus non mouetur. et tamen eſt pars celi: ergo celum non mouetur ſecundum quodlibet ſui: Maior patet: per nautas aſpectum habentes ad illum polum ſecundum illud Alani / Ethereus motus mouet omnia ſydera: preter Vnum quod ſemper permanet illud idem. Et Vergilius. Et vertex ſemper ſublimis ad illum ſub pedibus ſtix atra tenet maneſqꝫ profundi. ¶ Reſpondetur quelibet pars exterior illius ſtelle (quam polum reputamus) mouetur patz. Motis nobis mouentur omnia que in nobis ſunt tan ꝙ partes in ſuo toto. ¶ Secunda propoſitio. In infinitum tarde mouetur et circuit aliqua pars illius poli: patet eundo ad partes centr [illegible] ſitio. Sufficit nautis ꝙ polus ille (licet moueatur ſecũdum ſe totum) ꝙ maneat in eodem loco: vt patet. ſi due mole debeant eſſe ſigna: mola mota circulariter in eodem loco eſt ita bonum ſignum ſicut mola quieſcens a motu locali. ¶ Tertio arguitur. Ignis mouetur ad motum lune: et aer quod dinoſcitur per motum circularem comete in ipſo et aqua mouetur. ergo et terra. Preterea terra influentiam capit a celo: ergo rationabilius eſt ꝙ moueatur ad ſuſcipiendam illam ꝙ ꝙ celum circuiat. ¶ Amplius in celo non eſt oriens neqꝫ occidens. ergo non mouetur ab oriente ad occidentem vel contra. Añs patet: quecunqꝫ pars nunc eſt oriens poſtea eſt occidens. ¶ Ad primum iſtorum concedo antecedens. vt experimentum docet de aere. Per cometã et eius motũ aerẽ circulariter moueri dinoſcim⁹: vt ſupius dictum eſt. de motu aq̃ hoc ipm per oceanum nunc ad orientem: nunc ad occidentẽ agitatur ſicut inferius patebit cũ loquuti fuerimus de fluxu et refluxu maris / Q̃ alia flumia moueãtur patz ad ſenſuz per hoc ꝙ a loco eminẽtiori mota ad locũ humiliorẽ fluũt. et demqꝫ aqua eſt ſtagnalis vel in lacu icluſa ventorum flatu et multis alijs modis mouetur. Oppoſitum probatum eſt de terra: et ad hoc eſt experientia ratiõi ꝯformis et proptẽa ꝯñã ẽ nulla: vt liqꝫ. ¶ Ad ſecundum concedo antecedens: vt patebit inferius: ſed conſequentia eſt nulla / Interdum magis nobile ex ſua liberalitate mouetur ad opem minus nobilis. Sed deus ordinauit ꝙ celum circundaret terram. ¶ Ad vltimum reſpondetur ꝙ ibi eſt oriens vbi ſol primo creatus fuit: vt apud ſcios ſiue ſub equatore ſiue citra vel vltra ipſũ et punctum oppoſitum eſt occidens: vel ſi libet ponere has differentias poſitionum ex natura rei ſicut videtur Ariſtoteles velle ſecundo Celi. Capiamus Athlantem imaginatum: qui habet caput in polo antarctico: et pedes in arctico: brachiũ dextrũ in oriente: ſiniſtrum in occidẽte: faciem nos verſus: tunc nos ſumus deorſum et exiſtentes prope

polum antarcticum ſurſum vbi etiam ſunt maiores ſtelle et maiores influentie: (vt perhibent) nos ſumꝰ anteriores: quia facies Athlãtis nos reſpicit: exiſtentes ex parte dextra ſunt orientem verſus: alij orientales. Item iſta potes metiri per celum quieſcens.

¶ Diſtinctionis. xiiij. Queſtio ſcđa.

Queritur ſecundo circa hanc decimamquartã diſtinctionem an ad ſaluanda ea que apparent in planetis neceſſe ſit eccentricos et epyciclos ponere. ¶ Rñdetur ſuper propoſita qõne varie ſunt ſapientum poſitiones: vna negatiua quam ſẽper commentator inſequutꝰ eſt: patꝫ duodecimo Methaphyſice commento. 45. Eccẽtricum autem et epiciclum dicere eſt extra naturam. Epyciclum autem eſſe impoſſibile eſt omnino. Hoc patꝫ ſcđo Celi commento. 32. ſed hec poſitio egre ſatiſfacit apparentijs in planetis incedẽtibus que ſine eccentricis et epyciclis vel ſimilibus ſaluari nõ poſſunt. Quod ſic detegitur licet omnia ſigna equalis fuerint magnitudinis. citius vnum ſignum planeta pertran- [illegible] us pertranſit ſignum piſciuȝ ꝙ leonis. ¶ Rurſus. vnus planeta interdum magis recedit a terra: interdum magis appropinquat: et hoc ſtante equali ſerenitate aeris: vt per inſtrumenta certa. ab aſtronomis expertum eſt. quo circa nõ ſufficit dicere ſenſum in talibus illudi: licet dicentem non ſit ratione facile expugnare. ¶ Inſuper ſol vno tẽpore magis apparet ꝙ alio: et cum non ſit ita realiter: oportet interdum ſolem dicere nobis viciniorem. et cũ celum nõ eſt cõdenſabile nec rarefactibile: nec ſol mouetur ſicut piſcis in aqua: et interdum medietas lune viſa eſt eclipſata et non extremitas. et vna eclipſis diutius durat ꝙ alia in eiſdem ſignis: et hoc non eſt niſi quia luna interdum profundius ingreditur vmbram terre ꝙ alio tempore: vel quia ſol magis terre accedit: quia nõ poteſt eſſe aſcenſus terre ſaltem notabilis: licet quedam fuga poteſt fingi de celeritate: et tarditate eclipſis per motus planetarum ad eandem differentiam poſitionis vel ad oppoſitas: ¶ Ad oĩa hec ſaluanda Ptolemeus in almageſte quam Georgius perbrachius Joannes de monte regio. et alij ſequentes eccentricos: et epyciclos poſuerunt. ¶ Pro quorum intelligentia aduerte pro quolibet planeta tres ponant ſpheras ꝑ prius orbes duos exteriores. partim concentricos: partim eccentricos mundo: ita ꝙ ſuperficies conuexa ſuperioris et concaua inferioris ſunt mundo concentrice: orbis medius eſt ſecũdum vtramꝗ ſuperficiem mũdo eccentricus: et omnes orbes pro eodem planeta requiſiti vnus orbis reputantur: totalis orbis propter ſuperficies extremas mũdo concentricus reputatur. Et iſti duo orbes extremi ſic ſe habent ꝙ ſpiſſior pars vnius parti graciliori alterius et contra reſpondet. Et per hoc incaſſum corporum penetrationem vel vacuum in corporibus celeſtibus arguit commentator: ſed eccentricus ſimpliciter vel differens eſt eq̃lis craſſitudinis in omnibus ſuis partibus. In hoc autem orbe medio corpus ſolis ſphericuꝫ immergitur illius orbis craſſitudinem non exuperans: nec econuerſo ſicut nodus in ligno. ¶ Ceterum in illo differenti quatuor ſunt puncta vnum maxime diſtans a centro mundi iuxta partem ſuperiorem ſuperioris eccentrici: et vocatur anx ſiue eleuatio punctum propinquuꝫ centro terre. Juxta partem ſpiſſiorem eccentrici ſuperioris ẽ oppoſitio angis. ¶ Alij ſunt duo puncti equaliter diſtãtes ab illis duobus ſignatis: ſcilicet ab ange et oppoſito angis: et dicuntur latitudines medie. Ex hoc facile notum euadit ꝙ ſol interdum eſt nobis. propinquior puta quando eſt in oppoſito angis: et remotior quã do eſt in ange. ¶ Preterea epyciclus eſt paruus circulus in ſuperficie orbis differentis exiſtens illi orbi contiguus et non continuus: quia mouetur alio motu ꝙ motu differentis. in hoc epyciclo quatuor ſunt puncta ſicut in differenti: ſcilicet anx epycicli. et oppoſitũ angis et ſtationes due ab his equaliter diſtantes.

¶ Aliquando in planetarũ motibus reperitur retrogradatio/ſtatio/et directio: et ſic planeta retrogradarius ſtationarius/et directus euadit: planeta in ange epycicli eſt directus: et cauſa eſt: quia tunc velocius mouetur ſub zodiaco cum et ad motum eccentrici: et ad motum epycicli moueatur. In oppoſito angis epycicli eſt retrogradarius: quia tunc tardius mouetur ſub orbe ſignorum: quia mouetur ad motum epycicli contra motum differentis. Analogia cõtentus abito moueatur tabula vel nauis impigre ab oriente ad occidẽtem. Interea temporis faciat ſortes circulum ſuper tabulam occidentem verſus/vniformiter circũeundo abſolute: hoc eſt ſecluſa illa tabula. tunc occidentem verſus impigrius mouetur: et propter motum tabule et circuitionis: et oppoſito modo contingit quando mouetur orientem verſus: quia tabula tantum mouetur: dum autem planeta eſt in aliqua ſtationum dicitur ſtationarius eo ꝙ tunc medio modo mouetur in orbe ſignorum. Propterea quia tunc ad motum epycicli nõ mouetur contra motum differentis: nec cum eo ita ꝙ non retardatur vel velocitatur eius motus. Punctum a quo incipit ille motus eſt ſtatio prima: aliud dicitur ſtatio ſecunda. Iſtis notatis reſpondetur per cõcluſiones ſequentes. ¶ Prima eſt affirmatiua: patet per predicta. ¶ Secunda. Omnia que dicuntur de ſole poſſunt melius ſaluari per eccentricum ꝙ per epyciclum. Nec eſt opus ponere epycicluꝫ pro ſole. Aſcẽſus ſolis et deſcenſus a terra celeritas et diuturnitas eclipſis poſſunt per eccentricum ſaluari. Alia pars patet. ſi ſol haberet epyciclum quandoꝗ eſſet ſtationarius: interdum retrogradarius quod concedi nõ ſolet. ¶ Tertia concluſio. Quilibet planeta alius a ſole habet et eccentricũ et epyciclum. ¶ Prior pars patet: quia quilibet talis interdum eſt nobis vicinior/interdum remotior. Secunda pars patet: quia quilibꝫ alius eſt ſtationarius et retrogradarius/et directus: quod ſine epyciclo ſaluari non poteſt. ¶ Quarta concluſio. Nullum aſtrorum preter lunam habet motum proprium condiſtinctum a motu orbis eccentrici et epycicli. De alijs planetis patet. quia in eis eſſet ſuperfluum cum omnia poſſunt ſine illo ſaluari: pars extra capta patet de luna. Nam ſi non haberet motum a motu eccentrici et epycicli: tunc illa imago apparens in ea aliquando debet apparere verſa (cuius oppoſitum experimur) oportet igitur aſſignare motũ ꝓpriũ lune contra motum epycicli eque velocem cum illo ꝙ ſemper appareat equalis poſitio partium imaginis.

SEptimo circa hãc diſtinctionem quero: An creature facte in quinto ⁊ ſexto diebus conuenienter aſſignentur? Reſpõdetur affirmatiue. patet. authoritate littere Geneſ. ¶ Cõtra hãc cõcluſionẽ argumẽtor. Nos ſumus quodammodo finis omnium ſecũdo phiſicorum. Et omnia propter nos creata ſunt: ſecundum illud Pſalmiſt. pſalmo octauo. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eiꝰ oues ⁊ boues ⁊ vniuerſa pecora campi: propterea cetera animalia capita in terram demiſſa habent: Nos autem ad ſydera ſecundum illud Naſonis Pronaq; cuʒ ſpectent animalia cetera terram: Os homini ſublime dedit. celumq; videre Iuſſit: ⁊ erectos ad ſydera tollere vultꝰ. In cuius argumentum ⁊c. deus creauit duas nobiles ſpecies creaturarum extremas: primo angelicam: ⁊ vltimo humanam: ſed multa creantur que non obſequũtur homini ſed et plurimum aduerſantur: Patet de carduo: auena: lappis: lolio: ⁊ ceteris id genus herbis ſecundum illud Maronis primo georgicorum: Mox ⁊ frumẽtis labor additus: vt mala culmos. Eſſet rubigo: ſegniſq; horreret in aruis Carduus: intereũt ſegetes: ſubit aſpera ſilua Lappeq; tribuliq; ĩterq; nitentia culta Infelix lolium ⁊ ſteriles dominantur auene. Quid vepres cõducunt? Quod mures? aranee cocodrilli? ex quo tractum eſt dicterium ob odium in homĩes lachryme cocodrilli. quid ſerpentes ⁊ ſic de tot malis beſtiis ĩ terra? Hoc ipſum patet in aqua de ceta vnde ſecundum Plynium in naturali hyſtoria libro nono. capite ẽrio. ſunt balene quattuor iugerum: piſces ducenum cubitorum. Propter flegma beſtie maris maiores ſunt animalibus. terre ⁊ hoc teſtatur Ariſtoteles decima particula problematum problemate quinquageſimo ſexto. Poſtillator Iob quadrageſimo primo recitat ſe audiuiſſe a quodam veridico ꝙ in mari portugallie repertꝰ eſt cetus. ex cuius lingua vigintiquattuor muli erant onerati: iſta homini non proſunt ſed nocent. ¶ Ad omnia iſta reſpondetur de nociuis herbis: omnia iſta ſũt propter noſtram exercitationem ⁊ ne otio torpeamus: ⁊ hoc dicit Uirgilius primo georgicorum inquiens pater ipſe colendi. haud facilẽ eſſe viam voluit: primuſq; per artem mouit agros: curis acuẽs mortalia corda: Nec torpere graui paſſꝰ ſua regna veterno. Oĩa iſta inſuper conducunt ad vnum officium: vel aliud: vt auene pro equis: ex vepribꝰ ⁊ tribulis ⁊ deniq; lappis Coloni ſepes extruunt. vt iniuſti arceantur ab ingreſſu ad vites ⁊ triticũ. Cur nutris canes leporarios niſi ad capiendam voluptatem in campis? Sic ſenibus ⁊ lãguidis in domo Cattus ⁊ muſꝰ oblectamentuʒ preſtant: ⁊ cleriti s: vt patet de clerito venatore: refectiones domus colligunt: aranee et deniq; eorum rethia ꝓfluuiũ ſanguinis reſtingũt. Serpentes in multis medicamẽtis ponuntur vt medicinam ad cor deferant. Inſuper oppoſita iuxta ſe poſita clarius eluceſcũt. Pictura variorum colorum eſt pulchrior vno colore pulcherrimo: ⁊ ſonus ex diapaſo diapente et diateſſaro mixtus ꝓſtat diapaſon. ſono ꝓficiſſimo. Ergo reſultat decor vniuerſi ⁊ deum laudare habes qui te creaturam intellectualẽ ⁊ non irrationalem creauerit: tibi intellectũ dedit omnia hec tetra extinguere: vt porros ad effugandos ſerpentes: ſuccum rute ad expellendos pulices: argentũ viuum contra pediculos: ⁊ ita de oĩbus talibus: rutam inſuper ⁊ muſtellam cõtra baſiliſcum: excoriatio muris maſculini poſiti inter reliquos a quo aufugiunt Inſuper multam ab his que nutrita iudicas hauries ſapientiam: vt cum ſerpens adeat feniculum: cum oculos habeat grauatos vt tu ſimiliẽ illum ſuccũ capias: Muſtela leſa a vipera adit quandam herbam ꝑ quam ſtatim curatur a veneno. oleum ceti plurimuʒ prodeſt: ⁊ ſi non eſſent he belue tanta eſſet piſcium ĩ mari copia vt naues pertranſire non poſſent. Patʒ de Salmone ⁊ de piſcibus tot ſimul oua ponentibus. Inſuper iſta in penam peccati data ſunt protoplaſto. Unde Gene. tertio: quia audiſti vocem vxoris tue et comediſti de ligno ex quo preceperã tibi ne comederes: maledicta terra in opere tuo. In laboribus comedes eam cunctĩ diebus vite tue: ſpinas ⁊ tribulos germinabit tibi ⁊ comedes herbas terre. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo: ⁊ hec que ſequuntur. vbi gloſa ordinaria Rabani. Spine antea erant ſed nõ vt laborem homini inferrẽt/ cui poſt peccatum fuerunt ad laborem et afflictioneʒ ſicut ſerpentes ⁊ q̃cunq; noxia antea erant innoxia. Ubi inſuper notatur terre ſterilitas: que poſt peccatuʒ non produxit fructum conuenientem homini niſi cum cultura ⁊ labore: que autem ſua ſponte producebat fructꝰ conuenientes in copia ⁊ produxiſſet ſi homo in ſtatu innocentie permanſiſſet. Cui quadrat illud Maronis ꝑmo georgicorum. Ipſaq; tellus omnia liberius nullo poſcente ferebat. Cui poetarum aurea etas ſub ſaturno alludit dicente Ouidio primo Metamorpho. Aurea prima ſata eſt etas que vindice nullo Sponte ſua ſine lege fidem rectumq; colebat Pena metuſq; aberãt. Et paulopoſt. Scite admodum de terra loquitur. Ipſa quoq; immunis raſtroq; intacta nec vllis. Saucia vomeribus per ſe dabat omnia tellus. Contentiq; cibis nullo cogente creatis. Arbuteos fetus mõtanaq; fraga legebãt. Cornaq; ⁊ in duris herẽtia mora rubetis. Et que deciderant patula iouis arbore glãdes. ¶ Secũdo arguitur. Mulus nec lyciſca producebatur. ergo nec alia animalia. conſequẽtia tenet quia eadem eſt ratio: antecedens patʒ quia poterant produci ab aſino ⁊ equa ⁊ a cane et lupo. ¶ Preterea vel ouũ producebatur ante gallinam vel ecõtra. Non ſecundum quia habitis ouis habetur principium ſufficiẽs ad productionem gallinarum ⁊ gallorum. Non ſecunduʒ quia arbores producebãtur cum fructibꝰ. ergo galli ⁊ galline vel gallina cuʒ ouo. ¶ Reſpondetur non eſt neceſſe dicere ꝙ animalia que generantur communiter per animalia diuerſarum ſpecierum producerẽtur immediate a deo ſufficit ꝙ deus hec animalia produxerit in ſuis cauſis. Eodemmodo de his que generantur generatione ſpõtanea. ¶ Ad aliud argumentum ipſum depẽdet a duabus poſitionibus: puta in quo menſe creatus eſt mundus. Nam Rabi Ioſue ⁊ ſui ſequaces tenuerunt mundum fuiſſe factum in Marte quando terra incepit germinare herbas. Mouẽtur ex illo paſſu. Et protulit terra herbam virentem ⁊ facientem ſemẽ ſuum. Et Exod. duodecimo. Martius vocabitur primꝰ menſis. Alia ẽ poſitio multo communior quam tenet Rabi Eliezer/ ꝙ mundus creatus eſt in ſeptembri ſecũdum illuď Deuteronomiĩ. xxxij. dei perfecta ſunt opera. ¶ Omnes in hoc conueniunt ꝙ primus homo factus eſt in ſtatu ꝑfecto potens generare ⁊ eodemmodo videtur dicendum de reliquis terre naſcentibus: ſed ad iſta ꝑor poſitio facile reſponderet ꝙ arbores ꝓducte ſunt ꝑfecte in Marcio: ⁊ ꝙ per actionem ſolis poterãt producere fructus ſuos. Eua non eſt producta cum fetu in vtero: ſed expectabatur tempus concipiendi et pariendi Cay. ı. Con=

FERDINANDVS

fortius eſt ad vtrāq; põnem ꝙ gall⁹ ⁊ gallina ꝓducebātur āte ouum quod eſt ſemē galli ⁊ galline vel galli tm̄. ¶ Secundo arguitur ⁊ licet galline generātur ex ouis in caminis ſine gallina vel alia aue: vt ī cayro et in partibus egypti: tamen oua naturaliter habere nō poſſūt. ſine parentibus. ¶ Secundo arguitur Moyſes tacuit de elemēto ignis ⁊ aeris (qui ſunt principaliores ptes vniuerſi) ergo non bene illa tradidit. ¶ Reſpondetur conſequentia eſt nulla. Ignis in ſua ſphera eſt nobis inſenſibilis. Ratione ſic oſtendimus. Ignis in noſtro foro appetit aſcendere vt experimur et non ſtare in aere: quia ſi ſic ſtaret in partibus inferioribus aeris. Sed dices. cum eſt de natura ignis conſcendere quare non totus conſcendit relinquēdo ligna ſine igne ⁊ ſubito. Similiter videtur ꝙ nullus eſt ignis ſub ſphera lune non miniſtratur ⁊ materia nutritiua ignis: ergo tandem deficiet: immo debuit deficere a multis annis preteritis. ¶ Reſpondetur ignis ꝙ primum producit̃ aſcendit et per lineam rectam ſuam regionem appetit adire: ſ; nobis producit̃ nec ſubito cōſcendere poteſt propter reſiſtentiam aeris ⁊ eius cōtrarietatem: ignis eſt nobis hic neceſſarius ad decoquendos cibos ad productionē luminis ad purgandum aerem ab epidimia: more ypocratis ⁊ ad multa alia: Propterea deus voluit ignem eſſe in iſtis inferioribus. ⁊ ſi omnis eſſet extinctus modum dedit reproducendi nouum. vt in. xiij. diſtinctione dictum eſt per radios reflexos in centro ſpeculi concaui per calybem et ſilicem ⁊ earum agitationem: Et lic; aliqui robuſti vt tartarei ⁊ hybernici Britanni (ꝙs ſcotos ſiluestres vulgus appellat) carnes decoquāt inter ramos arborum: hoc non ſufficit omnibus nec commode fieri poteſt delicatis. ¶ Ad aliud dicitur ꝙ ignis in ſua ſphera non habet contrarium intrinſecum cum eſt homogenius: et ſi aliqua influentia frigefactiua ei virtualiter aduerſetur: alia tamen calefactiua tantu; ſuffragatur. et cum eſt magnus in ſua ſphera notabiliter reſiſtit: et ſi aer ignem corrumpat in hoc loco ecōtrario ignis aerem corrumpit in alio. Aer probatus eſt ab antiquis per hoc ꝙ aqua non deſcendit in clipſedra orificio obſtructo: vt patet quarto Phyſicoru;. ergo cum hec duo elementa ſola ratiōe probentur quas nō percipit vulgus ⁊ ſecundum intelligentiam auditorum debet eſſe ſermo docentis: cōſulto Moyſes ſurda aure de his elementis pertranſiuit. ¶ Sed contra omnia iſta arguitur probando ꝙ deus creauit omnia ſigna / ſicut beatus Auguſtin⁹ tenet Eccleſiaſtici octauodecimo. Qui viuit in eternum creauit omnia ſimꝉ. Et in. xxiij. eiuſdem. Ab initio et ante ſecula creata ⁊c.

¶ Ad primum dicitur hoc eſſe verum ꝙtum ad materiam. ¶ Ad ſecūdum dicitur ꝙ loquitur de dei filio qui eſt patris ſapientia.

¶ Diſtinctionis. xiiij. Queſtio. viij.

Octauo circa hanc diſtinctionem queritur an celum habet influētiam in hec inferiora.

¶ Reſpondetur per cōcluſiōes ſequentes. Celum habet influētiam ⁊ cauſalitatem in hec inferiora. Probat̃ auctoritate Ariſtotelis primo Metheororu; dicentis. neceſſe eſt hunc mundu; inferiorem lationibus ſuperioribus eſſe cōtinuum. vt tota virtus eius inde gubernetur. et hoc eſt quod dicit baptiſta Mātuanus primo parthenices mariane. Gremium telluris inane eſt. Et ſine fruge ſolum niſi illinat ab ethere viris / ſiue per aſtrorum curſus radioſq; calentes / ſiue dei ſolo qui temperat oīa nutu. ¶ Secunda concluſio. Luna habet magnum dñium ſup humida. ergo ⁊ celum ratione partis / et antecedens pat; per Ptolemeum primo tractatu quadripertiti capite quarto. Non quod ſurſum ad ſe hec traheret. vt di. Albumaſar. vt dicit halle aben rodā qui dicit ſe viſiſſe cu; hoc audiret / et capitulo ſecūdo dicit Halle ꝙ Albumaſar ante ꝙ aſtronomiam legeret erat vnus ex illis qui cronicas faciebant: ⁊ iſtud patet experientijs varijs in oppoſitionibus ⁊ coniunctionibus luminariu; Cōtra Oſtree marine / conche et cancri multum pleni reperiūtur ⁊ plus in oppoſitionibus ꝙ in coniunctionibus qui tamen multum euacuuntur in quadraturis lune cum ſole. hoc patet de hominum aliquorum humidis cerebris qui in oppoſitionibus luminarium ſic agitātur ꝙ lunatici dicantur: ⁊ humores in quadraturis diminuūtur: tempus etiam ſerenum in pluuioſū mutatur in cōiunctionibus ⁊ oppoſitiōibus ⁊ raro in quadraturis. Hoc īſuper patet amphora plena aqua luna perueniēte ad oppoſitionem tumeſcit ⁊ egreditur ſuu; vas. Nō alias arbores fructifere vt nouerunt hortulani: nō proficiunt inſerte in oppoſitione et coniunctione luminarium propter abundantiam humiditatis que a natura illius non poteſt regulari / et ideo illud quod in [illegible] bus deberet conuerti in radices ⁊ ramos trāſit. nō poſſumus aliter ſaluare fluxum ⁊ defluxu; maris oceani: quod fit bis in die naturali ſaltem in vigintiquinq; horis. Non loquor de fluxu qui fit per agitationem venti quia hoc eſt lacubus fōtibus fluminibus ⁊ cuilib; mari cōmune. Nec loquor de fluxu maris a polo ad polu; Aliqui putant mare oceanum fluere a ſeptētrione ad meridiem ⁊ non contra: ſed ratio hoc prohibet ſub vtroq; polo eſt rigidus algor vbi multum aeris in aqua; cōuertitur. Et de ratione aque eſt ꝙ relictis locis eminētioribus ad loca humiliora ruat. ⁊ ſic eſt oceani maxima hūiditas ſub equatore: lic; illic fuerit vna cauſa expenſionis maris quod debet rarefieri a ſolis eſtu: ſ; cū multi vapores illic ab oceano extrahunt̃ ⁊ tumefactio aque nō equatur cremento maris ſub vtroq; polo ruit. ergo aqua ex meridie ad ſeptētrionem ⁊ contra de iſtis fluxibus non loquor quia proueniunt ab alijs cauſis ꝙ a luna vt liquet ex dictis. Sed loquor de curſu eius in aridam (omni vento ſecluſo) nunc orientē nunc occidentem verſus. Et hoc nulli influētie poſſumus citius applicare ꝙ influentie ipſius lune: cum ad preſentiam eius multi mirabiles effectus fiunt in humidis. Aliq dicunt ꝙ in medio mari eſt magnus gulphus in quem vndiq; fluit mare: qui cu; plenus fuerit expellit aquā: ⁊ iterū illa aq̄ refluit in gulphos: ¶ Sed ab his petat̃ quomodo iſte gulphus gubernatur ſcđm ordinatū motum lune. Iterum multa maria fluūt totaliter nauigabilia: et tamen in illis naute non reperiunt gulph⁹. Et queritur quid expellit aquam violēter ab illis gulphis: ⁊ quo corpore repletur gulph⁹ aqua repulſa. ¶ Propterea aliter dicitur ſecundum modum communem ꝙ flux⁹ maris fit hoc pacto. Cum luna aſcendit ab oriente ad meridiem: et ipſa eſt in meridie mare fluit ī aridā: vel quia ad ſe trahit aquam: ſicut magnes ferru;: ſicut putat Albumaſar ſecundo libro maioris introductoriu in aſtronomia ſed hoc non curo: vꝉ ꝑ radios luminis: ⁊

hoc non ſolum ſufficit per illos radios rarefacit aquā: ⁊ quadam virtute occulta ad ſe trahit quā ſo mouetur a meridie ad occidentem fit refluxus. Iterum quando mouetur ab occidente ad angulum noctis fit fluxus: ⁊ tunc refluxus ab angulo noctis in oriētem: Et illud fit ferme in .xxv. horis: quia luna ab orbe eius vſq ad eius etheratum ortū plus conſumit temporis ꝙ̃ ſit dies naturalis per ſpacium temporis: in quo oriuntur tredecī gradus equinoctialis / quia in vna reuolutione firmamenti tātū pertranſit luna de ſpacio motu ſuo proprio qui eſt ad orientem contra motum firmamenti ſi hodie fuerit fluxus hora octaua: ⁊ hora tertia pomeridiana: cras erit hora nona ⁊ quarta: totum iſtud poteſt probari per vulgus maritimū. Viſa luna mox iudicant fluxū vel refluxum. ſicut in pago in quo ortus ſum audiui.

¶ Contra iſtud diſputat Ioannes picus quintodecio capite tertij libri cōtra aſtronomos: ⁊ dicit ꝙ iſtud non poteſt eſſe: ⁊ ad hoc non inſulſe argumentat̃ q: tunc lune pars ſub ſole que eſt terre vicinior non illuminatur. ⁊ per conſequens ex ſuo lumine tunc non cauſatur fluxus ⁊ refluxus. ¶ Idem eſt argumentum quando ſol ē in angulo noctis vel ex oppoſito terre quomodo mare ex iſta parte fluat vel refluat ad lunam cuꝫ ſphera terre ⁊ influentiam et radios lune ne in mare cadāt. ¶ Propterea ipſe negans omnem influentiam a celo ſolū motum ⁊ lumē ei tribuēs. alias recitat vias: dicit ꝙ Adelandus recitat opinionem ſaracenorum eē: propterea mare fluit ⁊ refluit quia partes maris diſtāt: ſꝫ cupiūt [illegible]paquari: rurſus a montibus reuerberantur: et hoc non contingit de maribus torride zone propinquioribꝰ. Ibi terra nō eſt īteriecta Alpetragiꝰ in eodem recitat: dicit primum mobile omnia circūuoluit: et minus aerem ꝙ̃ ignem ſtatus eſt in motu aque incluſiue. Modus huius domini non videtur conſentaneus. Negantis influentias a celo: cum in multis que contingunt in iſtis inferioribus non poſſunt reddi cauſe alie a celo: Item per regulam. Inueniende cauſe poſitis talibus cauſis ponitur talis effectus vtrobiq. qbus ſecluſis nullatenus ponit̃. ⁊ ad hoc non ſufficit lumen nec motus: niſi dicat ipſum mobile: et ſic eſt coincidere in hoc quod reprobat. nec modꝰ ſaracenoruꝫ valet quia ex illo ſequitur ꝙ maria que continētur in maioribus rupibus magis fluerent quod eſt falſum: mare mediterraneum vix fluit vltra vnum pedem. Modus Alpetragi non ſufficit quia tunc quodlibet mare ⁊ quelibet aqua deberet moueri ad motum primi mobilis: nec debet eſſe talis refluxus: ſed fluxus in vigintiquattuor horis. ¶ Propterea teneamus modum queꝫ vocat Rogerij bachōis quem reprobare ſatagit: qui ē cōmunis per quem omnia poſſunt ſaluari: dicitur ꝙ luna ex altera parte terre mittit ſuum lumen ad firmamentum. vbi reflexio fit luminis ad mare. ⁊ ita de virtute occulta eius. Sic ſol in angulo noctis quandam influentiam producit in gallum vt media nocte alis ſe percutiendo cantet. ⁊ etiam iuuamentum fit ex ſtellis ſed ceteris paribus quando directe reſpicit mare fluxus eſt maior: ⁊ quando cum maiori lumine reſpicit: ⁊ propterea fluxus eſt maior in oppoſitione ꝙ̃ in quadris. et conſequēter refluxus eſt maior: hoc nouerunt habitantes prope rupes maris oceani: qui tempore illo cancros et polipedes copioſe colligunt quos ī quadris lune attigere non poterant: et nauis onuſta in portu tēpore oppoſitionis defertur ad mare: et nō ſemper in ſimilibus oppoſitionibus ſimiles exundationes maris eueniunt Multa alia ad has conducunt vel obſunt. Unde luna exiſtente in auge eccētrici: ⁊ epycicli fluxus debiliores ſunt: eo ꝙ tunc luna maxime elōgatur a terra: in oppoſitis partibus tumores ſunt maiores: cooperantur ad hoc ſtelle fixe quibus luna coniūgitur exaltationes lune in ſua domo. Unde quādo plures cauſe vt luna planete et ſtelle frigefactiui concurrent: interdum diluuiū particulare efficiunt: ⁊ longius in terraꝫ mare currit vt aliq̃s partes terre ⁊ vicos ſubmergat: interdum ad triginta mille paſſus vagatur: et plus fluit in hyeme quaꝫ in eſtate propter multitudinem fluminum in mare deſcēdētium: ⁊ minorem reſolutionem vaporū a mari: Oceanum ſic fluit quia luna longo tēpore ipſum reſpicit: ipꝫ eſt ſpiſſum ⁊ bene retinet radios lune: quia hoc non cōtingit in mari mediterraneo: nec in aquis dulcibus nō ſic fluunt ſicut oceanum mare mediterraneum: quod ingredit̃ per ſtrictā ſybille: ⁊ diuidit Aphricā ab Europa / Hiſpaniam / galliam Narbonenſem et Italiam perlabens: poſtea ſe flectens per Helleſpōtum per Boſphorum Tracium ⁊ Cimerium ad Meothidem paludem non ſic mouetur: ſed ad vnum pedeꝫ vel ad duos: ⁊ hoc propter motum oceani ingredientis impetuoſe ꝑ ſtrictum ſybille: vel propter cauſam quare oceanum fluit: licet illa cauſa in mediterraneo non ſic totaliter ſuſcipitur ſicut ī oceano. De fluxu maris Hyrcani me latet: ſi deſcendat per occultos meatꝰ terre ab oceano ſeptētrionali: oportet ꝙ aliquem fluxuꝫ propter priorē cauſam patiatur / ſi ex cōcurſu fluminum dulcium reſultauerit mare. Videatur experimentum / ⁊ cōſequenter inueniat̃ cauſa illius experiētie. de mari indico nō oportet loqui. licet Claudius Ptolemeus ipſum putauerit vndiq terra circūſeptum: hoc iam millies compertum eſt eſſe falſum: pars oceani licet ipſum oceanum in varijs partibus puta a terris quas alluit varia ſicut ⁊ terra ſuſcipiens nomina eſt idem mare: ⁊ ſi nō fluat ad meridiē ⁊ refluat: oportet adhuc dicere ꝙ luna plus dominatur vni parti maris ꝙ̃ alteri: ſicut planete dicunt̃ dominiū habere ſuper varias plagas terre: (vt Ptolemeus ī quadripartito. et Albumaſar ⁊ Alchabicius ⁊ poſteriores oſtendunt) Unde cardinalis cameracenſis de Alliaco flamingis vicinus: dicit flamingos de loco ad locum vagare propter gyrouagam lunā que plage eorum preeſt: et ſic eſt in mari. Aliqua tamen ſunt maria ita terreſtria ꝙ ſolum ſemel in menſe fluunt: ⁊ licet mare mediterraneum in ſcriptura ſacra dicatur mare magnum: Hoc non eſt in ordine ad oceanum ſed reſpectu lacuum Iudee / qui Maria reputant̃ in ſcriptura fluxus ⁊ inundationes maris bene nouit qui verſatus eſt in oceano ſecundum illud Eccleſiaſtici. xliij. qui nauigat mare enarrat pericula eius: ita ꝙ poteſt dicere illud Pſalmiſte pſalmo. xcij. mirabiles elatiōes marꝭ mirabilis in altis dominus. ⁊ Iob. xli. ferueſcere faciet quaſi ollā profūdum maris. gulphus in mari fit ex colliſione duarum aquarum contra ſe impetuoſe motaꝝ. ⁊ ſic in flumine vbi ſi nauis ingrediat̃ vix egredieuꝫ ſicut ⁊ carybdis ſecundū illud naſonis. Et vomit epotas ſeua carybdis aquas. ſcylla ⁊ carybdis ſunt duo mōſtra ī mari ſiculo. Unde incidit in ſcyllā cupiēs vitare carybdim. Hoc ipſum etiam probatur ꝑ dies creticos cū lū peruenerit ad ſignū oppōm ſignū inceptiōis egritudīs: tūc apparebit notabiliter ſi egritudo fuerit ſalubrꝭ. et in quarto die poſt morbum acutum fit criſis cum luna venerit ad quartum aſpectum loci in quo fuerat in principio morbi: Sed ad iſtud poteſt dici ꝙ periodicatio prouenit a putrefactis humoribus intrinſecis ſicut quartana febris quarto die et ⁊ tertiana ſtio parocīſmo hꝫ.

¶ Secunda concluſio. influētie celeſtes non ſolū ſunt ſigna iſtorum effectuum recitatorum: ſed cauſe hoc probatur per regulam inueniende cauſe: ſicut Ariſtoteles in ſecundo de generatio. dicit. ſolem eſſe cauſaȝ generationis et corruptionis. ¶ Tertia concluſio ſicut hereticum: immo ridiculum in phīa eſt dicere celos hominem ad virtutes vel vitia neceſſitari. Ita veritati congruit dicere homines ad hūc modum vel illum hāc paſſionem vel illam inclinari. Prior pars patet ⁊ meritū ⁊ demeritum tolleretur. de philoſophia patet ſecundo peri harmenias / potentie rationales valent ad oppoſita. ⁊ nono metaphyſice. hoc idem patet ſecūdo phiſicorum de agente a propoſito. Secunda pars patet auctoritate Ptolemei in ſecundo tractatu quadriparti. vbi omnium gentium in terra habitantium deſcribit mores: ⁊ quia ipſe inter cetera tangit vnum quod Ariſtoteles in problematibus tangit capiam illud. Horuȝ autem hi qui meridiei ſunt proximiores in maiori parte melioris ſunt ingenij ⁊ acutioris intellect⁹ ⁊ in ſciētia rerum ſecularū fortiores propter circuli ſignorum ⁊ ſtellarum erraticarum loco Zenith capitum corūȝ ꝓpinquitatem: etiam vbi alia trāſlatio clarius proſequitur et motus ſuorum intellectuum cōuenienter motui ſtellarum ⁊ aſſimilantur eis inueniēdo res cito: ſuntq̧ magni ſtudij in quadriuiales ſcientias leuiter perquirendo ad illos qui morantur in terris que tēperate ſūt inter frigus et calorē a parte meridiei: q̄ Haliabenrodam in commento explicans dicit: ſunt iſti de tertio q̄rto ⁊ quinto climatibus ⁊ generaliter de oīb⁹ qui morantur inter latitudinem. xxxiij. graduum vſq̧ ad latitudinem. xlii. quod exemplo detegit. Ariſtoteles et Galien⁹ fuerunt de quinto climate Ptoleme⁹ ⁊ Plynius. de. 3. aliqui habent Plato et melius quia conſūmatus in mathematicis erat. Plynius orator ⁊ multorum recitator non i. 3. climate ⁊ magis naturalis q̄ mathematicus Ouidi⁹ natus ad carmīa et malus rhetor ſecundum iſtud Quicquid conabar dicere verſus erat Marcus Tullius ad facūdiam in proſa non ad carmina ſecunduȝ illud Iuuenalis ſatyra. x. O fortunatam natam me conſule romam. Anthonij gladios potuit cōtēnere ſi ſic omnia dixiſſet. cui aſtipulatur illud apoſtoli. Corinthiorum. Diuiſiones gratiarū multe aliis ſermo ſapientie ⁊c. Hic acriter impugnat: Inſcite reſpondet alius econtrario ⁊ ſiue has diſpoſitiōes a celo / vel parentibus ducant omnia ſunt dei dona: et celum cauſa ſecunda. et dei inſtrumentum experientia: hoc docet ita q̧ inane eſt multa ſcripta coaceruare ad veritatem propoſitionis cognite apud omnem prudētem: qui hominum mores inter ſe comparauit dicim⁹ iſtos alti animi ⁊ ſupbos. illos vafros ⁊ verſipelles. iſtos caſtrimargos. iſtos luxui deditos. ¶ Secundo arguitur illa via ad idem. nemo debȝ reputare iſtud plus incōueniens q̄ aliquos ex parentibus accipere incētiuum ad ſiniſtre agendum ⁊ ad libidinem. ſic de preſbiterorum filijs cēſuerunt maiores. patet extra de filijs preſbyterorūȝ ordi / vel non ordi / per totum. quare alias fuit eis interdictum ad ordines promoueri ſine maximi pontificis exhera niſi quia preſumitur de eorum incōtinentia: ſicut de parentibus de quibus traxerūt originēȝ. ſic ſtat aliquem eſſe bene natum. ſexto ethicorum. ſiue a parentibus ſiue a Ioue vel alia bona influentia. al̄r̄ male natum ſiue a ſaturno marte vel parentibus non refert dū modo ad hoc ponatur ſolum inclinatio. ¶ Quarta cōcluſio ſicut delirum eſt ad horoſcopum non extra vterū vel extra vterum vel ad quodcunq̧ ſignuȝ in quattuor punctis principalibus vel minus principalibus intermedijs habere reſpectū: ſic inſanum eſt habere intuitū in inchoatione reruȝ a voluntate dependentium q̄s ſtabiles expetimus ad ſigna fixa vel ad quecunq̧ ī inchoanda expectare aſpectum celi propiciū. ¶ Hec cōcluſio quoad vtrāuis partem eadem eget probatione. Probatur ſic. in his que dependent ex libero arbitrio iprudētis eſt aliam cauſam querere niſi bonam vitam ⁊ media prudenter ad finem quecūq̧. ſecundū iſtud Claudij Ptolemei in cētiloquio. Sapiēs dominabitur aſtris. Capiam argumētum beati Auguſtini in quinto de ciuitate dei. q̧ circa finem primi capitis ī medium citat: ⁊ ſcite per multa capita proſequitur quid ſit inquit de q̄ nihil vnq̄ dicere potuerunt cur in vita geminorū ī actionibus ⁊ in cunctis in profeſſionibus in artibus honoribus ⁊ reliquis ſit tanta diuerſitas: ſimiliores eis ſint q̄ tum ad hoc attinet multi extranei q̄ ipi inter ſe gemini pro exiguo temporis interuallo in naſcēdo ſeparati: in conceptu autem per vnum concubitum: immo etiaȝ in momento ſeminati. ⁊ in capite ſecundo loquēs de duobus qui ſimul egrotare ceperūt ſiſr morb⁹ ī graueſcebat ſiſr leuabatur Hypocras eos propterea fratres ſuſpicabatur Poſſidoni⁹ ſtoicus aſtrologus cauſaȝ eſſe putauit quia eadem conſtellatione aſtrorum eos ortos eſſe multo prefert reſponſionem Hyppocratis reſponſiōi poſſidonij: et in illo capite ſupponit duos geminos q̄s ipſe nouit qui habebant diſpares egritudies: cur Hyppocras facile dediſſet ſolutionem propter diuerſ[illegible]menta ⁊ exercitationem: ⁊ ſequitur poſſidonius vel q̄libet fatalium ſyderum aſſertor mirum ſi poteſt hic inuenire quid dicat ſi noluit imperitorum mentibus ī eis neſciunt rebus illudere. ¶ Si dicas vnus āte alium naſcitur ⁊ ſic habet alium horoſcopum ⁊ alia ſigna: tūc capiantur duo non gemini ſimul nati. Si vis currere ad analogiaȝ Nigidij caueas ne nigidius figulus cum auithore dicaris. Inſuper beat⁹ Gregorius dat vnam bonam replicā ī Homelia de natiuitate ſaluatoris loquens de magis qui venerunt ad orandum xp̄m. Si dicatur q̧ ſemper in alio ⁊ alio inſtanti eſt alia conſtellatio vel pauo tempore: tunc ſicut argumentatur beatus Gregori⁹ virtualiter cum homo ſucceſſiue generatur in lucem et ſunt infinite partes proportionales ⁊ infinite ptes reſpondentes in tempore: infinitas influentias tales dabis quas null⁹ aſtrologus dignoſcit. ¶ Si dicas q̄dratura circuli ſcibilis ſciēntia nondum inuenta eſt ſic in ꝓpoſito: tunc colligitur propoſitum quod non potes iudicare: Inſuper ſolius eſt ꝓprium ſcire futura dei. Fortaſſe dicis: hoc eſt verum ſi ſua cauſa naturalis non eſt poſita in eſſe. ſcimus abſq̧ dubio cras erit oppoſitio vel coniunctio: hoc non ſufficit quia loquimur de his que ī humana volūtate ſita ſunt. vt de bello futuro. de hereſi. virtute. vel vicio vel ceteris que depēdent ex hominum voluntate. Et quāq̄ beatus Auguſtinus nec ali⁹ cos ad metam non loqui reducere valeret perfecte nec Arriū non Sabellium ⁊ ſimiles ad hāc metam non deduceret ſufficit q̧ eos ad metam rationabiliter ſua ratio duceret. In ſeptimo capite eos irridet qui expectāt diem vt vxorem ducant. hoc idem patet ex apoſtolo ad Galathas quarto. Quomodo iterum cōuertimini ad infirma ⁊ egena elementa quibus denuo ſeruire vultis dies obſeruatis et menſes ⁊ tempora et annos. Timeo vos ne forte ſine cauſa laborauerim ī vobis: q̄ ſcite gloſa marginalis exponit dicēs vt hodie nō eſt aliud incipiendum. menſes qui curſu lune perſcrutātes dicūt tali luna non eſt aliquid inchoandum. et licet a gloſa in

ferlineari ⁊ ſatis ad litteram. hoc intelligitur de obſeruatione dierum et menſium veteris teſtamenti: vtraqꝫ expoſitio eſt litteralis. Ex omnibus his patet ꝙ nulla eſt adhibenda fides aſtrologis predicentibus bella inter iſtos reges/hoc anno vel illo. vel iſte erit bene fortunatus hoc anno vel male. patet omnia talia dependent a libero arbitrio inclinatio celi non neceſſitat ad virtutem vel vitiuꝫ multo minus impellit ꝙ paſſio corporis que eſt intrinſeca ⁊ anime confederata. ¶ Sed ꝯ iſtud arguitur per Ariſtotelem in proprietatibus elementorum coniunctio ſaturni ⁊ Iouis fecerunt ſigna vacua: hoc idem oſtēdit primo polyticorū ſeptio Poſtꝗ locutus eſt de aggregandis opibus oſtendit facile eſſe philoſophus poſſe acquirere diuitias: ſed plerūqꝫ non ſūt ei cure: et hoc oſtendit per aſtrologiā Thaletis mileſij: cum enim obijceretur illi philoſophie ſtudium propter inopiam quaſi inutile et infructuoſum: proſpexiſſe illū ferunt per aſtrologiam oliuarum vbertatem futuram. Cūqꝫ coegiſſet pauxillum pecuniaruꝫ hyeme adhuc vigente emptionē olee feciſſe in Mileto ⁊ in Chyo pro paruo admodum ꝓcio vt pote nemine plus offerente arraſqꝫ dediſſe. Cum itaqꝫ poſtea tempus veniſſet multis ſubito querentibus vendidiſſe oleum quanti ipſe voluit et magnam vim pecuniarum inde ſuperlucratum oſtendiſſe amicis perfacile eē philoſophis ditari ſi vellent: ſed hoc non eſt illis cure. ¶ Secundo arguitur ad idem multa vera aſtrologi predicunt que depēdent ex [illegible] arbitrio [illegible]gitur. Itē cometa cauſat homines mouere ſeditionem et ex conſequenti eſt cauſa mortis principis. ¶ Ad primum in hac materia non eſt opus ſuſcipere Ariſtotelem. tum ſecundo hoc erat ex inclinatiōe ſoluꝫ: etiam nō nego quin illa poteſt predicere aſtronomus que a cauſis naturalibus fiunt velire anus coniūctionem ⁊ oppoſitionem luminarium: paſtores predicunt pluuiam vel ventuꝫ per cornua lune: ⁊ per varios aſpectus celi ſigna paſtorum de vbertate vel ſterilitate colligit Virgilius in georgicis: et ita in innumeris talibus. ¶ Ad ſecundum aſtronomi multa predicūt (certe ſic facit mater mea (per coniecturas videndo ſcyntillas ignitas inter duos cordatos pricipes conterminos: ⁊ de pari certantes. ¶ Secūdo dicūt in vniuerſali ea ꝗ mulierculas non latent vt puta hoc ā̄no futuro erit peſtis in aliquo loco. ⁊ ſi nō fuerit in terra tua. ibis ne ad explorandum an ſit in alia? Sic dicunt multa erūt matrimonia hoc anno in francia: multi proficiſcentur peregre aduiſitandos ſanctos ⁊ viuent in iocūditate: hec anno ſuperiori data ſunt impreſſioni in prenoſticationibus que nullos fugiunt. ¶ Tertio dicunt aliqua vera ſed hoc eſt a caſu et fortuna: ſicut cecus nonnunꝗ ptrāſit paludem ſine macula. ¶ Quarto multa ſiſcitantur ⁊ nc fundamentum habēt loquendi. ¶ Quīto tria falſa pro vno vero ponunt. Sexto ponūt aliqua ambigua ⁊ male inclināt poſt euentum rei in omnem partem dictum amphibologicum: vt in hanc partem expoſuit: neceſſarium eſſet hunc mori tali hora: hoc erat ei paratum a priſcis Parcis ante oēm veſtem ſic Clotho ⁊ due alie ſorores diſpoſuerunt. ¶ Septimo interdum dicūt aliqua que homines latēt vt de furto clandeſtino ⁊ ceteris peccatis: ⁊ de alijs que fiunt in partibus remotiſſimis: hoc a demone habēt quia in breui tempore vel in inſtāti de patria in patriam diſcurrit. demones includūt in annulis que dicūt ab alio demone commentum non loquor. Quidā paterfamilias meridionalis Britannie/ admodum opulentus ⁊ reputatus verax ⁊ probus inter ſuos mihi obtulit quadraginta ſolidos ſue monete que octodecim francos valent vt demonem ei relegarē in annulum: aſſerens publice coram omnibus ꝙ demon eius quem habebat quadriennio iam abierat. a quo ſi quis truncuꝫ oleris abſtuliſſet e veſtigio denunciaſſet. Nō video quomodo naturaliter poteſt recuperari deꝑditum ꝑ conuerſionem clauis inter duos digitos dicēdo ſi videbas furem currentem ⁊c. vel per quecūqꝫ imaginum protractionem: ⁊ ita de talibus. ſed demon inuoluit ſe in iſtis creberrime qui multa vera dicit. vt demuꝫ fallat requiritur cauſa apparentie ad fallaciam. vt patet primo ⁊ ſecundo elenchorum. ¶ Ad tertium non video ꝙ cometa ſit amplius ſignum mortis principis ꝗ alteri⁹: quicquid dicat Ariſtoteles ī methauris Tēpore comete ē magna ſiccitas et calliditas. Unde poteſt eſſe ſterilitas in terris ſiccis et homies mouere ad coleram. et interdum contingit ꝙ pñceps moriatur tēpore comete ſicut interdum nos ipſi vidimus. Et quia mors pñcipis per plura ora volat ꝗ alicuius alteri⁹. ex morte vnius principis duorum vel trium. illud dictū vulgare accepit Ariſtoteles.

## ¶ Diſtinctionis. xv.

D Ixit etiam deus: producant aque reptile anime viuentis: et volatile ſup terram ⁊c. Opus quinte diei eſt formatio piſciū ⁊ auium quib⁹ duo elemēta ornantur: et de cadeꝫ materia: id ē de aquis pices et aues creauit: volatilia leuās in aera: et natatilia remittens gurgiti.

## ¶ Diſtinctionis. xv. Queſtio vnica.

C Irca hanc quintam decimam diſtinctionē Querit an elementa maneāt in mixto. ¶ Rñdetur. ſuper hoc varie ſūt poſitiones vna Auicēne/ quam recitat commentator: tertio celi ⁊ mundi commento ſexageſimo ſeptio ꝙ elementa maneat in mixto ſꝫ ſubſtātiam: non remiſſa: ſed ſecūdum qualitates ſunt remiſſa. Quā opinionem impugnat illic commentator ponens et ſubſtantiam ⁊ qualitatem remitti. Vtraqꝫ illarum poſitionum communiter relinquitur et reputo vtrāqꝫ opinionē falſam. Propterea reſpondetur negatiue ad titulum queſtionis ꝙ elementa non manent in elementato. Probatur cōcluſio: quia da oppoſitum tunc in forte eſſent et forma terre ignis aque/ et aeris: ⁊ per conſequens aliquod illorū elementorum detinetur extra ſuum locum naturalem ⁊ ſic in Salamādra viuente in igne tria manebunt lementa. Rurſus ſi quelibꝫ pars mixti habeat quattuor elementa ⁊ qualitates elementorum qualitates cōtrarie ſimul erunt: ⁊ continuo in eadem parte erit actio et reactio. Multe ratiōes poſſunt adduci in reprobatiōe harum opinionum ſed hec ſufficiant. ¶ Contra hāc cōcluſionem ſic argumentor quando confricamus man⁹ tempore calido egreditur terra. ergo terra erat in ho=

mine. Et confirmatur auctoritate ſcripture ex limo ter
re deus fecit hominem. Geneſ ſecundo. Memento ho-
mo quia cinis es ⁊ in cinerem reuerteris. primo die qua-
dragesime dicit eccleſia in cuius ſignum dat cineres. et
Geneſis tertio. quia puluis es ⁊ in puluerem reuerte-
ris. ¶ Ad primum iſtorum nego ꝙ illi ſudores erant p-
tes hominis: ſed ſūt ſupfluitates ſcđe digeſtiõis expul-
ſe a calore naturali ꝑ poros ei⁹. Et illud patꝫ hõ in ſom
no optime digerit regulariter tales ſudores eijciūtur.
¶ Ad ſecundum licet Auicenna fen. pͥma doctrina ter
tia. capite ſecundo. dicat hominem habere complexio-
nem temperatiſſimam. illic inquiens donauit autē ho
mini complexionem temperatiorem / ꝙ in hoc mundo
eſſe eſt poſſibile cum ſuarum virtutum conuenientia q̄
bus agit ⁊ patitur: ⁊ vnicuiqꝫ membro donauit de com
plexione quod meretur. Tamen illa complexio tempe
rata per quā diſcraſiam in intemperatam labitur: et in
humiliationem dicitur componi ex terra viliſſimo ele-
mentorum. Non ꝙ terra ingrediatur compoſitionem
eius: ſed materia terre: et propterea in eius humiliatio
nem ponuntur illa que recitauimus: propterea admo-
dum ſcite Plynius ſecundus ſeptimo libro ſue natura
lis hyſtorie de fragilitate hominis loquitur in hūc mo
dum. Miſeret atqꝫ etiam pudet eſtimantem ꝙ ſit friuo
la animalium ſuperbiſſimi origo cum pleruqꝫ abortus
cauſa fiat odor lucernarum extinctu. His principijs
naſcuntur tyranni. Tu qui corporis virib⁹ fidis. fortu-
ne munera amplexaris. cuius ſemper in victoria mēs.
qui te deum credis aliquo ſucceſſu tumens tāti ꝑire po
tuiſti. At qui etiam minoris potes hodie ꝙ tulo ſerpen
tis dente: aut vt Anacreon poeta acino vue paſſe: Fa-
bius pretor in lactis hauſtu vno pilo ſtrangulatus. Is
demum vitam equa lance penſabit qui ſemper fragili-
tatis humane memor fuerit: homo eſt cinis ⁊ de cineri-
bus ⁊ per ſynodogem vermibus eſca ſecundum epita-
phium petri comeſtoris in ſācto victore. Petrus eram
quē petra tegit factuſqꝫ comeſtor: nūc comedor. ¶ Se-
cundo arguitur in ligno ſunt terra aqua ignis ⁊ aer qđ
patet applicādo lignum viride ad ignem egreditur aq̄
in extremitatibus lignorum, manent cineres in fine ex
eunt flamma ⁊ fumus loco ignis et aeris. ergo elemen-
ta prefuerunt in illo ligno. Et hoc confirmatur diſtillā
do roſas egreditur aqua: hoc patet in diſtillatione ace-
toſe ⁊ in ceteris herbis. ¶ Ad ſecundum dicitur ꝙ illa
aqua que egreditur a ligno viridi non fuit pars eius: ſꝫ
aqua incluſa in poris ligni que reperiens ſuum cōtra-
rium / ſcilicet ignem victorem egreditur per extremita-
tes: cinis qui manet non fuit in ligno ſed corrupta for-
ma ligni introducitur. forma cineris materia manet in
vtraqꝫ tranſmutatione. primo phyſicorum fumus ⁊ flā-
ma generantur de nouo. Ad aliud de aqua roſacea ne-
gatur ꝙ ſit eiuſdem ſpeciei cum aqua elementari vel ē
eiuſdem ſpeciei cum roſis vt de vapore aque dici ſolet /
vel aliud mixtum imperfectū. Si dicas ex agitatione
calibis ⁊ ſilicis egreditur ignis: dicitur ꝙ ille producit
de nouo ab illa confricatione ⁊ nō prefuit in calybe vel
ſilice. ¶ Tertio arguitur. quinto metaphyſice dicit ele-
mentum eſt ex quo componitur aliud inexiſtente indi
uiſibili ſpē in aliam ſpēm. ⁊ primo de generatione Mix
tio eſt miſcibilium alteratorum vnio: modo ex his q̄ nō
ſunt non fit aliqua vnio. Et ſecūdo de generatione vult
Ariſtoteles ꝙ ex vno elemēto non poteſt generari mix
tum quod non eſſet verum niſi elemēta eſſent in mixto:
ſi non remanerent in mixto: eque bene poteſt generari
mixtum ex vno elemento ſicut ex quattuor. ¶ Ad pri-
mum dicitur ꝙ ibi capit elementum pro materia. Ad
alias auctoritates dicitur ꝙ mixtio eſt vnio virtualiter
miſcibilium alteratorum ⁊ non in actu ⁊ ꝙ mixtum be
ne poteſt generari ex vno elemento in actu concurren-
te alio extrīſeco. ⁊ ſic virtualiť generatur ex quattuor
elementis: quia concurrunt influentie quattuor elemē
torū: Philoſophus locutus eſt de vno elemento nō cō
currente alio extrinſeco. ⁊ hoc eſt verum quia ſoluꝫ vir
tute illius non poteſt generari mixtum. ¶ Quarto ar-
guitur. Ex illo ſequitur ꝙ elementata non eſſent magis
mixta ꝙ elementa: cum elementa habent formam ſub-
ſtantialem ⁊ materiam ſicut et mixta: et contra hoc eſt
inconueniens. Preterea mixtum mouetur ad motum
elementi predominantis in eo primo de celo. ergo in eo
ſunt elemēta. Dicitur ꝙ elementata non componunť
ex elementis nec propterea dicuntur mixta: ſed q: mix
ta in naturalibus diſpoſitionibus ſuis participant q̄li
tates quattuor elementorum: potiſſimum mixta perfe
cta. alique partes hominis ſunt calide: alique frigide:
alique humide ⁊ alique ſicce ſicut Auicenna in loco al-
legato declarat poſuit. ergo quedam ex membris cali
diora. ⁊ alia frigidiora. ⁊ alia ſicciora. ⁊ alia humidiora.
Quod autem in corpore calidius eſt eſt ſpiritus et cor
a quo procedit. deīde ſanguis. poſtea epar / poſt quod
eſt caro. poſtea ſplen. poſtea renes. poſtea arteriarū tu
nice / frigidius quod in corpore eſt eſt flegma. poſtea pi
li. deinde os. poſtea cartilago. inde ligamentum deīde
chorda poſt penniculus. deīde neruus poſt nucha poſt
cerebrum deinde adeps. poſtea pīguedo. poſtea cutis
Res autem ſiccior que eſt in corpore eſt pilus qui eſt ex
vapore fumoſo qui eleuatur. poſtea eſt os ⁊ que ſequun
tur. licet reſpuamus hoc quod dicit doctrina ſecūda ca
pitulo vnico eiuſdem Fen vbi dicit elementa ſunt cor-
pora ⁊ ſunt partes prime corporis humane et aliorum
que in corpora diuerſarum formarū diuidi minime poſ-
ſunt. ex quorum commixtione ſpecies diuerſe generato
rum fiūt. Et iſtđ poteſt declarari in bobus aſinis ⁊ cete
ris mixtis perfectis hoc non contingit in elemētis ma
nentibus in ſua naturali diſpoſitione: vt patꝫ primo de
generatione. Et ſic mixta componūtur ex elemētis q:
quattuor qualitates eiuſdem ſpeciei cum qualitatib⁹
elementorum manent in mixtis: ⁊ ſic elementum virtua
liter dominatur a mixto. quod plus participat đ terra
eſt grauius. quod plus cum igne leuius: ¶ An obiter
loquendo ſi velis cognoſcere hanc grauitatem vel leui
tatem ſiue menſurā procede hoc modo: et primo in cor-
poribus ſolidis quibus auferentur portiones equales
que mictātur in eādem aquam: ⁊ videatur ſi ambo de
ſcendunt aut ambo natant aut vnum deſcendit ⁊ alter
natat ſi vnum deſcendit et alterū natat deſcendens eſt
grauius ꝙ natans. Si vero ambo deſcendūt ⁊ eque ve
lociter tunc ſunt equaliter grauia. Si inequaliter tūc
ſunt inequaliter grauia ⁊ proportionabiliter ſicut vnū
altero velocius deſcēdit proportionabiliter eſt altero
grauius. Si autem ambo natāt videatur an equaliter
ſubmergitur. ⁊ ſi ſic ſunt equaliter grauia / an inequali
ter ⁊ ſic ſunt inequaliter grauia: ⁊ quantum vnum alte
ro plus ſubmergitur tāto altero eſt grauius vt ſi in duo
bus lignis aſſignarentur. xij. puncta quorum vnius q̄t
tuor puncta ſubmergerenť ⁊ alterius. viij. illud cuius.
viij. puncta ſubmergerētur eſſet in duplo grauı⁹. Idēꝫ
patet in corporibus liquidis. Unde dato ꝙ vnum lignū
ponatur in aqua ⁊ in oleo videať vbi magis ſubmergi-
tur. ⁊ illud in quo magis ſubmergitur de ligno eſt min⁹
graue. Si autem equaliter ſubmergeretur in quolibꝫ

ſtiorum: tunc ambo ſũt equaliter grauia. Unde ſi quat
tuor puncta ſubmergunt in quolibet: tunc aqua ⁊ oleũ
ſunt equaliter grauia. Si autem in aqua ſubmergeren
tur quattuor ſolum ⁊ in oleo. viij. aq̃ foret in duplo gra
uior oleo. Idem patet de duobus corporib⁹ quorũ vnũ
eſt liquidum ⁊ aliud ſolidum ponãtur enim ambo in aq̃
ſcilicȝ lignum ⁊ oleum: ſi ſuperficies ligni fiet equalis
ſuperficiei aque ambo erunt eque grauia. ſi non oleum
erit grauius. ⁊ hoc ſecundum proportionem punctorũ
ſupernatantium ad puncta ſubmerſa. ¶ Quito argui
tur. Si qualitates elementorum ſint remiſſibiles ⁊ nõ
forme elementorum ſtabit forma ſubſtãtialis ignis cũ
frigiditate. et per conſequens cum grauitate. hoc eſt in
conueniens caliditas eſt paſſio ignis. conſequentia ta
men patet vnus gradus caliditatis ignis poteſt remit
ti ⁊ agens quod corrupit illum gradum non eſt maioris
actiuitatis ꝙ antea. prout ſupponit in fine actiõis igni
minus reſiſtit. ergo tandem corrumpentur omnes gra
dus caliditatis ⁊ ex conſequenti introducetur frigidi-
tas. ¶ Reſpõſio. aliqua ſunt elementa (vt experimur)
quorum qualitates conuenientes poſſunt tolli eſſẽtijs
elementorum remanentibus: Hoc liquet de aqua cuius
omne frigus tollitur calore introducto: commenticiũ
eſt dicere. ꝙ terreſtreitates exiſtentes in aqua ſolũ cale
fiunt ⁊ non eſſentia aque. quia ſi ſit terra pura vel terra
mixta. idem inconueniens debet reputare opinans de
vno / ſicut de alio. Etiam aer eſt frigidus in media regio
ne aeris. vt dicit Ariſtoteles ſecundo Metheororũ cu
ius qualitates prime ſunt caliditas ⁊ humiditas: vide
mus ergo qualitates primas trium elementorum infe
riorum remitti poſſe per actionem contrariorũ. de igne
multũ rõnis dare nõ poſſum⁹ niſi preſuppoſito experimẽ
to. Nullus adhuc eſt ꝑcept⁹ ignis frigidus. concedo ꝙ
aliqui gradus caloris poſſũt remitti ab igne: ſed nego
ꝙ poteſt introduci frigus in ignem / vel ꝙ totalis calor
poteſt ſeparari ab igne. datur maxima caliditas cuȝ q̃
non poteſt ſtare forma ignis: et hoc prouenit a perfecti
one forme ſubſtantialis ignis ſuper formas trium infe
riorum elementorũ: ſicut eminentiſſimum locum inter
elementa ſibi vendicat ignis: ſic ſua forma ſubſtãtialis
aliorum trium elementorum formis preſtat. modo plu
ra requiruntur ad conſeruationem rei perfecte ꝙ imꝑ-
fecte homo pluries capit alimentum ꝙ cetera animan
tia: veſtium ⁊ multorum aliorum eget que non requirũ
tur ad imperfecta.

## ¶ Diſtinctio. xvi.

HIs excurſis / que ſupra
de hominis creatione ꝑ-
miſimus effectui manci-
pare atq̄ ordie explana
re nũc ſuſcipimus. Ubi
hec conſideranda viden
tur: ſcilicȝ quare creatus
ſit homo ⁊ qualiter inſtitutus: et qualis et
quomodo factus: deinde qualiter ſit lapſ⁹
poſtremo qualiter ⁊ per q̃ ſit reparatus.

### ¶ Diſtinctionis. xvi. Queſtio. vnica.

SUperius magiſter determinauit
de conditione creature ſpiritualis puta an
gelice: ⁊ de conditione creature corporalis
Hic tractat de productiõe creature compo-
ſite ex vtraq̄: ſcilicȝ de homine ⁊ potiſſimum loquitur
de anima que eſt imago dei introducens illud Auguſti
ni in libro de quantitate anime dicentis. Anima facta
eſt ſimilis deo / quia immortalem ⁊ indiſſolubilem fecit
eam deus: gratia cuius mouetur iſte titulus queſtiõis /
an ſint plures forme in homĩe. ¶ Pro cuius intelligẽ-
tia ſuppõatur ſuper propoſita materia ꝙ multiplex eſt
opinio: ſed tres ſunt magis famate ⁊ rationabiliores.
Quarum vna tenet formam corporeitatis coeternam
materie. ¶ Secunda ponit in homĩe duas formas: ſci-
licet ſenſitiuam et intellectiuam realiter diſtinctas.
¶ Tertia poſitio ponens vnam animam in homine. q̃
eſt intellectiua et ſenſitiua: etiam negat formam corpo
reitatis. Poſitis opinionibus ponũtur concluſiones.
¶ Prima non eſt ponenda forma corporeitatis ad in
tentionem opponentium. hoc eſt diſtincta ab anima in
tellectiua. ¶ Secunda concluſio. non eſt ponenda ſen-
ſitiua anima homini inherens diſticta ab intellectiua.
¶ Tertia concluſio. ſolum eſt vna forma in homine: ſci
licet anima intellectiua. Contradictorie duarum pri-
marum concluſionum poſſunt defendi Strabus ⁊ Be-
da venerabilis. vt patet per gloſas Geneſis primo. et
plerique alij ſuſtinent contradictoriam prime concluſio
nis. Aliquibus eorum ponentibus formam ſubſtantia
lem oſſis diſtingui eſſentialiter a forma ſubſtãtiali car
nis: ita ꝙ quot ſunt partes etherogenie. tot ſunt forme
eſſentialiter diſtincte. tot ſunt forme ſubſtantiales di-
ſtincte: inter ſe ⁊ iſti ſunt ꝑtiti: Aliquibus dicentibus
vltra omnes iſtas formas ponẽda eſt vna forma corpo
reitatis / a qualibet iſtarum ⁊ ab eis omnibus realiter
diſtincta. Alij dicunt ⁊ rationabilius vel minus irratio
nabiliter ꝙ forma corporeitatis non diſtinguitur a con
gerie formarum partium etherogenearũ. Et ratio quia
pauciora multiplicat gratis accedendo. ¶ Ad primã
concluſionem probatur ipſa ſic. Commentator dicit pri
mo phyſicorum. ſi materia haberet aliquam formam ꝑ
petuo. Ipſa nullam aliã poſſet recipere. Si dicas hoc
intelligitur de forma ſpecifica das occaſionem tenendi
ſenſitiuam diſtinctam ab intellectiua ⁊ formas elemen
torum manere in mixto ſemper dicam ꝙ ſola vltima eſt
ſpecifica. ¶ Secundo omnia que dicuntur de genera-
tione ⁊ corruptione poſſunt ſaluari non ponẽdo formã
corporeitatis. Et non eſt ponẽda pluralitas ſine neceſſi
tate. ergo ipſa non eſt ponenda. ¶ Tertio per eandem
qualitatem homo eſt albus coloratus ⁊ qualificatus.
ergo per eandem animam intellectiuã ſortes eſt homo
animal ⁊ corpus. Si ponas vnam formam ad denomi-
nationem corporis debes ponere aliam ad denomina-
tionem animalis: et tertiam ad denominationem homi
nis. et ſic oportet refricare poſitionem que tenet ꝙ tot
ſunt forme in cõpoſito quot ſunt p̃dicata dicibilia de p-
nomine demonſtrante ipſuȝ eſſentialiter: quod non eſt
impugnatione dignum. Quo fit homo eſt corporeus ꝑ
animam ſpiritualem. Sed contra iſtam concluſionem
arguitur. homo eſt compoſitus ex corpore et anima ra
tionali. aut igitur corpus ex quo cõponitur eſt ſola ma
teria / aut materia cum accidente. aut materia cum ani
ma intellectiua: aut materia cum alia forma ſubſtãcia
li. nõ materia ſola. quia tunc quodlibet elementum cõ
poneretur ex corpore: quod ab omnibus negatur. cum
ſolum animalia dicuntur ex corpore et forma componi

nec eſt materia cum accidente: quia accidẽs non eſt de eſſentia hominis: nec eſt materia cum anima intellectiua/ quia anima intellectiua eſt altera pars hominis a corpore diſtincta: ergo eſt materia cum alia forma ſubſtantiali: ⁊ non videtur cum qua alio niſi cuȝ forma corporeitatis. ¶ Preterea quando animal moritur materia pro nullo inſtanti eſt ſine forma corporeitatis aut illa: ergo preerat in animali dum viueret: et habetur ꝓpoſitum: aut eſt noua introducta et hoc non: quia nullus effectus vnus ſecunduȝ ſpeciem producitur a quolibet agente ⁊ pluribus ſecundum ſpeciem: nec etiã indifferenter per quãlibet tranſmutationem primã: ſed a determinata cauſa ſecundum determinatam tranſmutationem primam: ſed ſi bos vel aliquod aliud animal gladio vel fuſte interficiat̃: cadauer eſt eiuſdẽ rõnis et ꝑ conſequens forma eſt eiuſdem rationis: igitur de nouo non producitur ſed preerat in viuente. ¶ Ad primum dicitur ꝙ corpus capitur pro altera parte cõpoſiti: puta pro materia que eſt organizata. ſicut Philoſophus dicit ſecundo de anima ſic inquiens. Anima eſt actus ſubſtantialis corporis phyſici organici in potentia vitam habentis. Anima propter varias operationes requirit in materia varias organizationes. ¶ Ad aliud conceditur. ꝙ materia nunꝗ̃ eſt ſine forma: primum inſtans forme ſequentis eſt primum inſtans non eſſe forme precedentis. Nec inconuenit duos effectus eiuſdeȝ ſpeciei produci a multis cauſis ſpecie diſtinctis effectũ non attingentibus. Etiam non probaſti identitatẽ ſpecificam cadauerum ſi quis velit illud negare. ¶ Secundo arguitur. Si in homine corporeitas nõ diſtingueretur ab anima intellectiua: ſequeretur ꝙ corpꝰ chriſti in ſepulchro exiſtens in triduo nũꝗ̃ fuiſſet pars eſſentialis materie humane in chriſto: nec fuiſſet idem corpus viuum et mortuum: ⁊ ſic nõ fuiſſet diuinitas corpori vnita niſi per nouam aſſumptioneȝ quod videtur abſurdũ. Similiter non eſſent eadem corpora ſanctorum viua ⁊ mortua: et per conſequens non eſſent adoranda. cũ ſancti corpora illa mortua nunꝗ̃ habuerunt cum illa nunꝗ̃ ſunt eadem cum viuis ſiue cum illis que fuerũt viua. ergo magis concordat cum fide ponere diſtinctionem inter illas formas/ ꝗ̃ ponere ſolum vnam formaȝ/ ſiue ponere reſolutionem fieri vſq; ad materiam primam. Inſuper in ſacramento altaris ſubſtantia panis tranſſubſtantiatur in corpus xp̄i/ non in materiã tm̃: quia materia nõ eſt corpus ſȝ pã corporis: et tamen nihil de ſubſtantia panis tranſſubſtantiatur in animã intellectiuaȝ ſecundũ cõmuniorẽ opinionẽ doctoꝝ q̄ ponit aĩam intellectiuã ⁊ dimenſionẽ corporis ibi eẽ per concomitantiã. Aliter enĩ ſi aliquis conſecraſſet in triduo mortis xp̄i/ non fuiſſet tranſſubſtantiata panis ſubſtantia in toruȝ illð in qð tranſſubſtãtiabat̃ mõ: quod videt̃ falſũ. Reſtat ergo ꝙ in corꝑe ieſu xp̄i eſt aliqua alia forma cũ aĩa intellectiua in quã tranſſubſtantiat̃ forma panis/ ſicut mũ in materiã. ¶ Hec argumẽta facit quidã ĩ ſuo ſcðo. ⁊ Henricꝰ ſcðo q̇ðlibeto ponit hanc formã corꝑeitatis quibꝰ innitit̃ quidã aliꝰ vtroq; acutior Sunt ſuaſiões. ¶ Ad primũ iſtoꝝ argumẽtoꝝ negat̃ ſeq̃la: illud corpꝰ nullã habuit formã ſubſtãtialẽ in illo triduo: ⁊ fuit pars hũanitatis xp̄i: nõ eſt honeſtũ tribuere formã cadaueris illi bñdicto corpi. Querãt thomiſte ꝑ eis vnã formam qui negãt materiã poſſe eſſe ſine forma ſubſtãtiali. corpora ſanctoꝝ ſunt adoranda capiendo corpus ſicut iã diximus a principio. ¶ Ad vltimũ reſponſã eſt in q̃rto Et certe non video hec argumenta eſſe maioris ponderis pro arguentibus ꝗ̃ ↄ̃ eos. Tu dicis ꝙ corpus ſancti petri eſt adorandum cultu dulie propter ſãctitatẽ quã ſua anima merita eſt capiendo corpus ꝓ aggregato ex materia ⁊ forma corporeitatꝭ: ego nego illic eſſe formã corporeitatis ad intentionẽ ponentiuȝ: ſed eſt forma cadaueris ⁊ materia et illa olim fuit pars beati Petri. Corpori xp̄i non damus formam cadaueris: prout iam ſupra dictum eſt. ⁊ hoc eſt etiam veroſimile de beata virgine tempore quo erat mortua. ¶ Secunda concluſio. probatur quia da eius contradictoriam redibit incõueniens quod reputabamus contra primam poſitioneȝ. ¶ Secundo arguitur ad ideȝ. Ex iſto ſequitur ꝙ homo componitur ex bruto et ex homine. Secundo ſequitur ꝙ erunt duo homines ſpecie diſtincti/ non loquor de homine chriſto et ſorte. ¶ Primum iſtorum arguitur ſic. In ſorte ſunt due anime: ſcilicet ſenſitiua diſtincta ab intellectiua: tunc ſic. binarius anime ſenſitiue ⁊ materie eſt brutum (capiendo terminum abſolute) et binarius anime intellectiue ⁊ materie eſt homo/ et ſortes cõponitur ex iſtis tribus. ergo ſortes eſt homo ⁊ brutuȝ ſaltem copulatim. ¶ Secundũ illatũ arguitur ſic. poſito ꝙ b/ habeat ſolam animam intellectiuaȝ cum materia: caſus non eſt negandus a deo ꝙ deus non poteſt facere animã intellectiuam informare materiam quin ſenſitiua eandem informet: ſed non ſequitur ꝙ brutum eſt heres ſortis heres eſt filius vel filia ⁊ nomen ſuppoſiti. ¶ Ulterius iſta poſitio pari ratione debet ponere animam vegetatiuam diſtinctam a ſenſitiua et intellectiua. ¶ Ulterius ponatur quãdo producitur anima ſenſitiua ꝙ deus non producat animam intellectiuaȝ: tũc brutum erit heres: quia iam erit ſuppoſitum: ſed negatur iſtud. Homines nati ſtolidi non ſuccedũt ĩ hereditate paterna. ergo a fortiori nec hec belua. ¶ Ulterius arguitur auctoritate Auguſtini ĩ libro de eccleſiaſticis dogmatibus capitulo quintodecimo dicentis. Neq; quid dicimus duas animas in homine/ ſicut Jacobus et alij ſyriorum ſcribunt. Non valet quod quidam dicit in quodlibeto ꝙ Beatus Auguſtinus non reprobat duas animas in homine: ſed damnat modum ponendi duas animas in homine. quaruȝ vna eſt a deo et alia eſt a diabolo more Manachei: ſed hoc eſt alienum a mente Beati Auguſtini. vt patet legenti: non reſtat aliud niſi ipſum negare. ¶ Preterea auctoritate eiuſdem decimo ſuper Geneſis dicentis: ꝙ anima rationalis nõ ſolum carni prebet animalem vitam. Uerumetiam caro ſecundum ipſam aliquid concupiſcit: ⁊ ſi ipſa animalem vitam prebet ſequitur ꝙ preter ipſam frustra ponitur anima ſenſitiua: Finaliter hoc patet auctoritate Damaſceni libro ſecũdo dicentis. ꝙ anima rationalis organico vtitur corpore et eſt vite augmentationis ſenſus et generationis prebitiua. ¶ Inſuper queratur qð factum eſt de anima ſenſitiua chriſti in triduo. ¶ Sed contra iſtam concluſionem arguitur ſic. quia ipſa nõ habebit aliam probationem ꝗ̃ refellendo oppoſitas poſitiones. Ex iſta poſitione ſequitur ꝙ qualitates contrarie eſſent in eodem ſubiecto. primo conſequens eſt falſum: ergo et antecedens. Falſitas conſequentis eſt nota et probo conſequentiam: quia ſecundum iudiciũ ſenſus iudicat ſolem minorem terra: ſecundum iudicium intellectus iudicat oppoſitum aſſenſus contradictoriarũ ſunt cõtrarij q̃rto metaphyſice. ⁊ idem eſt ſenſus et intellectus per te. ergo iſta duo iudicia inherent eidẽ ſubiecto ꝓ mo qð eſt ↄ̃ naturas ↄ̃triarũ q̃litatũ q̃ mutuo ſe ab eodem ſubiecto expellũt. vt pȝ ꝑ experiẽtiã et ꝑ oẽm ſcholã. Non vȝ ad ſubiecta rẽ diſtincta cõgruere: q: realit̃ eſt eadẽ aĩa ĩ ꝑtibus. ⁊ ſic ꝓcedere neceſſe ẽ ꝙ ſi ſint

eidem. hoc patet. aliquis poteſt deſiderare aliquid ſecundum ſenſualitatem. vt perdicem in die veneris: ⁊ illud reſpuere ſecundum rationem vt patet de continente. ¶ Ad hoc reſpondet quidam queſtione quartadecima ſeptimi Ethicorum. ꝙ illa iudicia non ſunt ſimul: ſed ſecundum iudicium ſuperueniens primũ expellit per caſtigationem ſenſꝰ: ſed egre iſtud toti negocio ſufficit: Videtur ꝙ aliquis poteſt velle aliquid ſecundum ſenſualitatem et illud nolle ſecundum rationem ꝓ eodem tempore adequato. Et quando dicis actus appetendi aliquid et renuendi idem ſunt contrarii. Diſtingo: ſi ſequuntur eandem apprehenſionem. et hoc conceditur: ſi diuerſas negatur: Actus appetitꝰ ſenſitiui ſequitur apprehenſionem ſenſus: actus voluntatis libere ſequitur apprehenſionem intellectiuam: Hoc patet: ſi aliquid ſit dulce et calefactum catus per ſenſum tactus illud refugit: et per ſenſum guſtus illud proſequitur: Sed tales actus poſſunt dici virtualiter cõtrarij ꝓ quanto tendunt in diuerſa. licet non formaliter: ſicut forma ſubſtantialis aque virtualiter repugnat calori: ſed non formaliter cum ſe compatiantur in eadem materia: ſed quia in contrariis effectus procedunt virtualiter contrariantur: ſed aliquid circa hanc ſolutionem dicetur inferius. ¶ Secũdo arguitur ad idem ex iſta poſitione ſequitur ꝙ homo eſſet deterioris conditiõis q̃ vnum brutum conſequens eſt falſum et inconueniẽs

Dignificancia eſt natura ſecundo de Generatione. et probo conſequentiam brutũ generat brutum. ⁊ homo non generat hominem. ergo oportet dicere homines eſſe impotẽtes a tota ſpecie ſi generare nequeant. ¶ Forte dicis homo attigit brutũ quia in embrione primo eſt aĩa vegetatiua quia ſic primo embrio viuit poſt ea producitur anima ſenſitiua ⁊ corrumpitur vegetatiua que eam continet. ſicut tetragonus trigonũ. Et rurſus adueniente intellectiua ſenſitiua corrumpitur que prefuit ⁊ etiã intellectiua eſt vegetatiua quia vegetare facit: ⁊ potẽtias anime vegetatiue exercet: ⁊ eſt anima ſenſitiua quia eſt principium ſentiendi: intellectiua quia eſt principium intelligendi. Contra ergo ſaltem finaliter non manet brutum. ¶ Reſpõdetur nondũ exploratum eſt an anima ſimpliciter vegetatiua corrumpatur a cauſis generatiuis anime ſenſitiue. Et rurſus an ſenſitiua non intellectiua precedit intellectiuam quia ſi ſic homo producit brutũ ſed nõ vltimate ſicut equus producit equum: ita homo mediante anima intellectiua ꝓducit brutum et animã brutalẽ altioris ſpeciei q̃ aliquod brutũ quod habemus. Et ſi deus nõ crearet animã intellectiuã maneret brutũ quia illa a ſolo deo creatur Non eſt neceſſe tamen ponere iſtã productionẽ ⁊ corruptionem: ſenſitiua que primo producitur in homine eſt intellectiua: forma que a deo creatꝰ materia diſpoſita et organizata: ⁊ cõceditur ꝙ hõ nec ſenſitiuã nec intellectiuã ꝓducere põt: ⁊ eſt peioris conditionis in ꝓductione: [illegible] q̃ brutũ: ſꝫ eſt maioris ꝑfectionis diſpoſitiue quia nobiliorẽ formã dei imaginẽ diſponit: certe licꝫ ſit naturaliſſimũ opus viui Philoſophi in naturalibꝰ quod vnũquodq; gñet ſibi ſimile: nõ tñ eſt ꝑfectiſſimũ vel optimũ Angelus nullius ſubſtãtie ꝓductionẽ attigit ⁊ tamẽ ipſo paulominor eſt hõ: ſicut regiꝰ ꝓpheta canit ꝙ ſi petis an aĩa creet extra corpꝰ vel in corpe. Rñdetur ꝙ creatur in corpe: quia da oppoſitũ. ſeq hec ꝯcluſio. ꝙ aĩe itellectiua eẽt ꝑ inſtãs vel tpꝰ ante oẽ ſacramentũ ſine pctõ originali: vel ipm nõ ꝑueniret a libidine carnis quod non eſt dicendũ: primũ inſtãs aĩe itellectiue in rerũ natura eſt primũ inſtans informatiõis corporis minime naturalis. ⁊ primũ inſtãs non eſſe forme precedentis vel vltimũ inſtans non eſſe ⁊ exitie ⁊ informationis aĩe intellectiue eſt vltimum inſtans eſſe forme ꝓcedentis. de quibꝰ nunc nõ multũ inſiſto. quia de hoc alibi habitus eſt ſermo. ¶ Tertio arguitur ex iſta poſitione ſequitur. ꝙ noticia ſẽſitiua eẽt intellectiua. cõſeqñs eſt inconueniẽs. ergo et añs. Et ꝓbo cõſequẽtiã vtrãq; illarum ſi due ſint anime intellectiue ĩheret. ergo vtraq; eſt intellectiua cum vtraq; intellectui inhereat: quare alias vocatur intellectiua. ⁊ eodemmodo noticia intellectiua erit ſenſitiua: quia anime ſenſitiue inheret et ſic erit notitia vegetatiua quia vegetatiue inheret iſta ſunt preter conſuetũ modũ loquendi. igitur. ¶ Rñdetur aliqua dubitabilia tangit hoc argumentũ vnũ an viſio ⁊ auditio in homine ſit extenſa ⁊ cui ſubiecto talis qualitas inheret: Inſuper eſt difficultas ſi anima intellectiua ſit ſubiectum viſionis. An poteſt eſſe in anima ſeparata talis qualitas in eſſe noticie vel qualitatis ſiue dicatur viſio vel auditio vel ne non refert. hoc eſt ſolum verbaliter contendere. Et ſi ponatur ĩherere anime intellectiue tanq̃ ſubiecto inheſionis incaſſum videbitur duas noticias ſenſitiuam et intellectiuam ponere. de eodem obiecto diſtinctas ſpecie. Accedendo ad primum poſitio antiquorum eſt. patet apud beatũ Thomam doctorem ſubtilem et alios dicere. ꝙ viſio ⁊ iſte noticie ſenſitiue inherent ſubiecto extenſo vt viſio organo et anime inheret. et hoc totum cathegorematice eſt extenſum. ¶ Sed hic ingerit ſe iterũ alia difficultas de ſubiecto inheſionis iſtorum accidentium. et licꝫ iſte doctor et plerique alii ponant totum compoſitum eẽ ſubiectum inheſionis et denominationis opinor oppoſitum rationabilius. Et ratio eſt in homĩe mortuo manent iidem cicatrices. et vulnera que erant in homine viuo et accidens non migrat de ſubiecto inheſionis in aliud inherendũ: ſed iſtud non eſt magni momenti: nec ꝑpono figurã diſtinctam a re figurata. ¶ Arguitur ad idẽ de equo albo quem ſi repente interimimas manebit eadem albedo per breue tempus vel notabile. et ſic de nigredine in Ethiope mortuo et viuo: et tamen accidens (vti nũc nuperrime dictum eſt) de vno ſubiecto inherendum in aliud non proficiſcitur: non video rationẽ conſentaneam ꝙ totalis nigredo precedẽs corrumpitur ⁊ noua producitur. Ita repentine ab Ethiope nigro interimente equum. Nec video a quo corrumpetur ueſtigio nigredo Ethiopis et producetur alia. Propterea dicitur vtrobique in his accidentibus corporeis corpus ſiue materia eſt ſubiectum inheſionis licet et materia et totum compoſitum ſubiectum denominatiõis extiterit. Et ex conſequenti conceditur ꝙ eadem albedo mãet in equo mortuo que prius erat in viuo. ¶ Sꝫ contra hoc inſtas: tum primo hoc eſt contra Ariſtotelẽ primo de generatione dicentem. Generatio eſt trãſmutatio huius totius in hoc totum nullo ſenſibili manente. Eodemmodo nullum ſenſibile manet in genito quod prius erat in corrupto: ſed albedo eſt vnum ſenſibile.

Item calor ignis forme ignis inheret. Patet. forma eſt ita preſens calori ſicut materia: Et ſi dicas hoc non conuincit ſic Angelus eſt ita preſens noticie mee ſicut anima mea: ſed hoc non ſufficit. ¶ Sed contra rurſus ita arguitur. Ubi hec inter formam et materiam eſt inſeparabilitas. Nec videtur vnde forme repugnet eſſe ſubiectum accidentis non debes iſtud negare: ponatur forma ignis ſeparata et manuteneatur eius entitas a deo nũquid illa forma poteſt calefacere cum tota actio proueniat a forma? ⁊ ſi ſic nulla forma calefacis

niſi mediante calore ei inherente calorem ſpherice vel
hemiſpherice circa ſe multiplicādo. ¶ Ad primū dico
ꝙ Ariſtoteles itelligit nullo ſenſibili manē te eodē mō
nullo compoſito ſenſibili.et hoc eſt verum. Ad quod ꝓ
poſitum debuit Ariſtoteles habere reſpectum ad ani-
malia in generatione. ¶ Ad ſecundum cum iſta fanta-
ſiola in primo mihi occurrebat viſa eſt mihi colorē ha
bere; Sȝ dico ꝙ calor ignis materie inheret ⁊ nullo mo
do forme :nec ipſa eſt eiꝰ ſuſceptiua. ⁊ quādo ponis for
mam ignis ſeparatam inter paleas.tranſeat ꝙ calefa-
ciat: ſed hoc non eſt per calorem ei inherētem:quemad
modum nunc ignis forma calefacit. ſed non per calorē
ei inherentem:ſed ſoli materie inherentem ſed forma il
lum calorem producit ſic producit ſeparata in paleas/
cui ſi placet tibi dicere ꝙ non calefacit.tunc eo ꝙ non eſt
eodem modo quo nata eſt agere nec eſt ſufficiens appli
catio. Et licet materia non coagat ad calefactionē: eſt
tamen inſtrumentum requiſitum ad hoc: Nec hec ra-
tio poteſt iuuare aduerſarios eo ꝙ dicunt caliditatem
toti compoſito primo inherere Colligitur ergo ꝙ quali
tates prime/ et eam conſequentes inſunt materie pri-
me et non toti compoſito primo. Et iſtud iterum colora
tur omne ens appetit ſe permanere in eſſe ſicut dicit cō
mentator primo Phyſicorum textu commēti octoge-
ſimi primi: Itaꝙ nihil agit ad corruptionem ſuiipſius
immo reſiſtit corrumpenti ſi ex alteratione ipſa corrū-
pitur et generatur mixtum:hoc eſt illis a caſu vel ꝑter
intentionem quia non intendunt ſe corrumpere ſȝ alia
ſibi aſſimulare. ¶ Ex iſto ſequitur ꝙ affectus non per
ſe cōtrarietur cauſe ſine qua eſſe non poteſt:quia ſi per
ſe contrariaretur ad corruptionem illius.et cōſequēter
per ſe ageret ad corruptionem ſui. ¶ Alterius iuxta
doctrinam Philoſophi octauo phyſicorum notabis ꝙ
nulla operatio nec aliqua denominatio poteſt compe-
tere duobus eque primo. ita ꝙ ſi mouere primo forme
competit ⁊ moueri primo materie nullum illorum pri-
mo competit compoſito: licȝ ſibi per ſe competat quia
per ſe competit parti et contra currere vel nutriri pri-
mo competit toti: parti autē nō poſſet competere niſi
forte ex conſequenti. ¶ His premiſſis arguitur. Qua
litates prime et alie ſecunde conſequentes ad illas ſūt
inheſiue primo et per ſe in materia prima. Probatur
caliditas introducta in aqua ſolū materie aque inhe-
ret. Primo ergo pari ratione ⁊ quelibet alia nominata
qualitas primo inheret materie: antecedēs probatur
nam ſi caliditas illa inheret ipſi aque. Ergo aqua eſt
ſubiectū illius ⁊ cauſa eiuſdē ſine qua non poteſt eſſe:
quia accidens non poteſt migrare de ſubiecto ſuo ꝓmo
ad aliud ſubiectū:ſed illa caliditas per ſe agit ad cor-
ruptionem aque.ergo aliquid agit per ſe ad corruptio-
nē ſue cauſe ſine qua non poteſt eſſe quod eſt cōtra premiſ-
ſata. Et cū agens per ſe ad corruptionē ſue cauſe agat
ad corruptionem ſuiipſius. ſequitur ꝙ aliquid agit ad
corruptionem ſuiipſius :quod eſt falſum ⁊ cōtra premo
ſtrata. Hoc viſo ꝙ qualitates prime et eam conſequen-
tes materie prime inhereant. Ad reliqua accidētia de
ſcendere congruit de notitijs brutorum que ſunt exten
ſe non videtur ꝙ ille materie primo inhereant: ſȝ potiꝰ
ipſi forme vel toti compoſito. Probatio. nulla ſuaſio
adducta de probatione qualitatum primarum et eas
conſequentium hic locum habet. patet applicanti ra-
tiones ipſas de viſione et auditione in homie quod eſt
principale in propoſito preter rationem exponere eā
in materia prima: Ergo vel ſubiectum eius primum
erit ſola anima intellectiua vel aggregatum ex orga-
no et anima. vt puta viſio inheret vni parti oculi et ani
me puta pupille. Auditio vni parti auri et anime. Et
ita de ſenſationibꝰ aliorum ſenſuum. ¶ Primum iſto-
rum membrorum videtur reijciendum tum primo in-
conueniens eſt ponere duo accidentia ſpecie diſtincta
in anima de eodem obiecto: quia vna illarū intuitiua-
rum ſufficit ad iudicium habendum de predicatis acci-
dentalibus illius rei.ergo altera eſt inanis. Tum ſecū
do. ſicut anima intellectiua eminenter continet ſenſiti
uam et vegetatiuam propterea ſuperfluit ponere eas
ab intellectiua diſtinctas: cum poteſt exire in operatio
nes earum:ſic intellectiua noticia eminenter continet
ſenſitiuam.ergo ipſa non eſt ponenda ſaltem in eadem
potētia. Sȝ dices iſte due rōnes probāt ꝙ nulla eſt no
ticia ſenſitiua alia ab itellectiua ſicut itellectia aīa eſt
ſēſitiua. ¶ Reſponſio. hoc reputo non inopinabile pri
mo obtuitu. Et ſi dicas anima non poteſt habere viſio
nem ſine oculo bene diſpoſito. Propterea dicit Ari-
ſtoteles primo de anima. ſi ſenex haberet oculum iuue-
nis videret vt iuuenis. et ratio eſt quia anima eſt incor-
ruptibilis et diſpoſitio oculi in ſene (capiendo oculū
vt animam excludat) impedit ne ita bene videat. Hec
ratio non concludit dicetur pro hoc ſtatu anima nō po-
teſt habere noticiam intuitiuā obiecti extra ſe niſi me
diante ſuo inſtrumento quod ſi fuerit indiſpoſitū om-
nino notitiam habere nequit: ſi male diſpoſitum tene-
broſam habebit noticiam. vt patet de fabro non poten
te cudere in incude vomerem /vel caſſidem ſine inſtru-
mento diſpoſito: Sed anima ſeparata vel informans
corpus beati poteſt obiectum exterius ſine tali diſpo-
ſitione intueri:non nego quin beatus habeat inſtrumē
ta bene diſpoſita ſed dato ꝙ non haberet nihil impedi-
menti eſſet ſed redit ſolutio principalis argumenti de
proſequutione quoad appetitū ſenſitiuū:et fuga quo-
ad rationem aliter diluenda / poſtꝙ non currimus ad
duas apprehenſiones vel noticias ſenſitiuam ⁊ intel-
lectiuam: dicetur ꝙ appetitus naturalis non diſtingui
tur a re ipſa et non ponit aliquem actum poſitiuum ne
ꝙ appetitus ſenſitiuus. Et per conſequens ſaluatur ꝙ
non ſunt qualitates contrarie in eodem ſubiecto/ ſȝ eſt
inclinatio que eſt res ipſa inclinata ad virtualiter con-
traria: ſicut materia appetit formā: ſicut turpe bonū
⁊ femina virum primo phiſicorum et tamen appetitus
materie eſt ipſa materia ſed tunc negādi ſunt habitus
in appetitu ſenſitiuo virtutes et vitia diſtincti ab habi
tibus intellectiuis contra omnem ſcholam in morali
Philoſophia: ſed communis ſchola procedit ex tradi
tione patrum in hoc a quibus in materia morali nō fa
cile abeundum eſt/ et illi qui ponunt duas noticias in
anima intellectiua puta ſenſitiuam ⁊ intellectiua ī nō
poſſunt oīa iſta commode ſaluare quia noticia ſenſi-
tiua poteſt eſſe in anima ſeparata Cōcedere hoc in ſen-
ſu diuiſo et negare in ſenſu compoſito non eſt reſponde
re ad rem ſed ſtare in cortice cum multiloquio verborū:
cum noticia ſenſitiua nunc eſt in anima in corpore que
ta:ꝗ in ſubiecto primo in anima ſeparata de potentia
dei:non debes dubitare etiam neꝙ de potentia natu-
rali in preſentia obiecti vocetur quocunꝙ nomine vo-
lueris. Epilogando ergo vel oportet negare notitiam
ſenſitiuam diſtinctam ab intellectiua in homine et po
nere vnam noticiam que eſt ſenſitiua et intellectiua ſi-
mul: vel ponere duas ſpecie diſtinctas in eadē poten
tia reſpectu eiuſdem obiecti:vel ponere duas noticias
quarum vna eſt extenſa inherens organo prout ſatis
diffuſe ſuperius diximus et alia inheret anime intelle-

ctiue ſolum. ¶ Ad tertium nunc magis declinamus et non eſt difficultas in ſolutione argumenti ſecundum illum modum: ſecundum modum in ꝓbabilitate p̄mo modorum attribuimus: locum infimū i antro domus ſecunde poſitioni damus. In ſolutionibus argumentorum extra hanc materiam loquor ſecundum communiter loquentes. ¶ Quarto arguitur hec concluſio eſt contra articulum Oxonienſem et Okā (ſi bene mente teneo) in dialogo recitat q̄ audiuit magnum ſtrepitū oxonie factum contra quendam qui in diſputatiōe publica ſolum vnam animam poſuit in homine. Dupliciter ad hoc reſpondetur. Tum primo articuli Oxoniēſes non pertranſeunt Tameſiam/ ſicut pariſiēſes non pertranſeunt Sequanam. Tum ſecundo vtriuſq̄ vniuerſitatis multi articuli in eiſdem robur amiſerunt: q̄dam famigeratus doctor oxonienſis queſtione ſexageſima ſecunda ſui ſecundi tenet vnam animam in homine et multi alij doctores illius ſtudij hoc ſequuti ſunt. ¶ Tum tertio vidēda eſt illa opinio que plus ratiōi innititur et illa eſt amplectenda: ſed ſic videtur de hac poſitione que non ponit pluralitatem ſine neceſſitate: ⁊ eque bene vel melius omnia ſaluat. ¶ Dubitat vtrū omnes anime create ſunt ſimul. ¶ Secundo dubitatur an potentia anime diſtinguatur ab ipſa anima. ¶ Reſpondetur negatiue. Probatio per illud Pſalmiſte Pſalmo .xxxij. qui finxit ſigillatim corda eorū: per corda intelliguntur anime. Et gloſa ibidem. dicit q̄ animam ſeparatim deus creauit et non omnes in xidam. Item Auguſtinus in libro de eccleſiaſticis dogmatibus credendum eſt et firmiter tenēdum q̄ nō omnes anime ſunt ab initio create vt Origenes finxit neq̄ cum corporibus inueniantur ſicut luciferani ⁊ Cirulus et quidam lathenorū affirmant: ſed dicimus animam ſimul creari et infundi in corpore compacto ⁊ formato vt veniat in vtero homo. ¶ Sed contra iſtud arguitur Geneſis ſecundo habetur. q̄ requieuit dominꝰ ab vniuerſo opere die ſeptimo. ¶ Reſpōdetur requieuit q̄tum ad genera vel ſpecies: vel ſaltem in cauſa.

¶ Ad ſecundam dubitationem reſpondetur q̄ potentie ſenſitiua anime diſtinguitur ab anima: et potentie. diſtinguūtur inter ſe: hoc eſt potentia viſiua ab auditiua: et olfactiua a tactiua diſtinguitur. Potentia auditiua nihil aliud eſt q̄ aggregatum ex anima et parte auris. Potentia viſiua ſupponit pro oculo includendo animam: et ſic organum viſus eſt idem cum potētia viſus includens neruum opticum cum tunicis et humoribus oculi. de quibus in primo perſpectiue: ⁊ apud medicos videas. Et ſic quinq̄ ſenſus exteriores realiter diſtinguntur licet animam communem habeant. Sic de ſenſibus interioribꝰ dicatur. Memoria ſupponit pro anima et illa cellula in poſteriori parte capitis: quia habentes grande occiput ſunt bene memoratiui: et paruum occiput habentes non ſunt tenacis memorie: et illa parte leſa non bene reminiſcuutur. ¶ Alia eſt potentia interior/ ſcilicet ſenſus communis et ſupponit pro anima et ventriculo in anteriori parte capitis. Non eſt opus ponere alias potentias ab his diſtinctas/ q̄q̄ multorum ſit opinio in oppoſitum: quelibet iſtarum potentiarum vocatur organica quia componitur ex organo partialiter. De potentijs anime rationalis ſeu intellectiue ſcilicet memoria intellectu et voluntate partite ſunt poſitiones: Iſtas tres potentias ponit quidam doctor accidentia que fluunt ab eſſentia anime que ſunt medium inter animam intellectiuam: actum intelligendi et volendi: Ita q̄ ad producendū actum intelligendi requiritur aliud ab obiecto ſpecie vel habitu: ſcilicet ip̄a potentia: hanc poſitionem reputo a veritate longe alienam ſalua ſemper tamen reuerentia tam celebris patris. Omne accidens abſolutū deꝰ pōt corrūpere ſubiecto exiſtenti quo facto ⁊ anima intelligit: vt vult. Propterea negatiue reſpondetur ad dubium: et probatur reſponſio negatiua cum nō eſt petenda pluralitas ſine neceſſitate: et omnes ſaluantur non ponendo hoc diſcrimen. igitur. ¶ Si dicas multe ſunt auctoritates in partem affirmatiuam: Sic multe ſunt in partem negatiuam. Auctoritates ſunt ſimiles naſo cereo quē quis flectere poteſt vtroq̄ ſine fractura. Et loquor de auctoritatibus non canonicis.

¶ Vlterius hoc patet auctoritate Auguſtini decimo de trinitate capitulo vndecimo dicentis. Hec tria memoria intelligentia voluntas quomodo non ſunt tres vite: ſed vna vita nec tres mentes ſed vna mens: conſequenter vtiq̄ nec tres ſubſtantie ſunt ſed vna ſubſtantia: memoria quippe q̄ vita et mens et ſubſtantia dicitur ad ſeipſam dicitur: quod vero memoria dicitur ad aliud dicitur. hoc de intelligentia quoq̄ et voluntate dixerim. Et intelligentia quippe et voluntas ad aliud dicitur. Vita autem vnaqueq̄ ad ſeipſam et mens et eſſentia. Quocirca tria hec eo vnum ſunt/ quo vna vita: vna mēs: vna eſſentia. et quicquid aliud ad ſe ſingula dicantur. Etiam ſimul ſingulariter non pluraliter dicuntur. Eo vero tria quo ad ſeinuicem referuntur. Ecce aperte dicit memoriam intelligentiam et voluntatem non eſſe tres ſubſtantias ſed vnam: licet cum dicuntur reſpectiue: id eſt exprimitur vocabulis reſpectum importantibus dicantur tria. Id eſt tribus vocabulis non ſynonimus exprimitur. Item duodecimo de trinitate capitulo tertio. Sicut vna caro eſt duorum in maſculo et femina: ſic intellectum noſtrum actionem vel conſilium et exequutionem et rationem et appetitum rationalem: vel ſi quo alio modo ſignificantius dici poſſunt: vna mentis natura complectitur. Et quemadmodum de illis dictum eſt. Erunt duo in carne vna: ſic de his dici poſſet: duo in mente vna. Ecce clare dicit vnam mentis naturam complecti omnes illos actus intellectus et voluntatis ſcilicet conſilium et appetitum rationalem. Et continuo ſequitur capitulo quarto. Cum ergo diſſerimus de natura mentis humane. de vna quadam re diſſerimus. nec eam in hec duo que commemoramus niſi ſecundum officia geminamus. Vnde clare trahitur q̄ vna eſt anime natura que diuerſificatur ſecundum officia. Idem vna que in ſe indiuiſa principium eſt plurium actuum ſpecie diſtinctorum. Et ita ratio et appetitus in q̄tum dicunt preciſe id quod tenet ſe ex parte anime non ſunt due partes mentis/ vel due res ſed vna tantum ſecundum diuerſa officia diſtincte ſignificata. ¶ Sed contra iſtud arguitur quintodecimo d̄ trinitate. capite ſeptimo. Auguſtinus volēs oſtendere differentiam trinitatis que in nobis eſt: ſcilicet memorie intelligētie et voluntatis ab ea que eſt in diuinis ponit illa in nobis differre: In deo vero vnum idēq̄ eſſe. Vnde ait. In homine inuenimus trinitatem id eſt mentem et noticiam qua ſe nouit et dilectionem qua ſe diligit: ſed hec tria ſunt in homine. vt non ipſa ſunt homo quia homo includit corpus. hec autem non ſunt corpora. Conſequenter oſtendit q̄ non ſunt anima cum ſubdit Detracto etiā corpore ſi ſola anima cogitetur aliquid eius eſt mens tanq̄ caput eiꝰ vel oculus vel facies: ſed non hec vt corpora cogitanda ſunt. Non igitur aīa ſed q̄d excellit in anima mens vocatur.

Uides dicit animam non eſſe mētem ſed aliquid quod eſt in anima ⁊ excellens in ea mens eſt. Item infra ī eodem capitulo poſt modicum ait. ¶ Itemq; in hoc magna diſtantia eſt / ſcilicet īter trinitatem dei et noſtram: ꝙ ſiue mentem dicamus in homine eiuſq; noticiam et dilectionem ſiue memoriam intellectiuam et voluntatem nihil mente meminimus niſi per memoriam. Nec intelligimus niſi per intelligentiam: nec amamus niſi per voluntatem. ¶ At vero illa in trinitate quis audeat dicere patrem nec ſeipſum . nec filiū. nec ſpiritum ſanctum intelligere: niſi per filiū: vel diligere niſi per ſpiritumſanctum. per ſeipſum autem meminiſſe tantummodo vel ſui vel filij vel ſpiritusſācti. Ubi vult dicere ꝙ nō memoramur per intelligentiam nec intelligimus ꝑ voluntatem. nec volumus per mentem. ergo diſtinguntur quia que ſunt idem quicquid conuenit vni conuenit ⁊ alteri. Et epilogans hoc idem capitulo ſeptimodecimo eiuſdem libri dicit. Nec diſtant in eis iſta ſicut in nobis. Aliud eſt memoria aliud intelligentia: aliud dilectio ſiue charitas. Item beatus Auguſtinus loquēs de illis loquitur tanꝗ de diſtinctis. Unde dicit ea trinitatum trinitas non eſt niſi diſtinctorū. et dicit hec tria in auctoritate ſtatī allegata: que autem tria ſunt non ſunt idem. Item Ancelmus de concor. capitulo vigeſimo nono. Sicut habemus in corpore membra et quinq; ſenſus ſingula ad ſuos vſus apta quibus quaſi īſtrumentis vtimur: ita et anima habet in ſe quaſdam vires quibus vtitur velut inſtrumentis ad vſus congruos. Eſt nanq; ratio in anima qua ſicut ſuo inſtrumento vtitur ad ratiocinandum: et voluntas qua vtitur ad volēdum. Non enim eſt ratio ⁊ voluntas tota anima ſed eſt vnaqueq; aliquid in anima. Ecce aperte dicit volūtatē ⁊ rationem eſſe inſtrumenta: anime aūt inſtrumentum diſtinguitur ab eo cuius eſt inſtrumentū. Et magiſter diſtinctione tertia. primi libri loquens de memoria intelligentia et voluntate dicit illa tria naturales ꝓpetates ſiue vires ſunt ipſius anime: et a ſeinuicem differunt quia memoria non eſt intelligentia vel voluntas: nec intelligentia voluntas ſiue amor. ¶ Reſpondetur licet pro oppoſito ſint alique apparētes auctoritates ſed quia rationes fauent reſponſioni ad dubium: et ad hoc tendit beatus Auguſtinus vt ſuperius dictum eſt oportet exponere auctoritates eius in oppoſitum. Et dicitur ꝙ accipit illic memoriam intellectiuam ⁊ volūtatem vt includant actus ſuos: ſcilicet noticiam ⁊ dilectionem. ⁊ ideo indifferenter nominat nomine actuum vel potentiarum ſicut in principio auctoritatis allegate ponit mentem noticiam ⁊ dilectionem. Ultima duo ſunt nomina actuum cum dicit. Non anima ſed quod excellit in ea mens vocatur. Nihil aliud vult ꝙ ꝙ mēs non nominat animam abſolute ꝗtum ad eſſentiā: ſed quantum ad actus eius qui in eo excellentiores ſūt / ſcilicet notitias ⁊ dilectiones. Et iſtud patet conſiderāti proceſſum ſuum quia applicare nititur diſcrimen trinitatis īcreate a trinitate create imaginis . per hoc ꝙ pater non intelligit per filium: nec amat per ſpiritumſanctum ſed per propriam eſſentiam que vna ⁊ indiſtincta eſt noticia et amor. Nos autem alio actu amamus / et alio intelligimus: et ita non intelligimus niſi per intellectum vt intellectus includit actum intelligēdi. Nihil impedimēti preſtat ꝙ tria nominet quia frequenter cū vna res diſtinctis nominibus ſignificatur loquimur de ea tanꝗ de pluribus. Dicim⁹. potentia ſapientia bonitas tria hec in deo identificari cum eſſentia eius: ſic dicimus duas portiones in homine ⁊ duas voluntates dei. Sic poſſumus exponere Ancelmum et magiſtrū.

¶ Secundo arguitur. Ex iſto ſequitur ꝙ voluntas intelligit. Probatur. hic intellectus intelligit. hic intellectus eſt voluntas. ergo voluntas intelligit. conſeq̄ntia eſt ſillogiſmus expoſitorius. concluſio eſt contra cōmunem modum loquendi. ergo eius veritas eſt ſuſpecta. ergo idem erit iudicium de veritate alterius ꝓmiſſarum et non de maiore. ergo veritas minoris eſt ſuſpecta. Inſuper commentator quarto Ethicorum dicit potentias anime ebullire ab eſſentia anime. ¶ Ad primum reſpondetur per propoſitiones ſequētes. ¶ Prima eſt intellectus vult. ¶ Secunda eſt voluntas intelligit. ¶ Tertia voluntas non intelligit per volitionē ſed per intellectionem. ¶ Quarta propoſitio memoria eſt voluntas. intellectus eſt memoria. Omnes iſte ſunt vere de virtute ſermonis et concedēde ſed in communi modo loquendi in morali philoſophia: vel ī theologia loquendo vel diſputando non vtimur tali modo loquendi quia illic non eſt ſermo de identitate vel diſcrimine potentiarum anime ab eſſentia. Et ſecundum Philoſophum ſecundo celi. loquendum eſt vt plures puta ſicut communiter loquimur. ſentiendum vero vt pauci hoc eſt ſicut docti. ¶ Ad ſecundum reſpōdetur. ꝙ potentie dicuntur ebullire ab anima et eſſe eius partes quia aliquid importatur per potentiam quod non euacuat totum ambitum anime. Intellectus cōnotat actum intelligendi ⁊ ſupponit pro eſſentia anime. volūtas pro eadem ſupponit connominando aliam operationem ſcilicet velle. ſic de memoria dicatur. Termin⁹ anima hec non connotat ſed omnia illa indeterminate ſignificat quare cum alij termini partiales operatiōes anime important partes eius dicuntur vel dicūtur ꝑs in modo ad ſuum totum. quando commētator dicit potentie ebulliunt ab eſſētia anime / capit potentias pro actibus illicitis potentiarum.

¶ Dubitatur an anima intellectiua ſit tota in toto et tota in qualibet parte. Reſpondetur aliqui ponebant animam in corde et tamen homo ſentit per alias partes remotas a corde. ſicut aranea eſt in medio ſue tele ⁊ tamen ſentit muſcā in extremitatib⁹ ſue tele. Aliqui animam ponebant in cerebro que opiniones erant in honore apud iudeos propterea ſaluatorem lancea in corde ⁊ ſpinis in capite percuſſerūt. Opinio Stratōis erat ꝙ anima eſt in ſuperciliorū interſtitio. Permenidis ⁊ Meliſſi ꝙ eſt in toto pectore: ſtoicorum ꝙ eſt in toto corde. ſicut recitat Plutarchus de placitis Philoſophorum libro quarto capite quinto. Sed dicitur ꝙ anima eſt tota in toto et tota in qualibet parte. ¶ Sed contra hoc arguitur. Si hoc eſſet verum ſequeretur, ꝙ ſcientia eſſet in pede et ſic pes hominis eſſet ſciens. Probatio anima ſortis habet ſcientiam de hac ꝙ quadratum reſultans ex diametro quadrati eſt duplū ad quadratum coſte. Si eā cas in capite habet ſcientiam tunc eadem anima eſt in diuerſis locis: in pede et in manibus: accidens quod eſt in ea ī vno loco erit in ea ī alio et ſic pes erit ſciens quod erat probandū. ¶ Preterea arguitur ſequeretur ꝙ eadem anima eſſet damnata et ſaluata. patet abſciſſa manu a ſorte exiſtente in peccato mortali anima que informauit illam manum damnabitur. et eadē anima remanebit reliquo corpori agēti penitentiam. ergo ſaluabitur. Amplius ſequeretur ꝙ idem diſtaret a ſe. patet de anima in pede et in capite. Rurſus idem naturaliter mouebitur motibus contrarijs. patꝫ de anima in duab⁹ manibus quarū vna dicitur q altera deprimitur. ¶ Ad primū licet anima ſit in pede

non oportet ꝙ ſcientia que eſt in anima ſit in pede. vt ī decima diſtinctione quarti dictum eſt. ¶ Secunda propoſitio. nulla ſcientia eſt in pede ⁊ aīa hñs ſciam eſt in pede. Prior pars ſupponitur. Secunda probatur. hec anima eſt in pede ⁊ hec anima eſt anima habēs ſciētiam. ergo anima habens ſcientiam eſt in pede: conſequentia eſt ſillogiſmus expoſitoriꝰ ⁊ maior eſt nūc poſita. Probatio minoris hec anima eſt habēs ſcientiā in capite vel alicubi. ergo iſta habet ſcientiam. ¶ Tertia propoſitio. anima non habet ſcientiam in pede: ſed in qua parte capitis habeat ſcientiam dubium eſt. poteſt dici ꝙ in aliqua determinata parte capitis ⁊ in qualibet illius habet ſciētiam. et hoc ſufficit ad denominādum virum ſcientem. Ad quid ergo requiritur illa ſciētia in aliis partibꝰ? Si dicis hec ratio probat ꝙ nō habet ſcientiam in qualibet parte illius parue ptis quā ſignauimus: ſufficit habere ī medietate illiꝰ. ¶ Reſpōdetur non eſt facile dare magnum diſcrimē: ſed cū anima informat materiam ⁊ quelibet pars eſt extenſa ⁊ illa ſcientia eſt alicubi: rationabile eſt dare aliquā determinatam partem in qua eſt et in qualibet parte illius. Si dicatur ꝙ anima poteſt eſſe in loco punctali vel pūctualiter in loco ⁊ ponēda ſunt puncta: tunc dicatur ꝙ illa ſcientia eſt punctualiter in loco: Etiam probabile ē dicere ꝙ illa ſcientia eſt in qualibet parte corporis ab anima intellectiua informata. ſicut noticia in anima ſeparata eſt in quolibet loco in quo eſt illa anima: ⁊ ſic de noticia angelica. ¶ Ad ſecundum nego ſequelam: abſciſſa manu illa anima deſinit informare illam manum (quā ante informabat) nec volat ad ſuperos nec deſcendit ad regna phlegetontea: ſed hoc habet verum quando totum compoſitum deſinit eſſe. ¶ Ad tertiū conceditur ꝙ eſt aliquod interuallum ⁊ diſtātia inter animā in pede et eam in capite. ¶ Ad quartum conceditur. ꝙ idem poſitum ī diuerſis locis naturaliter mouetur motibus contrariis. ¶ Si queras de intellectu poſſibili et agēte. Dicitur ꝙ intellectus agens eſt ipſa anima ⁊ intellectꝰ poſſibilis eſt eadem Dicitur poſſibilis vel paſſibilis ob potentiam paſſiuam recipiendi: agēs ob actionem quam habet in multis productionibus Nec curandus eſt Ariſtoteles vel commentator in oppoſitum: quia ipſi poluerunt (ſaltem cōmentator) intellectum agentem ſeparatum a materia: ⁊ vnū in omnibus hominibus quod eſt manifeſte hereſis in fide et delirū in philoſophia naturali ⁊ illū modum putat eē ipſius Ariſtote. ppterea in hac pte nō eſt de eis curandū.

¶ Diſtinctionis. xvij. Ca. v.

Hominem autem ita formatum tulit deus vt ſcriptura docet: et poſuit in padiſo voluptatis quē plantauerat a principio His verbis apte Moyſes inſinuat ꝙ homo extra paradiſum creatus poſtmodum in paradiſo ſit poſitus. Quod ideo factum dicitur quia non erat in eo permāſurus: vel vt nō nature ſed gratie hoc aſſignaretur.

Intelligitur autem paradiſꝰ localis ⁊ corporalis in quo homo locatꝰ eſt. Tres eni generales de paradiſo ſētentie ſūt: Una eorum qui corporaliter intelligi vlunt tātum. Alia eorum qui ſpiritualiter tantam Tertia eorum qui vtroq̄ modo paradiſū accipiunt. Tertiā mihi placere fateor ⁊c.

¶ Diſtinctionis. xvij. Queſtio. i.

In quinto capite huius ſeptimedecime diſtinctionis magiſter incipit tractare de paradiſo ⁊ ad finem eiuſdem diſtictionis proſequitur tres poſitiones recitans / quarum vna ponit paradiſum ſpiritualiter tantum. alia tpaliter tm: Tertia ⁊ ſpiritualiter ⁊ tēporaliter: quam īſequitur magiſter. Et litterā Geneſeos recte inſequentes. Non capio paradiſum pro beatitudine. vt Luce vigeſimotertio. hodie mecū eris in paradiſo: ſed paradiſum pro celo. ſicut Apl's ad corinthios. aſſerit ſe raptum ad paradiſum ſed de loco terreſtri loquēdum eſt. Hic autem nihil niſi problematicum tangere valeo: licet certum ſit paradiſum eſſe alicubi: tamen incertū eſt ſi in hac parte vel in illa. aliqui ponūt eū ſub tropico capricorni: quia apō meridiem ſunt nobiliores influentie: et apud polum ātarcticū eſt ſuperior pars mundi ⁊ apud arcticum inferior pars mundi. Alii ponunt eum ſub equatore. aliqui ſub tropico cancri. alii apud inſulas fortunatas. Sed omnes in hoc cōueniūt ꝙ ponitur in loco temperatiſſimo in quo homies optime viuunt. Propterea in primis tentandum eſt inquirere in qua plaga terre homines optime viuunt. Celebris eſt hominum opinio ꝙ non bene viuitur in torrida zona inter duos tropicos ſic putabat Philoſophus ſecundo metheororum. ⁊ Uirgilius primo georgicorum. inquiens. Quinq̄ tenent celum zone quarum vna corruſco / ſēper ſole rubens ⁊ torrida ſemper ab igni. Quā circum extreme dextra leuaq̄ trahuntur. Cirulea glacie concrete atq̄ imbribus atris. Has inter mediamq̄ due mortalibus egris. Munere cōceſſo diuum. Hoc putabat Ouidius primo Metamorphoſis. Parte ſecāt zone quinta eſt ardentior illis. Sic onus incluſum numero diſtinxit eodem. Cura plage tellure premuntur. Quarum que media eſt non eſt habitabilis eſtu. Nix tegit alta duas: totidem inter vtrāq̄ locauit. Temperiemq̄ dedit mixta cum frigore flamma. Et ſic conſeqūter admodum iſtorum non eſſet ſub equatore. Non poteſt eē ſub circulo arctico propter aeris intemperiem. nec locus ille erit amenus cum ſole exiſtente in primo puncto cancri erit eis vna dies vigintiquattuor horarum ⁊ quaſi inſtans pro nocte quia in inſtanti ſol tranſit Orizontem et ille contactus eſt eis pro nocte. et hoc eſt propterea cum Zenith capitis eorum eſt idem cum polo Zodiaci: ⁊ ſic habent eclypticam pro orizonte. et cum firmamentum continuo moueatur cum primo mobili circulus orizontis inter ſe capit zodiacū ⁊ in inſtāti. Ex hoc conuincitur ꝙ paradiſus non poteſt eſſe ſub circulo antarctico ⁊ a fortiori non erit inter circulum arcticum et antarcticum ⁊ duos polos. Et licet dicatur ꝙ homines diu viuant ſub montibus hyperboriis ppter calorē cāſatū a reflexiōe luis illorū mōtiū concauorū: ita ꝙ ab aliquibus putatur illud phi: Bonū eſt occidere

patrem triuallis.ibidē habere ſitatem:tamen illic nō
poteſt eē paradiſus quia illa reflexio non multū diſtat
a montibus:⁊ paradiſus eſt magne amplitudinis. Tū
ſecundo loca illa ſunt bene acceſſibilia: nec iter flamma
ignea dirimit. Et totum iſtud confirmatur quia hec lo-
ca ſunt extra climata que ſunt inhabitabilia vel male
habitabilia ſcdm Coſmographos.reliquum ē ꝙ locet
inter tropicum cancri ⁊ circulum arcticum. vbi plaga
noſtre terre habitabilis eſt vel ſub tropico vel īter tro
picum Capricorni ⁊ circulum antarcticum.et hoc mōil
la terra non inhabitatur. dicūt communiter loquētes
ꝙ illic ſol ineſtate ē in oppoſito augis eccētrici:⁊ in hye
me in auge eccentrici oppoſitus eis:⁊ ſol diu decurrit
ſuper illam plagam in eſtate. Ergo tunc illa plaga eſt
combuſta:ita ꝙ poſſunt inuocare illud Eſopi. Sole ne
cor ſolo quid erit ſi creuerit alter: Et in hyeme frigore
intereunt. Sed quia expertum eſt in hac tempeſtate
ꝙ homines illic degūt.Dicitur ꝙ ratio concludit ꝙ nō
ita bene poſſunt ibi viuere ſicut inter tropicum cancri
⁊ circulum arcticum:ergo ibi non erat paradiſus terre
ſtris. ¶ Alia concluſio. Paradiſus ponendus eſt ſub
equatore vel inter tropicum cancri ⁊ circulum arcticū.
⁊ ſi ſecundum debet locari ī quarto climate. Probatio
quartum clima eſt temperatiſſimum inter reliqua cli-
mata quod ſic oſtenditur. Nam illa climata continent
plagam terre optime habitabilem in cuius extremo ē
itenſa caliditas.in alio immenſa eſt. In diameroe homi
nes ſunt nigri.in diaſene ſub tropico cācri homines ſūt
ſubnigri.et ſic in dialexandria.ergo indicium eſt ꝙ illic
comburunt a ſole in diarephiīs In diaboriſthene ⁊ dia
roma eſt frigiditas ſecundum tamen magis ⁊ minꝰ qḋ
patet per hominum albedinem modo exiſtentiū ī quar
to climate ſcilicet ī diarodos q̄ medium inter hec tenent.
hic bis annue colliguntur ſegetes:duos fetus in anno
vacca habet. ¶ Confirmat quia Hieroſolyma terra ꝓ
miſſionis metropolis eſt in quarto climate et deus de-
dit terram ſuo populo laboranti ī temporalibus opti-
mam:et ſi patrum auctoritates non obſiſterent hic lo-
caremus paradiſum in parte oriētali illius:et iſtud eſt
probabile licet ſancti oppoſitum poſuerint non cogi-
mur cum eis aſſentire: cum teſtimonia ſcripture non il
lud probarunt:⁊ motiuum quare ita dixerunt nō poſu
erunt:ſed propter hec duo copulatim dicimus paradi
ſum eſſe ſub equatore.patet per Damaſcenum libro ſe
cundo capitulo vndecimo.et hoc tenuit Auguſtinus in
pleriſq̄ locis:et patet per auctoritates quas magiſter
introduxit in littera. Amplius eſt valde probabile in
lumine naturali ꝙ ſub equatore terra eſt temperatiſſi-
ma:et nihil obſtat quod dicitur de paradiſo quin illud
ponatur. Ergo paradiſus eſt illic locandus. Terram
optime habitabilem ſub equatore putat Auicenna fen
prima. doctrina tertia capitulo primo. ¶ Sed contra
iſtas duas concluſiones arguitur ſic venientes a poſt-
climatibus vel e gallia eūtes hieroſolymā ⁊ in Aphri-
cam cito alterantur et cadunt in egritudines qui man-
ſiſſent incolumes in Britannia ⁊ gallia. ergo homines
ibi diutius viuunt. Confirmatur egyptus eſt terra ꝓ-
miſſionis fertilior.quod patet Geneſis tertiodecimo.
comparato paradiſo domini. ⁊ Deuteronomiū vndeci-
mo. Terra enim ad quam ingrediens poſſidenda nō
eſt ſicut terra egypti de qua exiſti:vbi iacto ſemie ī hor-
torum morem aque ducuntur irrigue:ſed montuoſa eſt
et cum poſteris de celo expectans pluuiam. ¶ Ad p̄-
mum reſpondetur concedendo a locis dictis ſi repente
quis eat ad climata calida alterabitur:ſed hoc non ar-
guit ignobilitatem quarti climatis ſed aſſuefactionē.
Durum eſt enim aſſueta relinquere. Oportet autem ca-
pere vtrūq̄ clima et videre in quo homines diutius vi
uunt.et vbi eſt maior fertilitas terre ſic venientes repē
te de quarto climate ad ſeptimum vel ad penitus toto
diuiſos orbe Britannos incurrerent morbum. Non reſ
picio an homines iſta admittant:ſed ſufficit ꝙ admitte
re debeāt: Nemo eſt qui non dicat ſuam patriam terraʒ
promiſſionis:ſed hoc ſufficit ſi vna patria aliquibus in
diget:in aliis abundat. Si a gallis Britanni vina aufe
rant:ſtannum.lanā. piſces.et pelles reddunt.ſic pro-
uidet deus ꝙ nulla patria omnibus abundat: ſed ſibi
mutuo obſequium preſtant.ſecundum illud Maronis
primo Georgicorum. Hic ſegetes illic veniunt felicius
vue. Arborei fetus alibi:atq̄ iniuſſa vireſcunt/ Grami
na. nonne vides croceos vt tmolus odores. et que ſe-
quuntur. ¶ Ad aliud nego ꝙ egyptus ſit fertilior ter
ra promiſſionis:eſt tamen admodum fertilis propter-
ea comparatur egypto domini. ¶ Aliud argumentuʒ
quod dependet ex vndecimo capite Deuteronomiū eſt
in oppoſitum volebat legiſlator dicere ꝙ nō erat ſicut
egyptus ⁊ ꝙ nō egeret nilo ad eam rigādam more hor-
ti ſed eſt montuoſa campeſtris expectans pluuiam de
celo/modo ī egypto non pluit Communiter dicit egy
ptus pluuie ignara:et hoc eſt verum in partibus remo
tis a mari mediterraneo.in aliis partibus eſt abundā
dantia roris: et in aliis crebro penuria aque ſicut ſolet
eſſe apud meridionales. Propterea paſtores patriar-
charum cum incolis terre magna iurgia habebāt pro
fodiendis puteis pro aquandis pecoribus:non tamen
eſt putandum quin in regionibus vberrime glebe pro
maiori parte ſint aliqui montes ⁊ ſterilitates. ⁊ contra
in partibus ſterilibus pro maiori parte eſt aliqua por-
tio fertilis. Introitꝰ Judee ad Japhem eſt montuoſꝰ
⁊ infecundus. ſed tota patria cathegoreumatice eſt fe
cūda ab ameniſſimo Jordane.lacubus.montibus. oli-
uetis et vitibus ⁊ ceteris id genus. Ramum vitis duo
exploratores miſſi a Moyſe ferebant ī baculo ⁊ ſi vnꝰ
poterat ferre in manica ſicut in gallia incaſſū acceptaſ
ſent baculum ad ferendum. ¶ Sed contra eſt magnuʒ
frigus in terra promiſſionis.quod patet Geneſis trige
ſimo p̄mo. Jacob dixit ad labā die noctuq̄ eſtu vrebar
⁊ gelu:fugiebat ſomnus ab oculis meis. ¶ Preterea
Matthei vigeſimoſexto In aprili Petrꝰ iuit ad pru-
nas et calefaciebat ſe quia frigus erat. ¶ Ad primum
dicitur ꝙ Jacob tunc non erat in terra promiſſionis:ſʒ
ī Meſopotamia ſyrie que ē ſeptētrionalior Judea. Ra
riſſime vel nunq̄ in hiſpania bethica eſt gelu. ¶ Ad ſe
cūdum conceditur ꝙ petrus frigidus erat a charitate
quia chriſtum negabat:etiā corporaliter quia erat ma
ne anteq̄ ſol conſcenderet orizontem/ſi nihil frigoris
eſſet in patria illa non eſſet temperata. Facilius adhibe
tur remedium contra frigus q̄ contra calorem. ¶ Ar-
guitur contra aliam concluſionem eūdo de quarto cli-
mate ad primū et ad anteclimata ſemper itur ad regio
nes minus temperatas ſicut Ethiopes habent pilos
deſiccatos et non viuunt diu. Et ita eſt imaginando ſe-
ptem climata inter tropicum capricorni ⁊ circulum an
tarcticū:ſicut forte eorum coſmographi ponunt. Ve-
niendo a medio climate eorum ad tropicum capricor-
ni ſemper itur in patriam minus temperatam. Ergo
preter rationem eſt dicere terram eſſe optime habita-
bilē ſub equatore vel ad aliqualem diſtantiam citra vl-
traq̄ equatorem. Paradiſꝰ eſt bene capax: ſi enī Adā
non comediſſet pomum vetitum illic eīus fuiſſent col-

locati. ¶ Reſpondetur concedendo ꝙ eundo de quarto climate ad precedentia itur de magis temperato ad minus temperatum: et ad aliquam diſtantiam ante climata adhuc erit intemperies: ſed tamē itur ad magis temperatum: ⁊ aeris temperies continuo augetur ad equatorem vſqʒ. Et ratio illius eſt quia dies ibi ſemper ſunt equales noctibus. ſemper dies artificialis habet duodecim horas ⁊ nox totidem: quia tot ſigna recte obli que vel equaliter oriuntur de die ſicut de nocte. et ſic arcus dierum artificialium ſunt equales arcubus noctium. Et ſic ſol parum ſtat ſuper eorū hemiſpheriū et nox eſt longa calorem priſtine diei temperans. Iſtō nō contingit in tropico cancri qui dirigitur ſuper Zenith/ per ciuitates ſyene quia vnum clima accedit ad aliō ꝑ mediam horam. ⁊ medium primi climatis eſt in illa regione vbi maxima dies anni eſt tredecim horarum. Et medium vbi maxima dies anni eſt duodecim horarum ⁊ triū quartarū vnius hore. ⁊ ſic conſeq̄nter eundo a climate ad clima per mediā horā dies artificialis erit lōgior. ergo ſol diu morabitur ſuper terrā cum multo maior eſt arcus diei ꝙ arcus noctis quādo ſol eſt in ſignis ſeptētrionalibus. ⁊ ſic tranſeundo ſeptētrionē verſus: Idem dies erit longior ꝙto magis itur ad ſeptētrionē ꝓpter plura ſigna que tunc recte oriūtur ab obliquitate orizontis. Propterea dicit Eneas ſiluius dū erat in ſcotia tpe brumali dies erat longus ſolū tribus horis: ſed cum ſua reuerentia facit cōmentitiū: nō loquor ↄtra papā piū: ſed ↄtra Eneā ſiluiū ante ſummū pōtificatū/ ſʒ Ptolemeus qui illic non fuit multo melius loquit̄ qui procedendo ſecundum latitudinem celi vnum paralellum ſupra viginti ponit citra equatorē: vigeſimꝰ primus tranſit per Thylen vbi dies eſt longus viginti horis, de quo Virgilius dicit. Tibi ſeruiet vltima tyle. modo tylen ē Zetlādia illa vel eſtandia: ſed hoc alias dicere propono. vigeſimus paralellus trāſit vltra calcidoniam ſiluam vbi dies eſt longus nouēdecim horis. modo Eneas nunꝙ fuit in partibus ita ſeptētrionalibus ſcotie: ſicut eſt calcidonia ſilua quia ſi ſic aucas ex arboribus genitas comperiſſet quod miraculum dicit remotius ſemper fugere. Etiam mercatores regularit̄ appellunt ſe ad portus meridionales ſcotie intrando per forthā: et illic dies eſt longus ſex horis vel paulo minus: ſed dāda eſt fortaſſe venia viro quia reperit variationem trium horarum inter romam et promontorium bernici. Ita ꝙ idem dies numero ſole exiſtente in ꝑmo puncto capricorni qui eſt longus rome nouem horis. bernici eſt longius ſex horis ⁊ vix quinqʒ horis i calcidonia ſilua. Vel poterat falli in horis. ¶ Hoc quod diximus de ſitu paradiſi poteſt colorari per vitā Macharij romani q̄ totā vitam duxit prope ꝑadiſum: ſi vitis patrum vlla fides danda eſt. ¶ Et hoc ipſū iterū cōfirmatur. illic habēt duas eſtates temperatiſſimas qñ ſol ingreditur arietē ⁊ librā. Duas hn̄t hyemes tēperatiſſimas qñ ſol eſt in duobꝰ ſolſtitijs: hoc ē nr̄a hyēs eſt eis hyems/ ⁊ noſtra eſtas eſt eis hyems ſicut nr̄a eſtas eſt hyēs exn̄tibus vltra tropicū capricorni ⁊ contra ſolē. Ergo ſub equatore habent ad oēm differētiam poſitionis ⁊ quinqʒ vmbras. vnā inter pedes in equinoctio: duas ad meridiē ⁊ ad ſeptētrionē in duobꝰ ſolſtitijs: vnā qñ ſol orit̄. ⁊ aliā qñ occūbit vtrūqʒ polū vidēt ⁊ ſtellas circa eos motas ⁊ eis Tigitur oceano cuſtos aramantidos vrſe Equoreaſqʒ ſuo ſydere turbat aquas. Quare concludendū eſt illic eſſe locū temperatiſſimū pariter ⁊ voluptuoſiſſimū. ¶ Sed ↄ̄ iſtud arguit̄ mirabile eſt ponere hic ꝑadiſum cū marinus Claudius Ptolemeus ⁊ diligentiſſimi geographi de eo nullā fecere mētionē. Reſpondetur hoc argumentū (ſi quod ſit) ꝑadiſum concluderet nuſꝙ eſſe/ ſed ſolum eam ſpiritualiterītelligi quod Origeni attribuitur pro magno errore locus. ergo aliqui non loquuti ſunt. negatiue eſt nullꝰ. inter tropicum capricorni ⁊ circulum antarcticum habitat populus innumerus vt a luſitanis ⁊ caſtellanis in noſtra tempeſtate exploratum eſt: ita hoc nulli iam vertitur in dubium. ⁊ tamē Ptolemeus libro. vij. ſue geographie meridionalem limitem terre noſtre habitabilis ponit terminari in paralello qui extra auſtralior eſt circulo equinoctiali gradibus ſexdecim vna ſecunda ⁊ vna duodecima: ⁊ paralellꝰ maxime ſeptētrionalis ductus per Thylen diſtat ab equatore ſexaginta tribus gradibus. Unde correlarium infert quare latitudo terre nobis cognite omnis conſtat gradibus ſeptuaginta nouem. vna tertia ⁊ vna duodecima aut integris gradibus octoginta. Et licet pulchre loquatur de ſeptētriōe (hoc eſt non multum diſtat a vero) tamen quoad meridiem maximam plagam terre habitabilem reliquit. quia non conſtabat ei in diebus eius. Similiter ponit mare indicum vndiqʒ terra circunceptum qui in hac arte erat precipuꝰ cuius oppoſitum liquet eſſe verum: de terra ſub equatore vel orientem verſus parū loquebatur Inſuper Taprobanā maximam inſularū poſuit ⁊ tamen in noſtro euo multo maiores caſtellani inuenerunt. Adde etiam ꝙ propinquitas maris poteſt temperare calorem aeris prope paradiſum. vt patet de inſulis fortunatis in mari athlātico: de Arabia felici inter ſignum perſicum ⁊ arabicum/ ſtat bene ꝙ paradiſꝰ terreſtris vna dictum reperiatur ab itinerantibus. etiam aliud impedimentum eſt framea ignea que paradiſum circundat: hoc eſt exceſſiuus calor inter nos et paradiſum terreſtrem. Si quis egrederetur ad explorandam Aphricā a partibus iſtis vix illic viueret. ¶ Retulit mihi quidam Hiſpanus verax ꝙ quidā nobilis ſue patrie rerum peregrinarum cupidus ſecum aſſumpſit ſocietatem bonam ad explorandos mores Aphrice: quorum omnes ferme periere ante mediam Ethiopiam. Etiam illic ſunt vaſte ſolitudines ſerpentes tigrides/ teterrima monſtra que aditum impediunt non mirabile: ergo ſi nullus coſmographus de paradiſo mentionem fecerit: eidem eſt iudicium ex altera parte equatoris. ¶ Sed dices quomō ergo heſperij occidentales circa totam Aphricam nauigāt propter calorē Ethiopie. Reſponſio. Nauigāt ⁊ ſic aqua maris aera vicinium mare mitigat et referunt ſub equatore mare eſſe pacatiſſimum: licet illic vt referunt ſunt vehementes choruſcationes ⁊ fulgura: ſed ab hoc inferius ſaluabimus paradiſū terreſtrē. ¶ Pro cuius intelligentia inquiremus de altitudine loci. et quomodo ſe habeat orientem verſus/ ſicut patres dicunt. et quomodo attingat globum lune. ſupponatur illud Ptolemei ꝙ extremā plagam orientalem noti orbis terminat meridianꝰ ductus per Metropolim ſinarum diſtās a meridiano deſcripto per Alexandriam ſolis ortū verſus gradibus centum ⁊ nouemdecim cum vna ſecunda octo autē horis equinoctialibus fere/ occidentalē vero claudit meridianus qui per inſulas fortunatas deſcribitur diſtās a meridiano Alexandri gradibus ſexaginta vna ſecūda: horis autem equinoctialibus quattuor a ſemicirculo vero qui maxime orientalis eſt gradibus centū et octaginta horis eq̄noctialibꝰ duodecī. Longitudines ciuitatū ab oriēte ⁊ occidēte deſcripſerūt coſmagraphe ⁊ nō latitudines eo ꝙ lōgitudo ē maxīa dimēſio ī corpe ⁊

reperſerunt terram magis inhabitatã inter orientem et occidentem ꝙ̃ a polo ad polũ. vt patet ex iam dictis Et quia melius erat eis notus occidens ꝙ̃ oriens mẽſi ſunt longitudines ciuitatum ab occidente hoc fecerunt noſtrates fortaſſe inde orietales oppoſito modo menſurant. Tunc ſi poneremus paradiſum ſub equatore prope montem lune et ſignum barbaricum paradiſus non eſſet maximus orientalis: et ille partes luſtrate ſunt a Luſitanis et ab Egyptijs: et padiſus non repertus: ſed hoc non concludit illa pars eſt orietalis in ordine ad nos ⁊ iſti viſitarunt ſoluꝫ loca maritima: rationabilius eſt ergo ponere ſub equatorem quadaꝫ magna inſula: quia tota illa patria eſt maxime fecunda vna portio Taprobane aurea Cherſoneſus perſearum optima: et ſub equatore et ſic paradiſus dicitur eſſe in oriente: quia ſol citiꝰ ei oritur ꝙ̃ noſtre plage habitate: et q: eſt magne amplitudinis locus ille ab vtroꝗ polo equaliter diſtans ardorem habet: ſed mare habet prope orientem et prope occidentem. De altitudine dicunt multi patres: vt Beda et alij ꝙ attingat globuꝫ lune. Volebant id dicere (vt auguror) ne aque diluuij paradiſum ſubintrarent. ¶ Sed ꝯtra hoc arguitur ſub concauo lune eſt ſphera ignis. et ſic omnia comburentur. Sed dicas deus impedit. iaꝫ voluntarie loqueris et ad miraculum confugis. quid opus eſſet tãto labore ad iſta ſaluanda: ſi miraculum inuocãdum foret. ſcd̃m Auguſtinum in exponẽdis ſacris eloquijs ꝙ nõ eſt confugiendum ad miraculuꝫ vbi om̄ia naturaliter ſaluari poſſunt. Propterea dicimꝰ illud eſſe falſum ꝙ attingat globum lune: nec eſt in media regione aeris: quia ibidem ſemper eſt intemperies ob frigus: vt pꝫ in monte ſancti Bernardi in alpibus: die eſtatis exiſtẽte pulcherrimo in pede montis: vix viuere poſſes ſine igni vel multiplicibus veſtibus in ſummitate. Propterea dicitur ꝙ paradiſus terreſtris eſt ſupra mediam regionem aeris circa inferiorem partem ſupreme regionis aeris: et ſic ſaluatur ꝙ aque diluuij non pertingebant ad paradiſum terreſtrem que erant ſuper omnes mones ſub vniuerſo celo ſolum quindecim cubitis: paradiſus tamen ab iſtis montibus excipitur: ꝙ illic põt eſſe bona habitatio patꝫ. quia ſi non maxime eſſet a nimio calore ĩ ꝑius ignis: ſed hoc eſt falſũ: ſuprema regio aeris eſt incomparabiliter maior duabus alijs infima eſt parua: vt patet per montem ſancti Bernardi nunc allegatum: et hoc poteſt oſtendi de vtraꝗ regione per montem olympum in quo referunt caracteres inſcriptos in vertice montis ſtabiles ꝑmãre per annum. ergo illic nec eſt ventus nec pluuia varians caracteres Sꝫ philelphus dicit ſe illic vidiſſe niues ſed hoc nõ impedit propoſituꝫ. Infima regio aeris eſt ſolum vbi eſt reflexio ſolis regularis in planicie et media regio aeris non eſt magna: quia modica ſufficit ad impreſſiões methcorologicas/ et ab aduerſario queratur de cauſa magnitudinis eius: reliquum eſt ꝙ ſuprema regio eſt maxima: vt ſaluetur magnitudo elementi ſuperioris decupla vel maior ad inferius. Capiatur vna pars ſupra mediam regionem aeris ad mediocrem diſtantiaꝫ Ille aer non erit nimis rarus et propter mediam regionem aeris et cauſas quas allegauimus. ⁊ quando nulla alia cauſa eſſet iſta ſola ſufficit: et ꝙ ita alte ſit ſituatus conuincamus ex textu Geneſeos ſcd̃o. Et fluuius egrediebatur de loco ad irrigandum paradiſuꝫ ꝗ inde diuiditur ĩ quatuor capita ac ſi diceret ibi nõ pluit cum pluuia generatur a media regione aeris. Propterea hec quatuor amenissima flumĩa deputata ſunt ad irrigandam paradiſum. nec ponitur penuria aque ſicut in egypto quia hic ſunt quatuor flumina: et fontes alij poterant illic generari. ¶ Sed contra iſta arguitur. Ex iſto ſequitur ꝙ Hieroſolyma non eſſet ſituata in medio terre. ꝯñs eſt falſum: dominus ſalutẽ operatus eſt ĩ medio terre Pſalmo ſeptuageſimotertio. ¶ Secundo ſequitur ꝙ ſunt antipodes in mundo ꝯſequens eſt ꝯtra beatum Auguſtinum ſextodecimo de ciuitate dei capitulo nono. ¶ Tertio ſequitur ꝙ tota terra eſſet vna inſula cum ab oceano ambitur ſicut contra Ptolemeum dicimus. ¶ Quarto arguitur alique aues in eſtate veniunt ad ſeptentrionem et in hyeme volant ad meridiem patet: de ferinis auibus rapibaſſe in fortha prope bernicum. hoc patet de irundinibus: actauo de naturis aĩalium. ergo non eſt optima habitatio in meridie. ¶ Quarto ſequit̃ ex dictis ꝙ ſtaret hoĩem proficiſci de Thyle ad circulũ antarcticum et ſemper habere eſtatem: patet inſequendo ſolẽ a tropico cauſari ad tropicum capricorni. et iterum ſequendo motum ſolis a tropico capricorni ad tropicum cancri ſemper habebit eſtatem. ¶ Ad primũ conceditur ꝙ non eſt in medio terre quoad longitudineꝫ ſolũ ſexagintaſex gradibus et quindecim minutis ab occidente diſtat: ſed eſt ferme in mediate ſeptẽtrionalis plage habitabilis quoad latitudinem: cum triginta et vno gradibus ⁊ viginti minutis diſtat ab equatore. ¶ Secundo eſt in medio terre: et eſt in medio climatum. ¶ Tertio eſt circa mediũ iudee. ¶ Quarto deus operatus eſt ſalutẽ in medio terre per fidem eos illuminãdo. licet in medio terre habitabilis paſſus non fuerit. ¶ Ad ſecunduꝫ conceditur ꝙ beatꝰ Auguſtinꝰ negat antipodas inquiens ꝙ vero et antipodas eſſe fabulãtur: et eſſe homines a contraria parte terre: vbi ſol oritur quando occidit nobis aduerſa pedibꝰ noſtris calcare veſtigia nulla ratione credendum eſt ⁊ que ſequũtur: ſed cũ plus q̃ vna medietas celi inhabitetur antipodas ab occidente ad oriẽtem eſſe eſt neceſſe. Dicit̃ ꝙ iſte negauit antipodas eſſe oppoſitas pedibꝰ noſtris in aphrica in qua ipſe erat vel in Italia. et nõ credendum ꝙ ibi ſunt antipodes quouſꝗ vlterius doceatur. ¶ Ad tertium nego ꝯſequentiã. Non ſufficit ad inſulam ꝙ vndiꝗ aqua claudatur: ſed oportet ꝙ a tota terra ſeparetur per aquaꝫ quo ſit pẽniſula: vt Peloponneſus vel Cherſoneſus non eſt inſula. ¶ Secundo patet europa non eſt inſula cum ab vrbe pariſia ad Aphricam tranſiri poſſet ad aſiam non ꝑtranſeundo mare: patet tranſeundo vltra montes ripheos redeũdo inter mare Hyrcanum et ponthuꝫ euxinum: inter mare Egyptiacum et mare rubrum non curramus hic de aquis paruis: vt fluminibus: ſed de toto mari. Si fluminibus circũdet̃ mediarius vocatur. ¶ Ad quartum conceditur aſſumptum. Ille eedem aues toto anno melius viuerent in in partibus meridionalibus ꝙ̃ borealibus: licet pro tẽpore melius viuunt apud boreales. ¶ Ad quintum cõceditur illatum. ¶ Vltimo arguitur flumina paradiſi non poſſunt ſaluari: ſi paradiſus ſit ſituatꝰ ſub equatore. ergo maledictũ eſt. ꝯſequentia eſt lucida. ¶ Probatur añs. Gãges a monte Caucaſo ſcatit et labit̃ in ſignuꝫ gangeticum meridiem verſus: et hoc non eſſet ſi paradiſus eſſꝫ ſitus ſub equatore. ergo citius paradiſus eſt locandus in quinto vel ſexto climate: quia a ſeptentrione flumina para diſtaca currunt. ¶ Videtur ſi illa quatuor flumina ad vnam differentiam poſitionis currerent bonuꝫ argumentum haberemus de ſitu paradiſi: ſed q: Nilus

currit ad ſeptentrionem: alia tria ad meridiem: nõ poſſumus ex curſu fluminum conijcere locum paradiſi: et quia res non eſt facilis captu: quia argumentum eo ducerent ꝙ nuſꝙ̃ eſt paradiſus: vel illa quatuor flumina non ſunt paradiſiaca. Proptera calamũ protrahẽdo nouam queſtionem ſuper illa materia formabo.

## ¶ Diſtinctionis .xvij. Queſtio ſcd̃a.

Secundo circa hanc diſtinctionẽ queritur an Nilus/Gãges/Tygris ꝛ Euphrates de q̃tuor fontibus paradiſi ſcateãt. ¶ In hac queſtione de generatione fontiũ in generali loquemur. ¶ Secũdo reſpondebimꝰ ad titulum queſtionis. ¶ Fontes generantur ex aere incluſo in poris terre: multi ſunt catharacteres in terra ſicut Ariſtoteles probat vno ſigno ſenſibili. In liguſtica fluuius non minor rhodano terram. Ingreditur et abſorbetur ab ea: nec amplius apparet: indicium eſt ergo ꝙ magne ſunt concauitates in terra: frigiditas terre corrũpit caliditatẽ aeris: et ſiccitas terre non corrumpit humiditatem eius: ſed humiditas et frigiditas ſunt q̃litates prime aque conuenientes. ꝙ ita ſit ptꝫ fontes magni potiſſimum ſunt prope eminentes montes in q̃bus multum eſt aeris: vbi eſt magna planicies admodum raro generantur fontes. Multi ſunt alij modi dicendi: vt Joannis damaſceni capite nono ſui ſcd̃i libri. putantis oceanum delabi per terram cuius aqua per tranſitum terre dulcoratur. Aliorum etiam ſunt modi dicendi: ſed modus iſte Ariſtotelicus primo metheororum videtur rationi conſentaneus: et illa eſt prima concluſio de generatione fontium in generali. ¶ Secunda concluſio. Eſt vnus fluuius in paradiſo de quo q̃tuor capitalia flumina emanant: ſcꝫ Phiſon q̃ ꝛ Gãges Gyon qui ꝛ Nilus. Tygris ꝛ Euphrates ſcatent. ¶ Probatur hec concluſio Geñ. ſcd̃o. Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandũ paradiſum qui inde diuiditur in quatuor capita Phiſon/Gyon/Tygron/et Euphratem vbi gloſa marginalis et interlinearis per Phiſon Gangerẽ intelligit. et gloſa Auguſtini marginalis per Gyon Nilum intelligit. certe ſi non eſſet tam conſtans ſanctorum opinio. de iſtis determinatis fluminibus: alia flumina forte poneremꝰ quid refert ponere duos Tigres et duos Euphrates equiuoce denominatos? Hoc plerumq; in vſu eſt ꝙ in varijs regionibus ſunt duo flumina eiſdem denomiãtionibus denominata: ſicut Tyna preterfluit Hadingthonẽ: et alius Tyna ad ſeptuaginta mille paſſus diſtans ꝑlabitur nouum caſtrũ: ſed ſequentia textus vix hoc compatiuntur: ſicut ſequentia explicant ipſe eſt q̃ circuit omnem terram Euilath Et ſic de Gyone q̃ circuit omnẽ terram Ethiopie. Et propterea imitemur litteram Geneſeos. ¶ Contra priorem concluſionem arguitur. Reperiuntur interdum fontes in arduis iugis montium. ergo fontes non generantur ex aere incluſo in viſceribus terre. Item non videtur ꝙ aqua debeat aſcendere cum ſit grauis cuius oppoſitum videmus experimentaliter. aqua ebulit per quaſdam venulas terre. ¶ Ad primum dicitur et hoc ſufficit ꝓ ſolutione vtriuſq; de natura aque eſt aſcendere ad tãtã altitudinem ſicut eſt locus per equilibrationem. dum modo continuo precedit: et abit fulcimentum: quomodo alias aqua apud innocentes aſcẽdit ad vertices canalium niſi quia deſcendit de loco excelſiori. ſcꝫ monte falconeo. Et ſi canales non ſint tante altitudinis: ſicut mons iſte adhuc ad equilibrationem: ſi eſſet ſuſtentaculum aqua condeſcenderet. et non vltra ſicut aqua ingreditur in fondo nauis quouſq; tante altitudinis fuerit: ſicut aqua circunſtans cui eſt vnita. ¶ Ex iſto ptꝫ: ſi quis fontem artificialem habere voluerit ſtudebit equare orificium fontis artificialis ad locum ſcaturiginis. Interdum eſt aqua ſtationaria in iugis montiũ et vbi ibi repertus fuerit fons neceſſe eſt illum originẽ traxiſſe a monte altiori. Ex iſtis fontibus generantur flumina: ſicut fontes Jor. ꝛ Dan. Jordanẽ procreant. Ubi multi fontes mutuo concurrunt per longum tractum faciunt flumen: et multa flumina per loca decliuiora in aliud maius flumen incidunt: et ſic fluuius ſtipatus multitudine aliorum fluminum ſolus vorat: vt de Danubio contingit qui ſexaginta flumina quorum quodlibet naues onuſtas fert: in ſe ſuſcipit. Correlarium. nunq̃ in paruo tractu ſunt immania flumina quare Britania cum flumina non currunt ad longum ea eſſe mediocria neceſſe eſt: ꝛ a fortiori hoc contingit in Hybernia et Cicilia minoribus. ¶ Ulterius patꝫ quomodo ſemper in conſpectu magnorum montium ſunt magna flumia: vt Boriſthenes et Thanas Orpheis a mõtibꝰ. ꝛ Hyperboriis et multa alia flumina cadentia de alpibus et maiora de Caucaſo monte. ¶ Secundo arguitur. Ex iſto ſequeretur ꝙ maiores erunt fontes in eſtate ꝙ̃ in hyeme. et ex ꝯñti maiora erunt flumia. ꝯſequens eſt falſuꝫ: et ꝯtra experientiã. ergo et añs. ꝯña patet maius eſt frigus in cauernis terre in eſtate ꝙ̃ i hyeme: propter Antipariſtaſim. ¶ Preterea probatur ꝙ flumina et fontes a mari prodeunt. Eccleſiaſtes primo. dicit ſapiens. Omnia flumina intrant in mare: et mare non redundat. Ad locum vnde exeunt flumĩa reuertuntur: vt iterum fluant. vbi ſapiens dicit ꝙ flumina reuertuntur a mari per loca vnde exierant: vt inde reuertantur. et Eccleſiaſtici. 40. et aque oĩes in mare cõuertentur. ¶ Ad primum nego ꝯñam. Cetera eñi non ſunt paria: ſed ceteris paribus maiores eſſent fontes et flumina in eſtate ꝙ̃ in hyeme: ſed quia ſol plus attrahit et conſumit de aqua et humidis in eſtate ꝙ̃ in hyeme: et plus pluit in hyeme ꝙ̃ in eſtate: et niues cadunt liquefacte de montibus in valles flumina augentur. ¶ Ad ſecundum dicitur ꝙ omnia flumina intrant in mare ſi non impediantur vel aliunde conſumantur: q2 de natura aque eſt fluere ad locum decliuiorem: modo terra eſt excelſior mari. Et aliqua flumina irrumpunt ex mari ſic ſcꝫ ꝙ aqua maris in aliquo loco cauat terram: et partes poſteriores pellunt anteriores: et i tranſitu aqua diſſecatur a terreſtreitatibus: et dulceſcit: ꝛ ſic generatur flumen qđ iterum ſuper terrã deſcendit in mare: ſed nõ oportet ſic eſſe de omnibus fluminibꝰ. ¶ Secundo arguitur contra aliam cõcluſionem. Flumina paradiſi currunt ad varias partes celi et oppoſitas. Nilus circa principium aphrice per ſeptem oſtia labitur in mare egypti. Ganges a mõte Imao in ſinũ Gangeticuꝫ fluit. Euphrates ꝛ Tygris oriuntur a mõtibus Armenie et currunt contra auſtrum. ¶ Rñdet ſiue dicatur more Damaſceni ſiue Ariſtotelis de generatione fluminum paruꝫ refert: vtroq; modo poſſumꝰ hec omnia ſaluare: et dico ꝙ paradiſus eſt ſituatus in oriente quẽ attingere non poſſunt nubes/pluuie/grãdines/et tonitrua. cum eſt ſuper mediam regionem ae

ris prout ſupra meminimus. a quo cadunt iſta quatuor flumia ex cuius altitudine caſu continuo terram cauant. Immo ſi lapis eſſet aſſiduo caſu cauaretur. ſicut ferreus aſſiduo conſumitur annulus vſu: et hoc patet de gutta cadente ſuper lapidem in ſtilicidio loquor de vno flumine: poſtea applicando omīa ad propoſitum de alijs: et exordior a Nilo fluuiorum principe. dum ipſe cadit de loco eminēti. immo in principio reperit inferius terram mollem non petroſam ⁊ ſic deſcēdebat lōgiſſimo tractu ſub toto mari indico. tandem reperit in partibus Aphrice terram petroſam ſcʒ montes lune eminentiſſimos quos more antiquo vincere non poterat, illic aperturam petit. Propterea cōmuniter a loquentibus a montibus lune ſcatere dicitur. Rurſus aliquos ſinus occidentē verſus: ſcʒ Mauritaniaʒ tortuoſe facit: nunc in orientem. varia capiēs vocabula a finitimis ante Meroen clariſſimaʒ vrbem/et inſulam ab ipſo factam nomen Nili non accipit. Gloſa marginalis Bede Gen. ſcđo dicit ꝙ non procul ab Athlante monte eſt fons Nili. Aliqui dicunt ab oriente: et vtriꝙ apparentiam habent: aliqui rupturam percipiunt extra terrā in vno loco: alij in alio. Accipito analogiā quare ab vno in occidentali parte parrhiſij qui nuſꝙ niſi illic ſequanam vidit quorſum tendit ſequana? Is protinus dicet ad occidentem et ad mare Britānicum. Pete ab alio tranſeunte Argentoliū ad vnam leucaʒ ab vrbe parrhiſia ad quas partes labitur ſequana: dicet ad ſeptentrionem cum diuum Dionyſium petat argentolij: tertius dicet ꝙ ad meridiem fluit. Ecce in tribus leucis minutis propter ſinuoſum fluxuʒ aque dicitur fluere ad partes oppoſitas: et nihil diſcriminis eſt in analogia niſi ꝙ illa aqua maxima per longa interſtitia ſpiras/⁊ giros hic minutus ſequana in breui interuallo facit. Et hoc amplius patet de Arare q̄ diu ad orientem currit: et poſtea ad ſeptentrionem flectit. Interdum poſtea adhuc ad multas dietas ſe ſub terra condit nunc ſuper ipſam irrumpit ſcđm reſiſtentiaʒ quam offendit. Unde Plynius libro quinto capite nono. Nilus incertis ortus fontibus: vt per deſerta ⁊ immenſe longitudinis ſpacio ambulans: famaꝙ tm̄ inermi q̄ſita cognitus ſine bellis que ceteras terras inuenere originem (vt Juba rex potuit exquirere) in monte inferioris Mauritanie non procul oceano habet: lacu protinus ſtagnante. ¶ Rurſus indignatur fluere per arenoſa et ſqualentia: conditꝙ ſe aliquo dierum itinere: mox lacu magno ſufficitur maſſilum irrumpit: et hominum cetus veluti circumſpicit: iterū arenis recept⁹ conditur rurſus viginti dierum deſertis ad proximos Ethyopas: atꝙ vbi iterum ſenſerit hoīem proſilit fonte: vt veriſimile eſt illo quem nigri vocauere. Inde Aphricam ab Ethyopia diſſipans. Et ſi non protinus pro populis feris tñ et belluis frequens ſiluarūꝙ opifex medios ethyopas ſecat: cognominatus Aſtapus: quod illarum gentium lingua ſignificat aquam e tenebris profluentem: inſulas ita innumeras ſpargit quaſdam tante magnitudinis ꝙꝙ rabida celeritate: vt tamen dieruʒ. v. curſu non breuiore tranſuolet. Circa clariſſimaʒ Meroen. nec ante Nilus vocatur ꝙ ſe totum aquis concordib⁹ rurſus iunxerit: ſic quoꝙ etiamnū Syriſantes per aliquot nominat⁹ millia. Poſtremo incluſus montibus nec alibi torrentior vectus aquis properantibus ad locum ethyopuʒ qui cathadupi vocantur. Nouiſſime inter occurſantes ſcopulos nō fluere immenſo fragore creditur ſed ruere. Poſtea leuis et confractis aquis domitaꝙ violentia aliquin ⁊ ſpacio feſſus multis q̄uis faucibus in egyptium mare ſe euomit. Nunquid vides ꝙ in aphrica ſe viginti dietis condit ſub terra. Sed forte dices mergitur in terram nec reſilit. Hoc dici nō poteſt: quia ſemper cauaret terram. Tum ſecundo quomodo poteſt ita fluuius in prima generatione eſſe. Tum tertio. cognoſcitur a colore aque a cocodrillis et piſcibus quos alit. Tum quarto in primo deſcenſu imponendo congeriem ſtramnuʒ reperietur eadem congeries in ſecundo egreſſu. Sed dices cauatio nihil facit: quia ſi mare herculeum deberet ſe amplius dilatare in Aphricam et Europā vbi tamē contentum manet decies mille paſſibus. Et idem ptʒ in vtroꝙ Boſphoro et Helleſpōto. ¶ Rūdetur. fateor ibi eſt magna reſiſtentia non poteſt cauari niſi ſucceſſu tēporis modo Calpe et Abila mōtes oppoſiti reſiſtūt et ſic de locis alijs propinquis: et alijs locis nominatʒ hec eſt etiam ſolum vna ratiouū iſtud quod dico de Nilo q̄ ſic vagatur incognitus in origine: patʒ apud Herodotum qui ſacerdotes egyptios ſuper hoc conſuluit: et multos dies ſuper flumen nauigauit. Hoc patet apud Lucanuʒ vbi Ceſar eius originem decimo pharſalie ponit inquiēs Nihil ē q̄ noſcere malim. ꝙ fluuij cauſas per ſecula tanta latentes. Ignotūꝙ caput ipſe ſit mihi certa videndi N. liacos fontes: et cū poſt multa facer Achoreus: et de Nili prima origine ⁊ de eius cremento multas veteruʒ tangens ſententias dicit ꝙ egypto eſſet neceſſarius: et deus Nilum propter ea creauit inquiēs quis cauſas reddere poſſit. Sic iuſſit nā parens diſcurrere Nilum. ſic opus eſt mundo: et eundē amnū oſtendit Seſoſtrem habuiſſe inquiens. mundiꝙ extrema ſe ſoſtris. Et pharios reguʒ currus ceruicibus equet Ante tamē veſtros amnes: Rhodanumꝙ padūꝙ Niluʒ de fonte bibit. hoc de Cambiſe ꝑ ſ.rum declarat inquiens Veſanus in ortus cambiſes longi populus peruenit ad eum Defectuſꝙ epulis ⁊ paſtus cede ſuoruʒ Ignoto te Nile redit non fabula mēdax. Auſa loqꝫ de fonte tuo eſt vbicunꝙ videris. Quererís et nulli cōtingit gloria gēti. Ut Nilo ſit leta ſuo. Et poſt ſequitur ꝙ gentilis dicit q̄ cuʒ his que prediximus quadrat. Nūc arabuʒ populis libycis: nunc equus harenis. Teꝙ vident primi querunt tñ hic quoꝙ ſeres. Et palam eſt ſeres ſunt populi in aſyatica/ſcythia in oriente. Et idem Martialis in quodam epigrāmate dicit. Et que prima bibit deprenſā flumina Nili. Per hoc turget flumius in eſtate: quia et altera parte equatoris tunc eſt hyems et copia niuis: ſicut Danubius creſcit per niuem. Etiam ſol per ſuuʒ acceſſum ad egyptum liquefacit niues in iugis montiuʒ repertas ſecundum tñ magis et minus: quia interduʒ eſt maior copia niuis: et tunc vnda eſt maior: nec ſimile contigit de alijs fluminibus aphrice: quia non habent ita longa ſcaturiginem. Non creſcit tñ in immenſam latitudinem. omnium maximū incrementum fuit ſub Claudio principe decem ⁊ octo cubitorum pauimentiſſimuʒ erat ꝙ rex fluuiorum Nilus per regionem candidiſſimā et ſiccam quemadmoduʒ eſt Libya decurreret. ꝑpter homines bruta et terre naſcentia. et talē crementum quotānis haberet. Adde ꝙ aliquid numinis habere videtur in duodecim et tredecim cubitis famem ſquatuordecim hylaritatem. in quindecim ſecuritatem. in ſexdecim delicias repreſentat. Eius aqua epota mulieres ſteriles (vt aiūt) fecundat. Et hec in preſentiarū de fluminibus paradiſi dixiſſe ſufficiat. Nec ſoluʒ hoc facit Nilus ſed innumera pene flumina Anas qui Bethicam et Luſitaniam diuidit. modo ſe iſtagnat modo

in anguſtias: modo in cumulos terre ſe condit: et ita de alijs / etiam eſt probabile q̄ Nilus currit per mare: nec vndam perdit: nec aqua maris miſcetur. et hoc naturaliter Jordanis princeps fluuius iudee tranſit p̄ mari Galilee: poſtea per mari Thyberiadis ſic totiēs marium victor: a mari mortuo vincitur: ſed poteſt eſſe de Nilo q̄ Indicum mare vincat / et vincatur a mediterraneo. Nonne ad manum habes rhodanum qui per magno lacu de Loſana viam ſibi preparat mare Maſſilienſe ingrediens. Simile de Tygri contingit per Arethuſa lacu decurrit in quo nec relinquit piſcem: nec aquam. Nec aliquid de lacu aufert: quod conuincitur ex aquarum coloribus varijs et piſcibus. Tygris abundat piſcibus qui non reperiuntur in lateribus lacus Arethuſe. Tygris vt Solinus dicit in Armenia regione caput attollit: reſiſtente Tauro monte ſub ipſo labitur in Euphratem fluit in amnē ei amiciſſimū: ita ſubtiliter hec duo magna flumina decedunt q̄ nunc conſpectus hominum ſub terra tranſeant: nunc ſuper terram aliquibus dicentibus flumina ſinum arabicum: aliquibus p ſicum (q̄ rationabilius eſt) ingredi. Sic imaginor de iſtis tribus fluminibus q̄ Tygris ⁊ Euphrates habēt capita propinqua in paradiſo: et mutuo decedūt in locis propinquis ſub caucaſo monte: vel alter ſub eo: et alter prope montem / qui quidem mons diuidit totam Aſiam: licet in varijs partibus alia vſurpat nomina: ⁊ ſic in armenia erumpunt terram et egrediuntur: Ganges videtur labi ſub parte meridionali caucaſi montis et tandem ſinum gangeticum petit. ¶ Sed cōtra hoc arguitur ex illo tollitur omnis via probandi originis fluminum. Quomodo probabis ſequanam originē habere a Burgūdia niſi quia primo ibi apparet fons eius? Dicetur q̄ a montibus pyreneis per meatus ſubterraneos labitur ſicut iam diximus de paradiſo. Rāſio de aliorum fluminum originibus plerunq; digladiantur geographi: vt ecce Ptolemeus ponit Jordanem fluere de antelibano et non de libano qui erat egyptius Judee vicinus: ſecundum moderniores fluit a libano: ⁊ ita in multis exemplificare poſſumus. Sed q̄cquid ſit de āñte nego ꝯñam. ¶ Arguimus ſic. hec eſt prima ſcaturigo ſequane / quod arguitur ex fōte ex tenuitate fluminis a principio et eius augmento quod ſenſibiliter percipimus / nec conſtat nobis de oppoſito. Secus eſt de fluminibus paradiſi et ſic omnia ſaluantur ſine miraculo. Hec de paradiſo et de eius fluminibus in preſentiarum dixiſſe ſufficiat. Nerum theorici nonnunq̄ reliquimus propter materias que ſe obiter iniecere. Vides perdifficile eſſe paradiſum celeſtem ſiue capiat pro beatitudine ſiue pro celo acquirere cū tanta ſit nobis difficultas paradiſum terreſtrem agnoſcere in terris.

¶ Diſtinctio. xviij.

IN eodem quoq; paradiſo mulierem formauit deus de ſubſtantia viri: ſicut poſt plātatum paradiſum / hominemq; in eo poſitum: et poſt vniuerſa animalia ad eū ducta ſuiſq; nominibus deſignata ſubnectit ſcriptura: immiſit deus ſoporē in Adam. Cū q; obdormiſſet / tulit vnā de coſtis eius: et formauit eam in mulierem. ⁊c. Et capite quinto. ¶ Solet etiam queri vtrum de illa coſta ſine adiectione rei extrinſece facta ſit mulier. Quod quibuſdam non placuit. Ceterum ſi ad perficiendum corpus mulieris deus extrinſecum augmentum addidiſſet maius illud eſſet q̄ ipſa coſta: ideoq; potius de illo addito q̄ de ipſa coſta mulier facta deberet dici / de quo plures accepiſſet ſubſtātie partes. Reſtat ergo vt de ſola ipſius coſte ſubſtantia ſine oī extrinſeco additamento per diuinam potentiam in ſemetipſa multiplicata mulieris corpus factū dicatur: eo ſane miraculo quo poſtea de quinq; panibus ieſu celeſti benedictione multiplicatis quinq; millia hominum ſatiata ſunt. ⁊c.

¶ Diſtinctionis. xviij.
Queſtio prima.

IN hac decimaoctaua diſtinctione capite ſecūdo magiſter determinat q̄ ex ſola coſta Ade formatum eſt corpus Eue ſine additione vlterioris materie. Et quero eundem titulum queſtionis ſolum mutando copulā de ineſſe per copulam de poſſibili / querendo an deus illud potuerit facere. Reſpondetur per concluſiones. ¶ Prima eſt. Deus potuit ex ſola coſta Ade formare corpus Eue non poſita in pluribus locis. ¶ Secunda concluſio. Hoc fieri non poterat ſi corpus Eue non fuiſſet multo rarius corpore Ade vel aliarum mulierū: ⁊ hoc in ea proportione inequalitatis minoris qua ſe hȝ coſta ad totum compoſitum. ¶ Tertia concluſio. Deus tamen non ita fecit. ¶ Quarta concluſio. Ex ſola coſta Ade poſita in pluribus locis potuit fieri corpus Eue ita denſum ſicut corpora aliarum mulierum ⁊ an ita factum ſit neſcitur. ¶ Due prime concluſiones probantur. Deus poteſt facere animam intellectiuam informare corpus in cētuplo rarius q̄ erat corpus Eue ergo rarefaciendo coſtam ad quantitatem ipſius Eue ex ſola coſta fuiſſet formatum corpus Eue. Aſſumptū patet. corpus in centuplo denſius q̄ erat corpus Eue poteſt anima informare. ergo eodem modo de raritate. ꝯña et āñs non cadunt in dubium de potentia abſoluta dei de qua loquimur. ¶ Tertia concluſio probatur. corpus mulieris erat decenter ſecundum ſexum muliebrem plaſmatum. ergo non erat immenſe raritatis reſpectu corporum aliarum mulierum. ¶ Quarta concluſio probatur. Idem poteſt eſſe in pluribus locis circum=

ſcriptiue. ergo coſta poterat poni in tot locis continuis cum ſufficienti quantitate/et denſitate: ad faciendū corpus mulieris. Aſſumptum patet. anima poteſt eſſe in duobus locis diſcontinuis patz. ipſa eſt in vtraqꝫ manu: deus poteſt vtramqꝫ manum corrūpere. Capio manum pro parte corporea: cōſeruata anima in illis duobus locis igitur. Q alia pars ſit incerta patz. auctoritates ſonant ꝙ ex quinqꝫ panibus euāgelicis deus ſaturauit quinqꝫ millia hominum. Et ex coſta Ade fuit formatum corpus Eue: et hoc eſt deo poſſibile: vt dicit hec quarta concluſio. ⁊ littera cum hoc quadrat. ergo forte ita factum eſt: ſed he auctoritates facile ſoluunt. ergo vtraqꝫ pars eſt probabilis. Modus Hugonis primo libro de ſacramentis parte ſexta capite penultimo et vltimo eſt mihi non intelligibilis. ꝙ ex paruo fit magnum entitatiue ſine additione noue materie vel forme: licet magiſter et poſtillator in hac ſententia conueniunt. Non videtur rationabile dicere: ꝙ illa coſta viri erat maior alijs ſuis coſtis: et ꝙ ipſa ſufficeret ad totā quantitatem mulieris: quia tunc primus homo fuiſſz monſtruoſus: nec per idem equum videtur dicere ꝙ illa coſta erat in centuplo denſior alijs coſtis eius: quia tam in coſtis magna fuiſſet difformitas: ſed qui vnum iſtorum vel alterum modorū imitari voluerit poſitionem quam relinquimus tueri poteſt. ¶ Quidā alius nititur hoc ſaluare alia via ꝙ nihil eſt additū coſte: nec ipſa ponitur in pluribus locis: quia de hoc non intellexerunt: ſed illa coſta eſt extenſa ad quantitatē mulieris: nec propterea ꝯñs dicit ꝙ corpus mulieris fuit rarius corpore alterius mulieris: quia ſubſtantia eſt extenſa et non denſitas. Sed iſtud nō valet: ſi quantitas eſſet res quanta extenſa ſubſtantia. et quantitas extēditur/et ſi quantitas diſtinguatur a re quanta dabitur illa ſubſtantia in aliquo loco ſine quantitate cōtinua: quod non eſt dicendum. Nec poteſt eſſe aliquod diffugium de iſta denſitate cū ponendo eſſe aliud a quantitate compoſitum vel partibus eius: et tūc rñdetur ad argumentum magiſtri quo petit: ſi ex alia materia creata de nouo vel aſſumpta formatum eſt corpus Eue: tunc citius illud corpus deberet dici componi ex illo corpore: quia ex maiori parte ꝙ̄ ex coſta: quod tū ſcriptura tacet. Similiter ſi de⁹ creaſſet de nouo vel apportaſſet a remotis quinqꝫ mille panes/non eſſet miraculum ex tot panibus tot eſurientes homines laute reficere. ¶ Hoc argumentū non vincit. dicimus immanez quercum ex tali ſemine fuiſſe productam: ⁊ tamen pl⁹ eſt additum extrinſecum millies ꝙ̄ illud ſemen: ſed quia illud ponebatur in principio dicitur ex illo fieri citius ꝙ̄ ex partibus aduētitijs. ſic erat de coſta Ade in ordine ad mulierem. Volebat Moyſes oſtendere idētitatem et conuenientiam mulieris ad virum: ꝙ eadem coſta que erat in viro poſita eſt in muliere: de extrinſeco non erat ei cure tractare: ſicut plerumqꝫ fit qñ tractatur cōuenientia inter aliqua duo pretermiſſo diſcrimine: et ſic de panibus euangelicis dicatur. et licet nō ſit miraculum ex tot panibus appetitibus tot hominū ſatiſfacere: tamen eos creare de nouo vel apportare ꝙ̄liter creature non conuenit eſt miraculum. ¶ Sed cōtra aliam partem qua dicitur ꝙ ex coſta poſita in pluribus locis poterat fuiſſe factum corpus mulieris: ex illo ſequunt̄ he concluſiones abſurde/ſcꝫ ꝙ caput Eue erat pes Eue ꝯñs eſt abſurdū: ergo ⁊ añs. Probo cōſequentiā. hic binarius eſt caput Eue demonſtrando materiam et animam: et hic binarius eſt pes Eue: (loquor ac ſi Eua eſſz) ergo pes Eue eſt caput Eue: quod ſi concedas. Contra. vlterius ſequitur pes Eue videt quia hoc caput Eue videt. hoc caput eſt iſte pes Eue: igitur iſte pes Eue videt. Secundo ſequit̄: ꝙ pes Eue eſt ſuper collum Eue: quia hoc caput Eue eſt ſuper collum Eue/et hoc caput eſt pes Eue Igitur. ¶ Tertio ſequitur ꝙ ſuper caput Eue Eua graditur ſuper hunc pedem vel hos pedes Eua graditur. hi pedes ſunt caput Eue igitur. ¶ Quarto: ſequitur ꝙ Eua eſt minor entitatiue ꝙ̄ brachium Ade quia coſta eſt minor brachio Ade. ¶ Quinto: ſequit̄ ꝙ minima inter mulieres ab origine mundi erat Eua. ¶ Sexto: maius corpus entitatiue habebat Eua in vtero ꝙ̄ erat tota Eua. patet de prima eius prole. Non eſt opus dicere ꝙ noua materia adhuc adueniat et tota coſta fuit reſoluta. ¶ Septimo. maior erat identitas inter Adam ⁊ Euam ꝙ̄ inter quemcunqꝫ virum et vxorem ſuam: patet. materia partialis Ade fuit totalis materia Eue. ¶ Octauo. ſequitur ꝙ plus augmentabatur ꝙ̄ Adaz: Eua per alimentum accepit nouas partes partibus coſte reſolutis ⁊ ſic augmentabatur realiter. Non ſic de Adam apparet erat creatus homo adultus: et ſi nutriebatur tamē forte tantum amiſit de carne priore ꝙ̄tum acquiſiuit de nouo: non ſic de Eua: quia apparet ꝙ ipſa manſit in ſtatu ſue magnitudinis in qua creata erat/et ꝙ tandē tota coſta reſoluebatur: et ſic ſemper prope finem vite incepit eſſe minor identitas inter eam ⁊ Adam: ⁊ alia materia. Multe alie propoſitiones peregrine poſſūt inferri: ſed non inſiſto. ¶ Dubitatur circa iſta quare citius ex coſta Ade ꝙ̄ ex pede vel capite formatum eſt corpus mulieris: et quare Adam dormiente citius ꝙ̄ vigilante? ¶ Scd̄o dubitatur an propterea Adam dici debeat pater ipſius Eue? ¶ Rñdetur ꝙ mulier non eſt caput viri ſed econuerſo ſecundum apoſtolū ⁊ Ariſtotelē in economicis: non erat formatū corpus ex pede quia non eſt ancilla viri: ſed quandam mediocritatem inter ſeruum et virum obtinet: ſed ex curua coſta ipſa formata eſt quod obliquitatē in muliere repreſentat que eſt prona rei que prohibetur ei: ſicut Eua in comeſtione pomi vetiti: ſed ridendo tranſeunter dicamus illud mulierum dicentium. ſi mulieres opera ſcripſiſſēt plura flagitia virorum poſteris commendarent ꝙ̄ viri de mulieribus fecerunt. Ab his queratur quare non more virorum ſcripſerunt: de ipſo dormiente ablata ē coſta ne ſentiret. poterat autem deus ſi voluiſſet eam auferre ipſo vigilante ſine dolore. Illa coſta erat ſuperflua quoad indiuiduum: non autem quoad ſpeciem: et ad hoc ꝙ mulier debebat produci ex coſta ipſius Ade vt ipſe eſſet principium omnium hominum. ¶ Ad ſecundum dicitur ꝙ Eua non reputatur filia Ade cū ex ſuperfluo tertie digeſtionis nō eſt producta. Ad rationem etiam patris et nati requiritur ꝙ viuant vita ſenſitiua: et ꝙ natus habeat ſimilitudinem patris in ſpecie ſpecialiſſima: vel propinqua in ſpecie ſubalterna: quare vermes pedunculi et cetera huiuſcemodi nō dicuntur nobis proles: ſicut dicit Ariſtoteles in ꝓblematibus particula quarta ſol non dicitur eſſe proprie pater herbe.

¶ Diſtinctionis. xviij.
Queſtio ſecunda.

Secundo circa hanc diſtinctionem queritur. An mater cõcurrit per ſuum menſtruum effectiue ad generationem prolis. Super poſita queſtione. varie ſunt ſapientum poſitiones teſte Plutarcho in placitis philoſophorum. Partem negatiuam Hypocrates Plato et Ariſtoteles tenuerunt: affirmatiuam Pythagoras Democritus et Epicurus quos medicorum princeps Galenus inſequutus eſt: et vna theologorũ turba vt Alexander doctor ſeraphicus et cõterraneus. et multi poſteriorum: mihi autem poſitio Ariſtotelis videtur probabilior: et illi magis adhereo. Tum propter viri ſoliditatem in materia naturali. Tum non tantifacio rationes in oppoſitum ſicut pro iſta parte. ¶ Pro qua ſic arguitur: quia da partem affirmatiuam: menſtruũ mulieris vel ſperma vocetur/quo nomine volueris ingreditur compoſitionem fetus/et mater actiue ad generationem prolis concurrit: ſequitur ꝙ virgo poteſt parere in ſenſu compoſito: ↄñs eſt falſum naturaliter loquendo (ſaltem ſine opera demonum). Immo ſic intelligo/ſequitur. poſſibile eſt virginẽ naturaliter parere ſine ſemine viri. hoc ↄñs nullatenus eſt concedendum: ergo nec añs. ¶ Probo ↄñam: mulier de nocte polluta emittit ſemen quod in matrice recipitur: illud ſemen ingreditur compoſitionem fetus: mulier etiam actiue concurrit: ergo ibi generabitur proles. Non valet dicere/non eſt ibi ſemen in copia: quia dando mulierem calidam propter cibos calidos et alia accidentia ipſa poteſt tantum ſeminis emittere: ſicut vir et femina ſufficit ad generationẽ. ¶ Fortaſſe dicis poteſt ipſa concipere: ſed non parere naturaliter/quia in egreſſu fetus clauſtra pudoris aperientur: et ſic deſinit eſſe virgo. Hoc non valet. quia pono ꝙ talis erat leſa ferro vel ſciſſa ad curam morbi in iuuentute/vel alicuius alterius accidẽtis. Iam ipſa pariet ſine fractura clauſtrorum cum quando ipſa adhuc epheba eſſẽ clauſtra erãt fracta: ergo ibi concedere oportet virgo parit naturaliter. ¶ Forte dicis mulier concurrit actiue partialiter: ſed non totaliter: ſicut ſol ad productionem bouis ſol et homo generant hominem. ſcḋo phyſicorum: ⁊ licet ſic non ſit de homine tamen de boue/herbis/et arboribus patet: et tamen ſol ſe ſolo nõ generat fructus. Idẽ patet de anima et obiecto producentibus noticiam intuitiuam: et tamen nec anima ſe ſola ſine preſentia obiecti poteſt producere noticiam intuitiuã nec obiectũ ſe ſolo. ¶ Similiter calor cõcurrit ad productionem ignis ſed non ſine ſiccitate. Iſtud nõ valet. nec eſt ſimile de cauſis ſpecie diſtinctis naturaliter ſubordinatis et de cauſis eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime: quemadmodum ſunt mas et femina: vtrobiq; in talibus agentibus videtur quicquid duo poſſunt producere vnũ augmẽtatum ad equiualentiã duorum poteſt ſimile in ſpecie producere. ¶ Si pedale ſeminis femine: et pedale maris ſufficiant ad generationẽ embrionis quare bipedale ſeminis mulieris non ſufficiet: cõſiderato ꝙ femina habet receptaculum idoneum? ¶ Si dicas licet hec ſemina ſint eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime/tamẽ accidentaliter differunt: ſemen viri eſt calidius: propterea etiam requiritur. Capiatur Simiramis vel Cleopatra calida cum vno frigido. ¶ Forte dicis hec vltima replica eſt gladius Golie et eque militat contra me: ſi ita eſſe. ꝙ ſemen Cleopatre eſt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime cum ſemine Triij et equaliter qualificatum: quare citius maris ſemen ingreditur compoſitionem q̃ femine? ¶ Reſpondetur non capis verum colorem Nolo dicere ꝙ ſemen mulieris et viri ſunt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime: ſed hoc capio contra aduerſarium hoc adducẽtem ſi ſic ſola mulier ſufficeret generationi: ſed volo habere ꝙ ſemen equiuoce dicitur de ſemine femine ⁊ maris. Mulieris ſemen eſt quedam aquoſitas vt hic ſic dicit. Auerroys ſcḋo colligit capitulo de iuuamento membrorum generationis vbi multum tangit que cõducunt propoſito. Inſuper Auerroys vnum recitat ibidem ꝙ ſi verum ſit: eſt ratio efficaciſſima pro Platone et Ariſtotele: ꝙ quedam mulier in balneo calido ſe balneans concipiebat. aliqui mali viri in balneo ſemen emiſerunt quod huius mulieris membrum attraxit: et ſic ipſa ſine diſperſione ſeminis concipiebat: ⁊ dicit ſe multum confidiſſe in ſacramento illius mulieris hoc idẽ confirmat auctoritate Amerdadich. ¶ Pro hac poſitione videtur eſſe Auguſtinus decimo. ſuper Geneſim capitulo quinto: vbi dicit chriſtum non deſcẽdiſſe ex parentibus ſcḋm rationem ſeminalẽ: ſed ſi mater actiue ſe habeat in generatione prolis beata virgo fuiſſet actiua reſpectu corporis chriſti: et ſic illud corpus fuiſſet formatum ſcḋm rationem ſeminalem.

¶ Sed contra iſtam concluſionem arguitur ſic: filius aſſimilatur matri ſicut patri aſſimilatur: ergo mater habet actionem reſpectu filij ſicut pater. ¶ Cõfirmatur mater diligit filium ſicut pater: ergo actiuitatem habet reſpectu eius ſicut et pater. ¶ Preterea mas et femina ſunt eiuſdem ſpeciei decimo Methaphyſice ergo ſi mas concurrit ad generationem prolis et femina. ¶ Reſpondetur ad primum concedendo añs et negando ↄñam: ſimilitudo non arguit matrem aliquam cauſalitatem habere reſpectu prolis quod patet: proles interdum aſſimilatur auo: nonnunq̃ proauo/et aliquando abauo: imaginatio facit prolem ſimilem rei imaginate. Propterea Iacob virgas populeas virides et amigdalinas ex platanis decorticauit: ⁊ poſuit in canalibus vbi effundebatur aqua: et ſic oues varij coloris proles pepererunt: vt patet Geneſeos. xxx. ſuper quo paſſu dicit Hieronymus ꝙ Hiſpani ponunt pulcherrimos equos ante equas tempore quo concipiũt Et ſimile Quintilianus adduxit in controuerſia qua accuſabatur quedam matrona ꝙ ethyopem peperit: quare ſimilitudo nihil arguit. ¶ Ad ſcḋm reſpondetur et idem facit pater putatiuus habens ſecreto mulierem impudicam habens prolem in adulterio conceptam: hec proles diligitur a patre putatiuo forte plus q̃ ſua propria ab eo: quia putatur ſua. Iudicium quo aſſentit hanc eſſe ſuam ſobolem eſt ſufficiens cauſa amoris quare Ariſtoteles in vna cauſarũ quare mater plus diligit filium q̃ pater tangit certitudinem. ¶ Tertium argumentum non mouet ſic. ſunt iuuenis et adultus frigidus et calidus eiuſdem ſpeciei eſſentialis quorũ vnus generat. alter vero non. Nec ex iſto conuincitur ꝙ nulla mulier ſit ſterilis. non ſufficit receptio ſpermatis virilis in matrice niſi ipſa fuerit bene diſpoſita: et multa alia que requiruntur ad generationẽ. Et quia iſtud tertium argumentum fortaſſe non nihil coloris habet ſic dirigendo ipſum/mas ⁊ femina in etate adulta ſunt eiuſdem ſpeciei et non orbati refellitur argumentum. Si vis habere ꝙ ſunt eiuſdem ſpeciei ⁊ eorũ femina: ſimiliter redit primum argumentũ ꝙ mulier a viro non cognita pariat. ¶ Secundo principaliter

arguitur ſic. Mulier habet delectationeȝ in coitu ſicut vir: alioquin ipſa impregnata coitum abhorreret: cuius oppoſitum dicit Ariſtoteles de equa et muliere: ⁊ illa voluptas non prouenit niſi per reſolutionem ſeminis. ¶ Preterea mulier habȝ inſtrumenta ſeminaria intra ſe: ſed illa non ponuntur fruſtra. ergo ipſa ita actiue concurrit ſicut pater. ¶ Ad ſcđm cōceditur añs negatur ꝯña. hoc eſt propter reſolutionem talis humoris aquoſi/qui non eſt ſperma niſi equiuoce: ſicut Auicenna dicit. nono de animalibus capitulo primo. inquiens. dico ꝙ ſperma viri equiuocatur in nomīe ſpermatis: ſicut hoc nomen oculus eſt equiuocum cuȝ dicitur oculus ſolis et hominis. Non enim cognoſcitur in ſpmate viri et mulieris participatio niſi in nomine.

¶ Propterea frequenter Auicēna ſperma mulieris guttam vel aquam mulieris nominat et refellitur argumentum. etiaȝ de iuuenibus: qui ante annos pubertatis oblectamentum patiuntur vt referunt. ¶ Ad ſecunduȝ concesſo añte negatur ꝯña. illa ſunt neceſſaria ad diſtillationem talis humoris: quia ſic probares hominem debere parere. patȝ per mamillas quas habȝ.

¶ Tertio arguitur. pater frequenter eſt mortuus añ ꝙ fetus generetur. ergo nullam cauſalitateȝ habet reſpectu prolis generande plusꝙ mater. Immo atiꝰ mater debet habere: cum forma matris eſt preſens genito. Non curo hic de virtute ſermonis ꝙ aliquis dicaẗ filius ſine parente. ¶ Preterea arguitur contra vnaȝ rationem commētatoris de muliere cōcipiente in balneo: ex illo ſequitur ꝙ virgo poteſt parere in ſenſu cōpoſito: quia talis mulier adhuc erat virgo. ¶ Ad primum iſtorum rñdetur. Noluntꝰ dare aliquam cauſalitatem patri in inſtanti quo generatur filius: ſed loquimur de ſpmate patris: et hoc non poteſt iuuare aduerſarios querendo a quo ꝓducitur forma ſubſtantialis Scabronis ī ſtercore equi geniti vel Rane genite ī aere non ſufficit dicere a celo vel a ſole. celum non eſt animatum: nec viuit: modo viuens preſtat non viuenti.

Nec potes ſolum hoc dicere in his que habent ſpontaneam generationeȝ: quod patȝ de mula producta in aſina forma aſine: nō ſufficit qđ eſt ignobilior forma mule que producitur a duobus indiuiduis quorum vnuȝ eſt ſuperioris ſpeciei: et aliud inferioris. et ſic medium locum tenet in nobilitate inter illa duo: modo cauſa equiuoca eſt preſtantior ſuo effectu. ergo ibi eunduȝ eſt ad vnam cauſam equiuocam partialem. ſcȝ cauſam primam que eſt preſtantior ſuo effectu: ſicut Galenus virtute ſeminum vocat diuinas. et Cōmentator ſcđo celi textu commenti ſexageſimi noni. Et hoc vnꝰ ſubtiliorum tenens partem oppoſitam concedit in hac diſtinctione: licet in quarta diſtinctone tertij ad aliud ꝓbabile ſe conuertit. ¶ Sed queris an ratio ſeminalis aliquid faciat ad productionem forme ſubſtantialis?

¶ Rñdetur. ſemen eſt aliquid preuium puta ſubſtantia preuia ad productionem alterius ſubſtantie. interdum ſpecie differens a termino principaliter intento: vt patet in generatione animalium. interdum eiuſdeȝ ſpeciei: vt in triticeo ſemine reſpectu tritici generādi: ſed ratio ſeminalis eſt forma ſubſtantialis ſeminis vel qualitas illam formam conſequēs: que propterea ponitur. ne quodlibet fiat ex quolibet: ſed determinatuȝ ex determinato: vt ex ordeo non fit triticum: ſed ordeū et ita in alijs. Hoc prenotato dicitur ꝙ forma ſubſtantialis ſeminis nihil facit ad productionem forme ſubſtantialis. Probatio. quando producitur forma ſubſtantialis ſemen non eſt. et quod non eſt non agit: ſed qualitas ipſa manens in genito que prius erat in corrupto poteſt agere ad generationem illius forme ſubſtantialis. Non inconuenit cauſam partialem equiuocam ſuo effectu eſſe ignobiliorem: nec putandum eſt ꝙ ſemper requiratur ſemen medium ad productionem effectus: ignis enim immediate generat ignem: et aer aquam: ſed aliqua requirunt ſemen medium. et multe fiunt tranſmutationes ante effectum principaliter intentum: ſicut ex ſemine galli producitur ouū. et iteruȝ ouum ipſum alteratur a calore galline capi vel alteriꝰ animalis: et tandem generatur pullus. ¶ Ad ſcđm argumentum concedo iſtam concluſionem. Virgo parit naturaliter in caſu Auerroys. nec hoc eſt contra fidem. Plerique enim theologi concederent: ꝙ ſi mulier cognoſcatur ipſa renitente vel in ſomno ꝙ ipſa remanet virgo. et licet illos caſus non recipiamus. tamē dicimus pro negocio preſenti hoc peculiare eſſe attribuendum dei matri: ꝙ ipſa ante partum erat virgo/et in partu/et poſt partum manſit virgo. hoc eſt ſine ſemie viri: modo mulier de qua loquitur Cōmentator ſuſcepit ſemen et peperit. poteſt etiam quiſpiam dicere. ꝙ poſtꝙ matrix attraxit ſemen viri ipſa deſijt eſſe virgo. terminus virgo pro muliere ſupponit connotādo ꝙ non ſuſceperit ſemen viri: et non habuit propoſituȝ habendi viri: vel ſi habuit propoſitum ipm per penitētiam mutauit ante carnalem copulam. ¶ Quarto arguitur. aliqua iumenta ſine ſemine maſculi pariūt. ergo ſecundum argumentū ſi aliquid valeat et iſtud valebit. añs patet. Tertio georgicorū poſtꝙ poeta de inſano amore equarum loquutus eſt inquiens: ſcȝ ante omēs furor eſt inſignis equarum. Et mentem Venus ipſa dedit (et reliqua) et paulopoſt ſequitur ad propoſitum. Ore omēs verſe in zephyrum ſtant rupibus altis. Exceptantꝙ leues auras et ſepe ſine vllis coniugijs vento grauide (mirabile dictu) et que ſequuntur. Idem poteſt oſtendi de ouis venti/et de ouis piſcium.

¶ Rñdetur. Nam miranda canunt: ſed non credenda poete. ¶ Secundo poteſt eſſe ꝙ in fine longi curſus ꝙ equa commiſceatur equo alijs inſcijs. ouū venti eſt inhabile ad generationem pulli: ſicut aliqui dicunt ꝙ fetus genitus ab equa de qua loquuti ſumus non diu vixit. modo nos loquimur de perfecto fetu. et dato ꝙ ſemen maris fuerit illi ſemini adiunctuȝ tota perfectio prouenit a ſemine maris. Placet etiam aliquibus dicere ꝙ ſemen mulieris materialiter ingred. ī compoſitionem fetus: licet nec mulier nec ipſius ſemen in generatione fetus actiuitatem habeat vllam. de ouis piſciuȝ dicitur primo in arena prope aquam ſua oua piſcis femīa ponit. de hinc piſcis mas ſuum ſemen adiungit ſine quo piſces nullos genitos haberes. ꝙ iſtud ſit ī arena patet. quia ſi in aqua foret oua vorax fluuius conſumeret: et omnem virtutem generatiuam e medio tolleret. ¶ Rurſus tempore generationis ⁊ partus Salmonum capientes piſces capitali ſupplicio princeps ferit non ob aliud niſi quia facile tunc eſſet ſalmones capere/et omnes ſalmones de flumine tollere.

¶ Diſtinctio. xix.

Solent queri plura de primo hominis ſtatu ante peccatum: ſcilicet qualis fuerit homo anteq̃ peccaret/ et in corpore et in anima: mortalis an immortalis: paſſibilis an impaſſibilis. De termino inferioris vite: et de tranſitu ad ſuperiorem. De modo propagationis filiorum / et alia multa que non inutiliter ſciuntur. ꝛc.

## ¶ Diſtinctionis. xix. Queſtio vnica.

Circa hanc diſtinctionem nonamdecimã. Quero an Adã in ſtatu innocentie ſiue nature inſtitute habuit corpus immortale. ¶ Pro ſolutione notabis ad videndum quis eſt ſtatus innocentie oportet capere duo tẽpora. Unum a creatione mundi: vel ab eterno extendendo terminum tempus: ſed non eſt opus ſic capere hic aliud tẽpus in quo Adam peccauit: et capere vnum inſtãs iſtorum temporum continuatiuũ. Dicatur inſtans b/ tempus ante b/ a tempus poſt b/ c/ a eſt tempus innocẽtie vel ſtatus innocentie ſiue nature iſtitute: vel nature integre: c ſtatus nature lapſe vel deſtitute: b/ eſt inſtans extrinſecum vtriuſq̃ temporum et ſi primus homo vel prima homo actum exiuit in inſtanti: tunc inſtans in quo peccauit erat tempus nature lapſe licet tempus ſit res ſucceſſiua: tamen in inſtanti incepit denominari tempus nature lapſe. Et tunc pariter dicendum eſt q̃ tempus innocentie deſinebat per primum inſtans non eſſe: q̃ eſt idem inſtans cum primo inſtante tempus nature lapſe ſi Adam ſucceſſiue peccauit vel Eua primo tunc. dicatur q̃ b eſt inſtans vtriuſq̃ temporum extrinſecum.

¶ Secundo ſupponitur ex notis fallaciarũ. Immortale bipharia accipitur. Uno modo vt negat potentiam moriendi: et tunc eſt ſenſus Adam eſt immortalis id eſt non potẽs mori. ¶ Alio modo vt negat actũ hoc eſt inamiſſum mori: et ſequatur terminum potens: et tunc eſt ſenſus Adam ẽ immortalis. i. potens nõ mori. ¶ Primo modo mortale et immortale repugnant contradictione contradictione incompleta. ¶ Scdõ modo ſubcontrarie: et ſicut ſubcontraria inter ſe non pugnant in veritate. ita iſti duo termini ſic ſumpti idem ſi eſt mortale et immortale vel eſſe poteſt. Et ad huc titulus queſtionis poteſt habere duplicem ſenſũ ſecundũ q̃ hoc complexum ſtatu innocentie poteſt determinare verbum habuit vel nomen immortale.

¶ Primo mõ ſenſus eſt vtrum homo habuit in ſtatu innocentie immortalitatem: id eſt non poſſe mori. pro quocunq̃ ſtatu: et ille ſenſus eſt falſus: quia homo in ſtatu innocentie habuit poſſibilitatem moriendi. pro ſtatu nature corrupte. et de facto mortuus eſt. illum ſenſum non proſequimur. Alius ſenſus eſt: vt ſtatu innocentie determinat immortalitatem: et tunc eſt valet. vtrum homo habuit immortalitatem in ſtatu innocentie: id eſt habuit non poſſe mori in ſtatu innocentie: et hunc ſenſum q̃rimus. Simile ſolet alibi practicari Adã aliquo tempore fuit omnis homo. ſecundum q̃ terminus tempore poteſt determinare Adam vel omnis homo: et omne totum in aliqua proportione eſt maius ſua parte: et ita de innumeris talibus. ¶ His prelibatis ponitur concluſio: licet homo non erat immortalis in ſtatu innocentie. primo modo: erat tamẽ immortalis ſecundo modo. Prior pars patet. homo in ſe habebat qualitates pugnantes calorem in corde: et frigus in cerebro: humiditatem in ſanguine: et ſiccitatem in oſſibus. ergo ibi fuiſſet actio et paſſio: et omne agẽs in agendo repatitur/ et debilitatur ſi non fuiſſet reſtauratio. Itẽ homo tunc erat eiuſdem ſpeciei: ſicut nunc: ſed nullus purus homo: nunc eſt imortalis. ergo neq̃ tũc. ¶ Secunda pars patz: q̃ potuit non mori pro ſtatu illo: quia habuit pro illo ſtatu adiutoria contra oĩa mortem inducentia. et ſic potuit mortẽ euitare: quia contra intrinſecam qualitatũ pugnam habuit temperamentũ perfecte ſanitatis: quia vna qualitas non dominabatur alteri eam corrumpendo. Contra conſumptionẽ humidi radicalis reſtaurationem cibi: contra debilitationẽ virtutis conuerſiue lignum vite quo virtus conuerſiua confortabatur/ vt debilitari non poſſet nec deficere: et per hoc nec ſeneſcere: non vt ſeneſcere eſt diu viuere: ſed vt ſeneſcere eſt infirmitati ſenium ſubijci: primo modo non ſecundo in ſtatu innocentie ſenuiſſent. Contra extrinſeca elementa habuit aeris temperiẽ conuenientiſſimã q̃tum ad omnes qualitates primas. Contra violentiam demonum angelicã cuſtodiam. Similiter et cõtra beſtias que tunc non fuere inimice: ſed homini obedientes. Nam ſuper illas habuit perfectum dominiũ. Similiter et homines in ſtatu illo fuiſſent iuſti: et nõ peccatores quare nullus alium leſiſſet. Aſt ſi aliquis animum ledendi alium concepiſſet iam peccaſſet: et ſtatĩ de paradiſo expulſus fuiſſet ſicut de Adam factum eſt. Contra cetera caſualiter ledentia habuit prudentiaꝫ illa cauendi. ¶ Secunda concluſio. Si homo in paradiſo non peccaſſet mortuus non fuiſſet. Probatur ad romanos quinto. per vnum hominẽ peccatum in hunc mundum intrauit: et per peccatuꝫ mors. Inſuper potuit cauere omnia inducentia mortẽ: vt patuit ex premiſſis: et ſi non cauiſſet iam peccaſſet et innocentiaꝫ perdidiſſet: etiam q̃tumcunq̃ diu ſtetiſſet in paradiſo.

¶ Sed contra hoc arguitur. Ex iſto ſequitur q̃ lignum vite poterat perpetuare vitam hominis vel aliquid aliud a deo: pñs eſt falſum. ergo et añs. Falſitas pñtis patet. omne agens phyſicum in agendo repatitur/ et debilitatur: ſed fructus ligni vite non potuit confortare ipſum niſi conuerteretur in ipſuꝫ actione phyſica et naturali. Non autẽ potuit plus confortare q̃ agens conuertens fuit forte. Sed conuertendo fructum ligni vite debilitabatur per repaſſionem: ita q̃ natura conuertens fuit prius debilitata q̃ nutrimentuꝫ conuerteretur: quia eſt actio naturalis. Et ſicut in vna actione conuerſionis debilitatur ita in qualibet alia: et ſic tandeꝫ ita debilitaretur q̃ non plus conuerteret. Adducitur etiam exemplum Philoſophi primo de generatione de vino quod a principio conuertit in ſe aquam et debilitatur: et idem ſecundo minus fortiter operatur: vltimo deficit non potens aliquid aque in ſe conuertere ſed potius conuertitur in aquam. ¶ Reſpondetur negando q̃ virtus non poteſt cõfortari niſi per cõuerſionẽ alicuius in ipſo: quia virtus que cõfortatur eſt debita

proportio qualitatum que prius erat indebita: modo tales qualitates qn̄ ſunt nimis inteſe poſſunt remitti: et qn̄ ſunt nimis remiſſe poſſunt intēdi. Confortari et debilitari non ꝯuenit forme ſubſtantiali q̄ non ſuſcipit magis et min⁹. Experimur ante omnem ꝯuerſionē cibi in ſubſtātiam noſtram: poſt comeſtionē ꝯfortamur. Hoc experitꝰ celebrans in magno eſtu in eſtate/ q̄ ex ſpeciebus vini et panis ꝯfortatur: et per ꝯn̄s non opꝫ oēs ꝯfortationem fieri ꝑ hm̄oi ꝯuerſionē: nec conuerſiuā virtutem repati et debilitari. Inſup eſto ꝙ aliqua ꝯfortatio fiat per ꝯuerſionem et primū ꝯuertens repatiaꝛ et fiat debilius ꝯuertendo: tn̄ reſultans ex ꝯuertente/ et cōuerſo eſt fortius. et ſic pōt carnē facere puriorem. ¶ Propterea dr̄ ꝙ homo pōt ꝯfortationē ligni vite ꝑpetuo conſeruari in vita: qr eſt ſicut agens phyſicū/ pōt repatiendo debilitari: ita pōt etiam augeri in virtute ſua/ vti videm⁹ de igne quāto plura ꝯbuſtibilia applicanꝛ: tanto magis augmētaꝛ virtus ei⁹. ¶ Ad exemplum de vino et aqua ſi ſit ſermo de aqua q̄ ꝯuertiꝛ in vinum illa nō eſt cum ꝯfortatione ꝯuertētis: ſed cum eius ꝯtinua debilitatiōe. Hoc nō ꝯtingit in caſu pcomeſtionem ligni vite illud argumentū ꝓbaret ꝙ hōm infirmitate non pōt ꝯfortari nec reduci ad ſanitatē: cū eni virtus eius patiaꝛ a medicina debilitabiꝛ. Et iſtud pōt colorari ꝑ hiſtoria tertii Regum. xix. vbi Helyas Teſbites iuit ad montē dei Oreb in virtute cibi aſſumptiet ꝑparati ab angelo: ita ꝙ incedebat q̄dragita diebus ꝛ quadragīta noctib⁹ etiā ſine miraculo. qd̄ ꝯuincitur ex illo x̄bo ambulauit in fortitudine cibi illi⁹: ꝛ ſic Auguſtin⁹ exponit in libro de mirabilib⁹ ſacre ſcripture. Et ſi angelus artificioſe poterat illud facere. q̄re negabimus hoc poſſe fieri a deo ꝑ lignū vite? ¶ Sꝫ arguitur ꝙ nō opus erat ligno vite ad reſtaurandū deperditū in hoīe. homo pōt ꝑpetuo viuere ſine tali ope. igitur. Aſſumptū pꝫ: qr da oppoſitū ſortes non pōt ꝑ oīe tp̄s viuere. vel ḡ dabile eſt maximū tēp⁹ ꝑ qd̄ pōt viuere: ꝛ hoc nō: qr tūc medic⁹ non pōt ꝓlongare vitā eius vltra illud tp̄s. Item ꝑ totū iſtud tēp⁹ hō eſt alicuius reſiſtentie. ḡ pōt vlteri⁹ viuere: nec eſt dabile minimū tp̄us ꝑ qd̄ non pōt viuere: qr ſignetur. ꝛ ſit centū annorum. Arguitur ſic. ꝑ centū annos ſortes non pōt viuere/ et ꝑ qd̄lꝫ min⁹ tēpus ſortes pōt viuere. ḡ ꝑ hoc minus tēp⁹ ſortes pōt viuere demonſtrādo totū illud tēpus dēpto vno momēto ei⁹ circa finē: ſed hoc nō qr ꝑ medicinam vita eius pōt ꝓlongari: nec eſt dabile minimum tp̄s ꝑ qd̄ pōt viuere: qr ſi viuit ꝑ totū viuit per partem: nec daꝛ maximū tp̄s ꝑ qd̄ nō pōt viuere: qr tunc ꝑ aliqd̄ tēp⁹ nō pōt viuere: et ꝑ qd̄libꝫ maius pōt viuere et ſic pōt eternaliter viuere. ¶ Rn̄detur dabile eſt minimum ꝑ qd̄ hō non pōt viuere. imaginemur hoīem tēperatū ad iuſtitiā. de tēperamēto ad pond⁹: nō ſit nobis cure tp̄s vite illi⁹: ſi optimo vtaꝛ regimīe et optime fuerit ꝯplexionat⁹ eſt tp̄s vite hūane. dixi et optime fuerit ꝯplexionat⁹: qr ſicut dicit Auicēna fen. pma primi capite pmo. oē indiuiduū debꝫ hr̄e ꝯplexionē ſibi ſolūmō ꝓpriā in q̄ aliud ei aſſociari eſt īpoſſibile: qd̄ ſupius ī eodē loco oñdit aliā ꝯplexionē Indi aliā ſclaui: dicēs. Indi nāq ꝯplexionem habent inſimul q̄ ſani exiſtūt/ et Sclaui aliā hn̄t ꝯplexionē quā ſani degūt ꝛ vnaq̄q earū ꝑ ꝯparationem ad ſuā ſpēm ſue ſpēi ꝯparatione eſt tēperata. q̄ ꝯpatione alteri⁹ non ē tempata. Corp⁹ naq Indi cū ſꝫ ꝯplexionē ſclaui quale fiet aut īfirmabiꝛ aut morieꝛ. Et ſiĺr ter cū Sclaui ꝯplexio: Indi quale reddetur erit corpis diſpoſitio ꝯria tali: Indiuiduū qn̄ venit ad ſexageſimū annū notabiliter deficiet ab opationibus in quas exire poterat tp̄e quo erat triginta anno⁊ natū: ſcd̄m ꝙ dicit Auicēna capitulo tertio doctrine tertie fen. ꝛ libri ſupius allegati inquiēs. Etates oēs ſunt quatuor: etas adoleſcēdi q̄ vocatur etas adoleſcētie. et eſt fere vſq ad trigīta annos. Poſt ea eſt etas ꝯſiſtendi q̄ vocatur etas pulchritudinis/ et eſt fere vſq ad trigintaq̄ aut quadraginta annos. Et etas minuēdi cū virtus nō tota amittiꝛ: et hec eſt etas ſenectutis q̄ fere eſt vſq ad annos ſexaginta. Et ē etas minuendi cū manifeſta x̄tutis debilitate et hec eſt q̄dam etas ſenū ꝛ finis vite/ totū tēpus q̄ iſte viuit eſt period⁹ vite hūane nō ꝙ q̄dlibet indiuiduū ſpeciei hūane pōt ita diu viuere: ſed ſicut diciꝛ pmo de anima. Rectum eſt iudex obliqui per iſtum metimur periodū vite humane: minor vita datur colerico/ et adhuc minor flegmatico: et adhuc minima melācolico. hoc indiuiduum de quo mētionē fecimus/ nec in morbū/ nec in neutralitatem: ſi ipā ponatur q̄ eſt ſolū ſtare in terminis nūq̄ incidet: quare nō erit ei op⁹ medico: extinguetur ſuauiter ſicut cādela. Et ſm̄ Auicennā talis mors eſt a natura cuilibet indiuiduo deſtinata: ſcd̄m ſuā propriam ꝯplexionem. Nouim⁹ quendā ſenem venerabilem cū primū incepit ei dolere caput miſiſſe ꝓ ꝓfeſſore qui ſubito extinct⁹ eſt aſſerēs ab octoginta annis nūq̄ ei doluiſſe caput: et ſic mortē in ſoribus ſyllogiſauit et recte: qr e veſtigio extinct⁹ eſt: ſed ꝓ hiis q̄ male vtuntur regimie ab extrinſeco vel intrinſeco op⁹ eſt medico: ne quis incidat in morbū vel in pediendo/ ne de malo in peius labaꝛ. vt de tertiana in melācolicam/ ꝛ longeuam q̄rtanā. ita ꝙ in hūmeris ſentim⁹ illud Pſalmographi. Pſalmo octogeſimo nono. Anni noſtri ſicut aranea meditabunꝛ dies anno⁊ noſtro⁊ in ipſis ſeptuaginta annis. Si autem in potētatib⁹ octogita anni. et amplius eorum labor/ et dolor.

## ¶ Diſtinctio. xx.

Poſt hec videndum eſt: qualiter primi parētes ſi nō peccaſſent filios procreaſſent: ꝛ quales ipſi filij naſcerētur ꝛc. Et capite. iiij. Si vero queritur quales ſi nō peccaſſet hō filios genuiſſet: vtrū videlicet ſicut ipē primus homo ſcd̄m ſtaturam corpis et vſum membro⁊ perfectus mox cōditus extitit: ita etiā ei⁹ filij in ipō natiuitatis exordio ꝑfecti exiſterēt: q̄ ambulare ꝛ loq̄ ꝛ cūcta facere poſſēt. Rn̄deri pōt ꝙ filios puulos naſci oportebat ꝓpter matris vteri neceſſitatē. Sꝫ vtrū mox nati ꝑfectionē ſtature ꝛ mēbro⁊ vſū hērēt: an puuli: ꝛ in miore etate ꝯſtituti vti poſſēt mēbro⁊ officiis: an ꝑ interualla tp̄m eo mō q̄ nūc fit: ꝑfectionē ſtature: et vſū mēbro⁊ recepturi eſſent de auctoribus definitum non habem⁹. ꝛc.

¶ Diſtinctionis. xx. Queſtio vnica.

Circa iſtam vigeſimaꝫ diſtinctionẽ queritur. Utrum pueri in ſtatu innocentie cum primum nati fuiſſent habuiſſent quantitatem virilem et ſcientiam infuſam. Reſpondetur per duas cõcluſiones. ¶ Prior eſt. Pueri nati fuiſſent paruuli: ⁊ per conſequens non cum quantitate virili. Añs patet. quia fuiſſent in matrice mulieris quod adultis non conuenit. ¶ Secunda cõcluſio. Pueri nõ nati fuiſſent ſcientes: nec actualiter nec habitualiter. Probatur ſecundum Philoſophũ tertio de aĩa. Anima eſt ſicut tabula in qua nihil eſt depictum: depĩgibilis tamen virtutibꝰ ⁊ ſcientijs. Et ad hoc poſſunt adduci rationes que contra Platonem alias ſolẽt fieri. Debemꝰ aũt loqui cõformiter ad lumen naturalis intellectus vbi non docetur per fidem vel eius pietatem de oppoſito. Preterea homines tunc nati fuiſſent paruuli ſicut nunc in ſtatu nature lapſe ex priori cõcluſione. ergo idem eſt dicere de ſcientia. Secus erat de humanitate Chriſti. quia hoc non erat illi decens: vt in tertio patebit. Hoc tenet Hugo primo libro de ſacramentis parte ſexta capite vigeſimoſexto dicens. Secũdum eſtimationem noſtram: et magis approbamus vt primus homo corpore: et ſenſu perfectus mox factus fuiſſe credatur. illos vero / qui ex ipſo naſcerentur eadem lege qua et nunc natiuitateꝫ humanam cernimus ordinatam paruulos naſcituros: ac deinde per interualla temporum tam in ſenſu animi ꝙ̃ in ſtatura corporali incremẽta accepturos. De habitu hoc ipſum patet: quia eis fuiſſet inanis. cum propter nimiam humiditatẽ cerebri: ⁊ mẽbra indiſpoſita in actu ſciendi. exire nequibant ob magnitudinem reumatum et cerebri: quod arguit magnitudo capitis eorum: quia in illa etate eſt maior proportionabiliter ceteris membris. hoc arguit eorum immẽſus ſomnus et catarrus diſtillãs per cloachã capitis. In ſacramentis alio genere noticie docemur ponere aliquos habitus infundi: hic autem neutiq̃. ¶ Contra priorem concluſionem arguitur ſic. quedam bruta cuꝫ primuꝫ creata ſunt eueſtigio incedunt. hoc patꝫ de fetu Anatis ferine. Uñ ſolet dici ꝙ fetus ille cum medietate oui. in quo generatur diſcedit. ¶ Secundo nulli tũc fuiſſent decrepiti. ergo neq̃ nati paruuli. cõſequentia tenet a conuenienti ſimilitudine. añs patꝫ: quia da oppoſitum tunc deliraſſent ſenſu ad alterationeꝫ cerebri et carnis: et fuiſſent bis pueri habentes appetitũ nũc ſenũ: deliri ſenes. et cũ hoc ſenex eſt. ſcd̃m illud Horatianum in arte difficilis q̃rulus laudator temporis acti: quod eſt incõueniens pro illo ſtatu. ¶ Rñdetur ad primum cõceditur añs et negatur ꝯſequentia. melius poteſt homo ſaluari per diſcretionem parentum ꝙ̃ alij fetus. Et propterea decens erat ꝙ ijs quibus non poterat fieri prouiſio per parentes eueſtigio procreata ſibi prouidere poterat: longum augmentum in homine nõ arguit ignobilitatem: ſed potius nobilitatem. ſcd̃m illud Mantuani de beata virgine. Om̃e quod excellẽs opus ⁊ ſublime futurũ eſt. difficiles ortus habet incrementaq̃ tarda. Sic iunco nemꝰ alcide: ſic tardior exit Populeis abies ramis. et q̃ ſequuntur. ¶ Ad ſcd̃m concedo añs. fuiſſent tranſlati ad paradiſum celeſtem nullam iacturam corporis vel anime incurrẽtes quos fructus paradiſiacus terreſtris in bono ſtatu tenuiſſꝫ: ¶ Contra ſcd̃am ꝯcluſionem arguitur ſic. Tunc homines nati fuiſſent cum iuſtitia originali: ſed iuſtitia preſuppõit ſcientiam. Inſuper ſapiẽtie nono. corpus quod corrumpitur aggrauat aĩam: ſed in ſtatu innocẽtie corpus non fuiſſet ſubiectum corruptiõi. ergo in nullo aggrauabat animaꝫ: ſed anima extra corpus mox ſcientiam haberet igitur. ¶ Ad primum conceditur maior: et diſtinguitur minor: vel ſi ſit ſermo de iuſtitia morali acquiſita. de qua loquitur philoſophus quinto Ethicorum: et ſic conceditur. vel de iuſtitia originali et ſic negatur. ¶ Ad ſecundum dicitur ꝙ poſt peccatum p̃mi parentis corpus multum aggrauat animã. etiam tũc q̃tum eſt de ſe erat corruptibile: et in ſtatu adulto non preſtaſſet impedimentum anime ſicut in pueritia.

Hic dubitatur: an tot fuiſſent feminine genite ſicut viri. ¶ Rñdetur probabiliter ꝙ ſic: cuiꝰ ſuaſio eſt natura ſic proceſſiſſet tẽpore innocentie ĩ generando ſicut deus eã inſtituit: ſed deus non fecit primo plures viros ꝙ̃ mulieres: quia vnum virum fecit primo et vnam mulereꝫ igitur. ¶ Et confirmatur quia contra ius nature fuiſſet ꝙ aliqua mulier que deſcendiſſet ab Adam carnaliter fuiſſet ei copulata. et ideo ſi viri non fuiſſent geniti mulieres genite generationi non vacaſſent. Similiter contra ius nature fuiſſet ꝙ aliquis maſculus deſcẽdens ab Adam et Eua ipſi Eue carnaliter copulatus fuiſſet: et iſtud patet. ꝙ vir non poterat habere aliquã mulierem deſcendentem ab eo / nec mulier viruꝫ. Inſtitutiõe de nuptijs paragrapho. Ergo. vbi imperator dicit Ergo non omnes nobis vxores ducere licet nam a q̃rundam nuptijs abſtinendum eſt. Inter eas enim perſonas que parentum liberorum ve locum intra ſe obtinent contrahi nuptie non poſſunt. veluti inter patreꝫ / et filiaꝫ: vel auum et neptem: vel matrem et filium: vel auiam et nepotem: et vſq̃ in infinitum. Et ſi tales perſone inter ſe coierint nephàrias atq̃ inceſtas nuptias contraxiſſe dicuntur. Et hec adeo vera ſunt: vt q̃uis per adoptionem parentum liberorumve loco ſibi eſſe ceperint. non poſſunt inter ſe matrimonio iungi: intantum vt etiam diſſoluta adoptione idem iuris maneat. Itaq̃ eam que tibi per adoptionem filia vel neptis eſſe ceperit non poteris vxorem ducere q̃uis eam emancipaueris. Hoc idem patet. ff. de ritu nup. l. nuptie conſiſtere. et cum vnus vir non habuiſſet niſi vnam vxoreꝫ quia bigamia eſt contra legem nature in aliqua acceptione legis nature: et illud verbum dei creſcite ⁊ multiplicamini fuiſſet omnibus applicatũ: igitur. ¶ Sed contra iſtud arguitur ſecundum philoſophum ſecundo de generatione. ſemper natura deſiderat illud quod eſt melius: ſed ſexus maſculinus eſt perfectior ꝙ̃ femininus. ergo vis generatiua naturaliter appetit prolem maſculam generare. Et ſextodecimo de aĩalibus dicit philoſophus. Femina eſt mas occaſionatus. q̃ preter intentionẽ nature gñat femia. ¶ Rñdeẽ: licꝫ ex ſemine magis digeſto et callidiore gñeẽ maſculꝰ ꝙ̃ feĩa fuiſſꝫ pro illo ſtatu ꝯuenientius hr̃e marẽ et feminã ꝙ̃ mares propter ꝯtinuationẽ ornatã ſpẽi. Nec aliq̃s cognouiſſꝫ vxorẽ ſuã niſi p tp̃e ptus: ⁊ pentes cognouiſſent quesptũ hr̃e debuerĩt. hoc ẽ ĩ q̃ ſexu. ¶ Exptũ dicũt eẽ apd̃ paſtores ꝙ flãte borea gñanẽ mares: ⁊ flãte auſtro ꝯcipiunẽ feĩe ⁊ alia indicia ponit Ariſto. qbꝰ paſtores vtũtur qñ petũt agnos maſculos: ſꝫ illa adducere ñ decet. oĩa hec ĩ illo ſtatu multo meliꝰ cognouiſſẽt ꝙ̃ q̃cũq̃ phus. ¶ Dubitaẽ an ſi primi pentes nõ peccaſſent ſoli electi nati fuiſſẽt. ¶ Ad hoc rñſũ ẽ in p̃mo. ſcilicet ſtãdo ĩ ppoſitoibꝰ iſtiꝰ ꝙ ad variatiõeꝫ materie vl' forme variaẽ totũ ꝯpoſitũ.

Jta q̄ ſi ſit alietas totius materie vel partis erit alietas totius. et ſic de toto compoſito dicatur. ¶ Secunda propoſitio. Effectus productus ab vna cauſa non poteſt produci ab alia cauſa eiuſdem ſpeciei ſecum: dato q̄ fuiſſet applicata in eodem tempore quo alia cauſa produxit ſuum effectum vel in alio: ꝛ ſemper loquor de cauſa effectū attigente. ¶ Tertia ꝓpoſitio Si aliq̄ cauſa producit aliquem effectum in hoc inſtanti vel in hac hora: nec hec cauſa vel alia eiuſdem ſpeciei producit eundem effectum numero in alio inſtanti vel hora: quia illo dato aliquid propter corruptuꝫ redibit naturaliter: quod nullo pacto admittendum eſt ex doctrina Ariſtotelis ſcōꝫ de generatione. ꝛ ad illud innumere abſurditates inferuntur.

## ¶ Diſtinctio. xxi.

Videns igitur diabolus hominem per obedientie humilitatem poſſe aſcidere: vnde ipſe per ſuperbiam corruerat / inuidit ei: et quia prius per ſuperbiam diabolus fuerit. i. deorſuꝫ lapſus: et zelo inuidie fact⁹ eſt ſathan. i. aduerſarius. Unde et mulierem tēptauit: in qua minus q̄ꝫ in viro rationem vigere nouit. Eius eniꝫ malitia ad tēptandam virtutem timida: humanā naturam in ea parte vbi debilior videbatur aggreſſa eſt. ꝛc.

## ¶ Diſtinctionis. xxi. Queſtio prima.

In hac vigeſima pͥma diſtinctione magiſter loquitur de temptatione parentum. et quomodo peccatum a temptatione proceſſit. Jn hac diſtinctiōe duo queram. Primo vtrum primi parentes potuerunt primo peccare venialiter. Secundo circa temptationem. ¶ Circa primū titulum queſtionis varius eſt modus opinādi. Alterā dertenet partem negatiuam: quaꝫ aliqui doctores ſamati ſequuntur. Altiſſiodorenſis vndecimo tractatu ſecundi tenet partem affirmatiuam quam ſequtur conterraneus qui modus mee menti placet. Propterea ponitur hec concluſio. ¶ Primum peccatum ipſius Ade potuit fuiſſe veniale. Non eſt hic ſermo de veniali ex ſurreptione vel infirmitate: ſed ſolum de veniali ex genere. Et arguitur ſic. Non plus repugnat veniale iuſtitie originali q̄ꝫ gratie infuſe: cum gratia ſit neceſſaria ad ſalutem: non autem iuſtitia originalis: ſed gratia ſtat cum veniali: ergo iuſtitia originalis ſtat cuꝫ veniali. Sed hic ſtatim diceret aduerſarius gratia / ꝛ iuſtitia originalis ſe habent ſicut excedens et exceſſum. Propterea ſecundo arguitur. Mendacium iocoſum aliquod vel officioſum eſt veniale ex genere. ergo ſi Adam protuliſſet aliquod tale ante omne aliud peccatum ſolum venialiter peccaſſet. Si dicas q̄ circunſtantia perſone facit illud quod nunc eſt veniale in ea tempeſtate fuiſſe mortale. ¶ Contra hoc arguitur. Tunc petrus poſt confirmationem ex alto peccaſſet mortaliter ſeruando legalia. Ad Galathas ſecundo. quod tamen iſti doctores non concedunt. et ꝯſequentia patet propter altitudineꝫ tante perſone in gratia confirmate cui date ſunt habene naſcentis eccleſie in magnis fluctibus moderande. Inſuper nunq̄ꝫ videtur q̄ veniale ex genere fiat mortale propter ſolam circunſtantiam perſone: ꝛ tunc ſanctitudo / et prelatura veniale in ſubiectis commutaret in mortale. ¶ Ulterius arguitur ad idem. ponendo q̄ Adam commiſiſſet a primo in ſtatu innocentie quod nunc eſt veniale arguitur ſic. Si a / in Adam fuiſſet mortale hoc maxime fuiſſꝫ ꝓpter ſtatum innocentie: ſed hoc non. cum primum elicuit a / quod tu dicis eſſe mortale ſtatus innocētie fuit finitus ꝛ fuit ī ſtatu nature lapſe: ſed a eſt veniale ī quolibet tempore nature deſtitute. ergo a eſt ſolum veniale. quod erat probanduꝫ. Sed dices a / eſſe mortale nō q̄ ſit ſtatus innocētie tempore quo a elicitur ſed quia nunc primum cadit a ſtatu innocētie. ¶ Adhuc aliter arguitur ſic. ponendo q̄ Adā elicuiſſet b / pure partibiliter quod quidem b / eſt veniale tempore nature lapſe tunc probatur q̄ b / nunq̄ꝫ erat mortale. et ſimus nos ī vltimo inſtanti non eſſe elicitiōis illius actus ante q̄d libet inſtans futurum b / erit venialis: quod patet quocunq̄ꝫ inſtanti dato poſt hoc Adam erit in ſtatu nature lapſe: ſed q̄ꝫ primum erit in illo ſtatu. tale peccatum erit veniale. Et eodemmodo probabitur q̄ in nullo inſtanti poſt hoc Adaꝫ peccabit mortaliter: ſecludo alia peccata. Si dicas quando homo ſucceſſiue producit vnum actum adhuc quelibet pars actus eſt peccatum mortale: quia eſt actus vel pars actus per queꝫ homo primo amittit iuſtitiam originalem. ¶ Contra hoc arguitur. Capio ſortem qui producit a / quem ſtatim reſecat et poſtea elicit b / ſint omnia peccata de quibus loquor venialia in noſtro erumnoſo ſtatu: tunc b / erit ſolum veniale. ergo ſi ſortes eliciat c / ꝛ ipſum continuat per totum tempus quo a / et b / producuntur in ſecūda medietate temporis: c / erit veniale ſicut b / Si dicas q̄ ſi actus quoad continuationem non eſt peccatuꝫ: vel circunſtantia temporis non dicit nouam culpam: hoc relinquo impreſentiarum: quia puto nos probaſſe oppoſitum illius in ſeptimadecima diſtinctione primi.

¶ Preterea capio duos quoruꝫ vnus eliciat a / in inſtāti. et ipſum relinquit remiſſione naturali. et immediate poſt productionem a / eliciat b / tam b / eſt veniale. ergo eodemmodo ſi fuiſſet idem actus ꝓductus in inſtanti et continuatus vel pure ſucceſſiue productus. Nō amplius protraho hos diſcurſus contra poſitioneꝫ: quia ingenioſus et in philoſophia fundatus facile eos applicabit. Sed dices ſi primo Adam peccaſſet venialiter: iam ſtatus innocentie fuiſſet perditus. ¶ Reſpondetur. aliqua innocentia fuiſſet que per penam citra mortem vel per bonum actum in deum vel in proximū poterat aboleri.

## ¶ Diſtinctionis. xxi. Queſtio ſecunda.

Circa temptationem primorum parentum et de illa que eſt in nobis a demone/ꝛ a carne queritur iſte titulus queſtionis. An demon callidius fecit primo temptando mulierem ꝙ virum: et an temptatio demonis ſit maior ꝙ tẽptatio carnis: Reſpõdetur per concluſiones. ¶ Prima diabolus primo temptauit mulierem ꝙ virum. ¶ Secunda. hanc temptationẽ callide inchoauit. ¶ Tertia concluſio. Licet temptatio demonis ſit maioris vigoris quoad temptãtẽ ꝙ tẽptatio carnis: tamen periculoſior eſt nobis tẽptatio carnis. ¶ Prima concluſio patet. Geneſis tertio. ¶ Secũda patet. Callidus hoſtis excercitum vel arcem oppugnare ordiᵗur a debiliori parte: ſed mulier erat viro debilior in prudentia: et demon hoſtis calidiſſimus gradatim aſcendens: vt parte debili victa ad partem fortiorem cõſcenderet. Inſuper ſciebat mulierem importunam. et maxime dilectam a viro exiſtimans ꝙ ipſa nõ quieſceret donec potiretur optato. Inſup timebat adire fortiorem: ſcꝫ Prothoplaſtum ne confuſus pateretur repulſam. ¶ Tertia concluſio patet quoad priorem partem. temptatio actiua diaboli nihil aliud eſt ꝙ diabolus: modo non eſt poteſtas ſuper terram que poteſt ei comparari Iob quadrageſimoprimo. Et ſerpens erat callidior cunctis aĩalibus Geneſis tertio. ¶ Secunda pars patet. grauius eſt bellum et periculoſiꝰ quãdo eſt pugna ab intrinſeco ꝙ ab extrinſeco. Propterea ſaluator dicit. Omne regnum contra ſe diuiſum deſolabitur. Matthei duodecimo. et hoc vbilibet conſiderare poteris. Conſtantinopolis a Mahometo nõ eſt capta ſine ſciſmate impatorum. domi tempore Iohannis balioli: et foris facile eſt exemplificare: ſed ſenſualitas eſt pars noſtra. ergo qñ inſurgit contra rationem ſunt bella pluſ ꝙ ciuilia. ¶ Secundo arguitur per illud Boetij tertio de conſolatione. Nulla peſtis efficatior eſt ad nocendum ꝙ familiaris inimicus: ſed tanta neceſſitudine eſt ſpiritui ſenſualitas coniuncta ꝙ ſine ea in via ſtare non poteſt. ¶ Contra ſcḋam ꝯcluſionẽ arguitur ſic. Secundum Auicennam libro octauo de animalibus capitulo de induſtria animaliũ. mulieres ſunt magis fraudulente ꝙ viri: et homines ſolent dicere. anteꝙ mulier genua manu attingere poteſt cautelam pro occultando propoſito in promptu habet. Itẽ glorioſius eſt vincere virum ꝙ mulierem: et demon eſt ſuperbus et inanis glorie appetentiſſimus. ergo congruebat primo inuadere virum. ¶ Ad primum diſtinguitur ꝙ mulieres ſint magis fraudulente ꝙ viri: vel ꝙ melius ſciant adinuenire fraudem vel inuẽtam percipere ꝙ viri. et hoc eſt falſum: vel ꝙ magis laborant ĩ fraude: qꝛ facile commouentur ad bilem/et plano marte vlciſci non poſſunt. relinquitur ergo eis locus excogitande fraudis. ¶ Ad aliud conceditur ꝙ demon eſt ſuperbus: ſed ſicut ſupbus excellere appetit. ita refugit deiſci. Propterea virum aggredi nõ orſus eſt.

Dubitatur circa hanc queſtionem quod fuit primum motiuum diaboli ad temptandos primos parentes. ¶ Secundo dubitatur an ſit ſemper in temptatiõe. ¶ Ad primum reſpondetur. Inuidia erat primum motiuũ diaboli. Sicut enim magiſter dicit ĩ littera. Vidẽs diabolus hominem per obedientie humilitatẽ poſſe aſcẽdere. vñ ipſe per ſuperbiaꝫ corruerat inuidet ei. Et iſtȝ patet ſapientie ſecundo. Inuidia diaboli mors: introiuit in orbem terrarum. et Gregorius quinto moraliũ ſuper illo verbo Iob quinto. paruuluꝫ occidit inuidia hoſtis callidus primo homĩ inuidendo ſubrepſit: quia amiſſa beatitudine minoreꝫ ſe in mortalitate illiꝰ agnouit. Et quartodecimo de ciuitate dei capitulo duodecimo. Et idem patet. Vtrum autem om̃is inuidia a ſupbia prodeat poſthac habendus eſt ſermo. ¶ Ad ſecũdam dubitationem reſpondetur negatiue. ſuppoſito ꝙ homo non conſenſerit: nullum eſt peccatũ niſi volũtarium: immo vbi violenter reſiſtitur eſt meritum. Et ibi augetur virtus et eius actus. ſecundum illud apoſtoli ſcḋe Corinthiorum duodecimo. Virtus in infirmitate perficitur. Iteruꝫ ſi temptatio carnis eſſet peccatum diſcrete petiuiſſet Paulus ſtimulum carnis a ſe remoueri: ſed tamen deus noluit eum in hoc exaudire quia (ſicut gloſa dicit) ille ſtimulus fuit Paulo vtilis. Ergo concludendo dicamus quecũꝫ titillatio fuerit in carne ſiue a malis humoribus: ſiue a malis habitibus genitis: ſiue a ſenſualitate ſuum obiectum appetente ſecluſo omni conſenſu volũtatis: nullo pacto eſt peccatum. Hic non habemus oculum ad puram omiſſionem. qꝛ in iſtis primis ĩpetibus non pure omittit.

¶ Sed cõtra hoc arguit. magiſter in littera dicit ꝙ tẽptatio q̄ eſt ex carne non ſit ſine peccato. Et beatꝰ Auguſtinus. xix. de ciuitate dei cap. iiij. dicit nonnulluꝫ vicium eſt cũ caro ꝯcupiſcit aduerſus ſpiritũ. ¶ Ad pͥmum dicitur cõcedẽdo ꝙ mgr̃ hoc dicat capite quarto huius diſtinctionis: ſed negat idẽ eſſe de temptatione demonis ſed diſcrimen nõ dat. ¶ Propterea conceditur ꝙ illa tẽptatio nõ ſit ſine peccato pͥmo: ſcꝫ ſine peccato pͥmi parẽtis: qꝛ ſi ipſe iuſtitiã originalẽ ꝯſeruaſſet nõ fuiſſet iſte inordinatꝰ motꝰ. Propterea deſcẽdebat a Hieroſolima ad hiericõ ĩcidit latrones: expoliatꝰ/et ſemiuiuus relictꝰ poſt amiſſam iuſtitiã originalem. ¶ Aliomodo dr̃ peccatum capit duobus modis. Vnomodo ꝓ inordinato motu ꝯtra naturã inſtitutã: ſicut Ariſtoteles capit pctm̃ ſcḋo phyſicoruꝫ. et ſic eſt pctm̃: et de pctõ hoc mõ capto ſimiles auctoritates intelligant. Aliomodo capit pctm̃ pro actu culpabili q̄ imputatur ad penam vel ꝓ omiſſione. et ſic nõ capitur in propoſito. Et hec de vigeſimapͥma diſtinctione.

¶ Diſtinctio. xxij.

Hic videtur diligenter inueſtigandum eſſe q̄ fuerit origo ꝛ radix illiꝰ peccati ꝛc. Et capite. v. Ex quo manifeſte aĩaduerti põt/quis eorum plus peccauerit Adam ſcꝫ an Eua. Plus enĩ videtur peccaſſe mulier q̄ voluit vſurpare diuinitatis equalitateꝫ: et nimia preſumptione elata credidit ita eſſe futurum. Et capite. ix. Eſt ignorãtia que excuſat peccantem: et eſt ignorantia que non excuſat. ꝛc.

¶ Diſtinctionis. xxij. Queſtio pͥmã.

In hac vigeſimaſecunda diſtinctione magiſter loquitur de peccato viri / et mulieris. tractans in quinto capite hu⁹ diſtinctionis vter eorum grauius peccauerit. Poſtea in tribus vltimis capitibus de ignorantia loquitur. iuxta hoc duas queſtiones querā. ¶ Prior erit vter eorum grauius peccauerit. ¶ Secunda erit de ignorantia. ¶ Queritur ergo primo an peccatum Eue fuit grauius ꝙ peccatum Ade. ¶ Rñdetur ad queſtionē affirmatiue. Probatio. pena inflicta pro peccato Eue a deo fuit maior ꝙ pena inflicta ꝓ peccato Ade: vt patet Geneſeos tertio. ergo peccatū Eue erat maius peccato ipſius Ade. ꝯña iſta tenet a penis a deo inflictis: licet plerumqꝫ pro minoribus peccatis que plus perturbant rempublicam homines maiores penas infligant. ¶ Scḋo arguitur ad idem. Mulier ſe precipitauit in peccatū: et etiā virū ſuū: vir autem ſeipſū ſolū precipitauit. ¶ Tertio arguitur ad idem. Temptatio viri erat multo maior ꝙ tēptatio mulieris. ergo vir multo minus peccauit ꝙ mulier. ꝯña iſta tenet vtrobiqꝫ ceteris paribus. añs patet. tēptatio mulieris fuit a ſolo demone: tēptatio viri et a demone et ab vxore ſua quā contriſtari noluit qḋ demon per ſeipſū immediate facere nequibat / tēptabat per mulierem ſicut ſolent dicere de mulieribus formoſis quas demon et viri decipere non valent intercedente anu fallunt. ¶ Sed cōtra hanc concluſionem arguitur ſic. Eodem genere peccati plus peccat prudens ꝙ imprudens: modo Adā erat Eua prudentior. igitur. Inſuper prelat⁹ plus peccat ꝙ ſubditus circa idem obiectū: modo mulier fuit viro ſubiecta. ¶ Rñdetur ꝙ aliqua circunſtantia peccatū viri aggrauabat. et aliqua peccatum mulieris: et ſic quoad illas circunſtantias peccata viri et mulieris ſe habebant ſicut excedens et exceſſū ſimpliciter tñ peccatum mulieris eſt maius: vt patet per probationes concluſionis.

Dubitatur ſi vir non peccaſſet ſed ſola mulier genus humanum fuiſſet ſubiectum corruptioni. ¶ Rñdetur ꝙ ꝗ̄busdā aliquibus placeat ꝙ ſi mulier peccaſſet deus aliam mulierem viro dediſſet. nec filij fuiſſent geniti ī originali. ¶ Sed contra illud eſt Ancelmus libro de conceptu virginali dicit ꝙ ſi Adam non peccaſſet: ſed ſola Eua non neceſſe eſſet totum genus humanū perire: ſed ſolam Euam. et magiſter in littera peccanti mulieri ſi vir non peccaſſet humanū genus minime peccarꝫ periret. Et hoc patꝫ ad romanos. v. per inobedientiam vnius hominis peccatores conſtituti ſunt multi. ꝛc.

¶ Diſtinctionis. xxij. Queſtio ſcḋa.

Secundo quero de ignorantia. an aliqua peccatum excuſet: vel an peccatum Ade excuſauit. ¶ Rñdetur extēdendo terminum ignorantia. aliqua ē ignorantia cōtradictorie ad ſcientiam: ſcꝫ ignorantia pure negationis: quedam eſt ignorantia praue diſpoſitionis. Iterum duplex eſt ignorantia: quedam inuincibilis. que nō ſic denominatur eo ꝙ eā homo vincere nequit: ſed q: non tēetur eā vincere: vt de Iacob ꝗ pⁱma nocte cognouit Liam non eſt credendū Guillermo parrhiſiēſi: ꝙ deus non ſinat hominem in talem ignorantiam labi. Alia eſt vincibilis quā homo tenetur vincere. ¶ Rurſus quedam eſt ignorantia iuris. Alia eſt ignorantia facti. Et ignorantia iuris diuiditur ī ignorantiā iuris diuini. Et illa iterū ſubdiuiditur: ſcilicet in ius diuinū quod homo tenetur ſcire. et in ignorantiā iuris diuini quod homo non tenetur ſcire potiſſimum explicite. ¶ Alia eſt ignorantia iuris humani Et iterum ignorātia vincibilis diuiditur in affectatam et in craſſam ꝛ ſupinam. Non ſemper eſt expectanda differentia realis in his membris: quia aliqua eorum crebro materialiter coincidunt ¶ Iſtis ſuppoſitis reſpondetur per cōcluſiones ſequentes quarum prima eſt. Ignorantia inuincibilis excuſat a toto: Probatur quia tunc homo facit aliquid: et neſcit illud eſſe peccatū: nec ſcire tenetur: vt patet ex terminis. ergo tunc non peccat Et iſtud patet tertiꝫ Ethicorum primo. ¶ Secunda concluſio. Licet ignorantia affectata quoad aliquam circunſtantiam peccatum excuſet. tamen taliter peccans plus peccat: et eſt peior ꝙ ſciens. Prior pars patet: ſemper neſciēs minus peccat ꝙ ſciens ceteris paribus. Secūda pars patet. quia talis peccat duplici peccato vno peccato quo non vult ſcire: vt ſine habenis / et conſcientia peccet: vt ſymoniacus vel vſurari⁹ non vult adire eccleſiam: vt concionatorem audiat ad intelligendam vſuram vel ſymoniam: ne ſtimulet cōſcientia in oppoſitū actus: poſtea iſte committit actū ergo duobus peccatis peccat Et hic ſuppono ꝙ remorſus conſcientie non tantum peccatum aggrauat ſicut iſta nolitio ſciendi. Et quicquid ſit iſte eſt ī deterior ſtatu. Et iſtud patet ſeptimo ethicorum. de intemperato qui eſt peior incontinente. ¶ Tertia concluſio. Ignorantia craſſa excuſat a tanto: licet non a toto. hoc patꝫ quia talis non vellet facere ſi ſciret actum prohibitū et cum hoc aliquam diligentiam adhibuit: et iſtud patet per Ariſtotelem tertiꝫ. Ethicorum primo. Hoc patet quartodecimo de Trinitate capitulo quintodecimo. Qui non videt quemadmodū ſit videndum excuſabilius peccat ꝙ qui videt ꝙ non eſt tranſgreſſor legis incognite. Et vigeſimoprimo contra Fauſtum ſic Loth excuſat ob ebrietatem: ſed quia ille totaliter excuſatur. Adducitur alia probatio: ſcilicet apoſtoli. prime ad Thimoteum ſecundo. Miſericordiam dei conſequutus ſum: quia ignorans feci in incredulitate.

¶ Quarta concluſio. Ignorantia iuris diuini quod homo non tenetur ſcire nō imputatur ei. Patet. nemo tenetur ſcire explicite omnes propoſitiones iuris diuini: Patet. nemo obligatur ad impoſſibile: tranſcendit vires theologi ſcire explicite omnes propoſitiōes ſacri canonis. et conſequentia ad illas. cum talia ſint infinita: etiam per illationem intrinſecam. et per ꝯſequens ignorantia iuris humani nō imputatur illi: ſufficit viro ſcire illa que incumbunt ſue profeſſioni et officio. Plura tenetur ſcire prelatus vel theologus ꝙ prudens laicus: ꝛ plura prudens laicus ꝙ imprudēs. ¶ Vltima concluſio. Primi parentes non peccarunt ex ignorantia praue diſpoſitionis. Probatur ꝑ Auguſtinum tertio de libero arbitrio vltra medium approbare falſa pro veris non eſt natura inſtituti hominis: ſed pene damnati. ergo ante peccatum in primis parentibus nō erat error. Inſuper omnis ignorātia de ꝗ loquimur pena eſt: ſed ſcḋꝫ Auguſtinū libro retractatio

num capitulo octauo. Omnis pena ſi iuſta eſt peccati pena eſt. Idem habet in Encheridiõ capitulo nono. Uſq; adeo rationabilis natura refugit falſitatẽ: ⁊ quã tum poteſt deuitat errorem: vt et falli nolint. etiã quicunq; amant fallere. Sed nihil quod homo refugeret potuiſſet eſſe in ſtatu innocentie. ergo homo in illo ſtatu decipi non potuiſſet. Et Marcus tullius primo officiorum in materia de prudentia loquens ſcite de hoc loquitur ſic inquiens. Omnes enĩ trahimur et ducimur ad cognitionis: et ſcientie cupiditatem in qua excellere pulchrum putamus labi aũt: et errare neſcire / et decipi / et malum / ⁊ turpe ducimus. De ignorãtia iuris naturalis non loquor: q: ius nature nullos rationis compotes fugit. ſicut Tullius primo officiorum dicit. Homo autem q: rationis eſt particeps per quã cõſequẽtia cernit cauſas rerum videt earumq; progreſſus / et quaſi anteceſſiones nõ ignorat. ¶ Solum vltimam cõcluſionem impugnabo. et arguitur ſic quartodecimo de ciuitate capitulo vndecimo dicit Auguſtinus de Adam q: inexpert⁹ diuine ſeueritatis in eo falli potuit: vt veniale crederet eſſe cõmiſſum. Inſuper tertio ethycorum. Ignorat omnis malus q̃ oportet operari: ⁊ a quibus fugiendũ eſt: ſed primũ peccatum A de fecit ipſum malum. ergo proceſſit ex ignorãtia. ¶ Ad primum dicitur q: illa falſa opinio non preceſſit in Adam primum peccatum: ſed comeſtionis actum. ¶ Ad ſecundum dicitur q: ibi eſt ſermo de intemperato intemperantia gradu quã vocat malum: qui eſt ignorans etiam ex peccato icurrit homo ignorantiam agendorum. ¶ Secũdo arguitur. Adam in ſtatu innocentie dormiuiſſet. et ita ſomniare poterat vbi creberrime eſt illuſio. Preterea multa in illo ſtatu neſciuiſſet. poterat ei fieri ſophiſma q: parti falſe adheſiſſet et ſic fuiſſet deceptus. ¶ Ad primuz conceditur q: Adam dormiuiſſet: ſed de ſomnio multipharię rñdetur. Tum primo negatur q: ſomniaſſet. Somnium enĩ contingit male diſpoſitis intrinſece in corpore vel extrinſece q: caput non eſt bene poſitũ: vel propter aliquod aliud membrum ſicut experimur. A ſeptennio iam elapſo non lapſa eſt nox in me ſine ſomnio: ſed hoc erat poſt acutas et diuturnas febres: ita q: in hoc lapſus ſum q: ſolum prius natura dormio anteq̃ ſomniem: ⁊ ita eſt de aliquibus litteris deditis in hac domo: et ante magnas infirmitates iſta non contingunt: circa hoc ſolicite venatus ſum: et inter iuuenes ⁊ ſenes ita reperi. modo Adam tenuiſſet latitudinem temperantie in cibo et potu: ⁊ non laboraſſet morbo ⁊ corpus bene diſpoſuiſſet dum iret dormitum. ¶ Secũdo dicitur ſomniaſſet de veris: ſi iterdum in ſomnium incidiſſet. et de honeſtis: ſicut diſcrimẽ inter ſomnia proborum et improborum ponit Ariſtoteles primo ethicorum q: hic de rebus improbis ille de honeſtis ſõniat. ¶ Tertio dicitur q: in virtute intellectiua nullum eſt iudicium propter ligatos ſenſus particulares. ⁊ ſi nõ fuiſſet iudicium humanum de falſo: ſicut aliqui actus ſunt hominis / qui non ſunt humani. vel forte propter obedientiam virium inferiorum ad ſuperiores ligatio ſenſuum particularium vſum rationis non impediuiſſet. ¶ Ad aliud nego q: fuiſſet deceptus per elenchuz ſophiſticũ (qui cito credit leuis eſt corde) nulli parti adheſiſſet: ſed tanq̃ vir grauis et arbiter habito motiuo ſufficienti adheſiſſet. alioquin omne iudicium ſuſpẽdiſſet quouſq; fuiſſet ſufficienter informatus: et ſic poterat non ſcire ſed nullo pacto aberrare: et ſic poterat neſcire: ſicut eſt veroſimile de tanta pena quam deus infligebat pro illo peccato. ¶ Tertio arguitur Adam non eſt ſeductus. Mulier autem eſt ſeducta in preuaricatione: prime ad Thimoteum ſecundo. Quod conuincitur ex reſponſo Ade ad deum. Non ait mulier ſeduxit me: ſed dedit mihi et comedi: mulier vero ait. ſerpens ſeduxit me. Item Geneſis tertio. Mulier reſpõdet diabolo de fructu ligni quod eſt in medio paradiſi precepit nobis deus ne comederem⁹ et ne tangeremus illud: ne forte moriamur mulier adiecit forte: et tamen erat eis prohibitum ſine forte. Etiam ipſa dicebat q: erat prohibitum tangere lignum quod tamen ex littera non patet. ¶ Ad tertium diſtinguo q: non eſt ſeductus vel q: non peccauerat inſtigãte vxore ſua ⁊ ſic non intelligit Apoſtolus: vel q: aſſentiebat diabolo vel mulieri ſuggerenti q: ſciret bonum et malum: ſicut deus: et ſic conceditur q: non eſt ſeductus homo q̃ tiſſimus pariter et prudentiſſimus / qui Salomonem et philoſophos omnes eminus antcibat nullo pacto ille falſo adheſit. De muliere dicitur q: ipſa ianiter cupiebat hoc quod ſerpens perſuadere innixus eſt: ⁊ ſic habuit peccatum in voluntate volens ſcire bonum / et malũ ſicut deus: et ſic protinus falſo aſſenſit vel ſimul tempore. vnde Auguſtinus vndecimo ſuper Geneſim mulier verbis ſerpentis non crederet niſi iam ineſſet mẽti eius amor proprie poteſtatis: et quedaz de ſe ſuperbe preſumptio. ¶ Non requiritur q: ipſa prius aſſentiebat ſuggeſtioni ſerpentis. ſed ſufficiebat ad peccandũ ſimplex notitia terminorum. hoc eſt rerum ſignificatarum per extrema: ſicut ſuperius dictuz eſt de primo angelo. Etiam poterat habere tale iudicium verum in intellectu Bonum eſt omnia ſcire: et hoc eſt verũ ⁊ deo cõuenit: ſed non habuit iſtum aſſenſum bonũ eſt mihi omnia iſta ſcire: ſicut ſcit deus ante peccatum: et tunc non erat inconueniens addere forte: et dicere q: prohibitũ erat tangere lignũ. ¶ Scdo põt dici q: erat pceptũ illis non tangere arborem vt melius ſeruarẽt preceptũ locus a / non legitur non valet: et forte non eſt aduerbium dubitandi: ſed ablatiuus nomis ſubſtantiui a fors ſicut Horatius capit primo libro ſermonuz. Qui fit mecenas vt nemo quam ſibi ſortẽ ſeu ratio dederit ſeu fors obiecerit: illa contentus viuat. Et vergili⁹. Forte ſua libicis tempeſtas appulit oris. Ponderat ſi ſophiſticatione callida non vſus eſt ſerpens primo proponẽs queſtionem mulieri inquiens. Cur precepit vobis deus vt non comederetis de omni ligno paradiſi? propoſuit queſtionem vt caperet intentionẽ mulieris ne forte pateretur repulſam non orſus eſt a ſuaſione ante iacta fundamenta: et propoſuit talem queſtionem ac ſi deus preter rationem prohibuiſſet excellentibus creaturis de aliqua ſpecie arborum non comedere. Sed quicquid ſit hoc eſt intẽtio beati Auguſtini q: primi parentes ante peccatum non errarũt. Immo ipſos errare inconueniens grande reputat: nec video ſuas probationes efficaces. Et ad hoc moueor caſu. Luce ſcdo, quem infra tangam. an beata virgo errabat.

¶ Diſtinctio. xxiij.
Capitulo ſecundo.

[E]T quidem ſecundum animã rationalis fuit homo: habēs diſcretionem boni et mali. Scientiã quoq̧ rerū creatarum: et cognitionem veritatis: que p̄me perfectioni cōgruebat. mox conditus non incongrue accepiſſe putatur: et ad illa non ſtudio vel diſciplina aliqua per interualla temporis ꝓfeciſſe: ſed ab exordio ſue conditionis diuinitus illam percepiſſe.

¶ Diſtinctionis. xxiij. Queſtio p̄ma.

[C]Irca hanc vigeſimā tertiam diſtinctionem in qua magiſter loqtur de noticia Ade quã habuit erga deum et creaturas Queritur an Adam in ſtatu innocentie habuit noticiam intuitiuam de deo. ¶ R̄ndetur ꝙ nō. Probatur per illud Joannis p̄mo. Deum nemo vidit vnq̄. vnigenitus filius qui eſt in ſinu patris ip̄e enarrauit. Super quo paſſu dicit gloſa marginalis: id eſt nullus purus homo viuēs in hoc corpore vidit deum: vt eſt. Probatur etiam Exodi. xxxiij. Non videbit me homo ⁊ viuet. ¶ Secunda concluſio. Perfectiorem notitiam habuit de deo Adam q̄ homīes in ſtatu nature lapſe. Probatio nunc corpus quod corrumpitur aggrauat animam ꝙ non poteſt ita lucide apprehēdere aliquod obiectum. ſcd̄m illud Eccleſiaſtes ſeptimo. Solum hoc inueni ꝙ fecerit deus hominem rectum: et ipſe ſe infinitis miſcuerit queſtionibus. hoc magiſter etiam probat in littera. ¶ Contra iſtas concluſiones arguit̃ ſic. Non videtur eſſe negandum ab homine in ſtatu innocentie quod eſt conceſſum aliquibus in ſtatu nature lapſe. Sed Paulo ꝯceſſa ē clara noticia dei. vt Auguſtinus dicit in queſtionibus ad Oroſium. hoc Moyſi cōceſſum eſt / qui palam et non per enigmata / et figuras deum vidit. Numeroꝝ duodecimo. ⁊ Exodi trigeſimo tertio. Loquebatur autē dominus ad Moyſem facie ad faciem: ſicut loqui ſolet homo ad amicum ſuum. Preterea Adam poterat rationabiliter deſiderare videre eſſentiam diuinam: ſed non eſt conſonum rationi dicere ꝙ ipſe erat pro illo ſtatu fruſtratus. ¶ Alterius Adam habuit noticiam clariorem de deo q̄ nos habemus per ſecundam concluſionem: ſed nos habemus notitiam abſtractiuam de deo: ſed ſola intuitiua eſt clarior abſtractiua. ergo ipſe in illo ſtatu habuit notitiam intuitiuam de deo. ¶ Ad primum negatur maior tranſitorie Paulo et Moyſi conceſſe ſunt notitie intuitiue de deo. De Paulo iam dictum ē. De Moyſe hoc tenet Auguſtinus libro de videndo deum ad Paulinam. et hoc erat rationabile: quia vnus erat legifer: et eruditurus ſynagogam dei in deſerto: alter erat doctor gentium: et cum deceat ſpeciales doctores ſingulari noticia illuſtrari: ille notitie eis cōmunicate ſunt. An in illo tranſitu erant beati: nec ne: difficultas ē verbalis: ſed propter loquentes vulgariter dicitur ꝙ nō. vt alibi dictum eſt. Q̄ nemo deum videat in corpore mortali. hoc eſt per legem communem vel permanenter et de puro homine eſt ſermo. chriſtus enim pro ſtatu ſue peregrinationis ſcd̄m corpus habuit corpꝰ mortale: et tamen eius anima permanenter vidit eſſentiã diuinam a primo inſtanti quo erat in rerum natura. ¶ Ad aliud concedo ꝙ Adam in ſtatu innocentie deſiderabat videre eſſentiam diuinam: ſed non pro ſtatu īnocentie: quia hoc erat iniuſtum et conditus eſt erectꝰ vt ſuperius dictum eſt. ¶ Ad tertium dicitur ꝙ nos habemus notitiam abſtractiuam de deo: ſed bene obſcuram. Adã habuit clariorē In notitia abſtractiua multi ſunt gradus. Item quid obſtat ꝙ notitiā abſtractiuam de deo habuit per ſpeciem infuſam?

¶ Diſtinctionis. xxiij. Queſtio ſcd̄a.

[S]Ecundo queritur circa hanc diſtinctionem. an deus poterat feciſſe hominem impeccabilem. R̄ndetur per concluſiones. ¶ Prima eſt. Aliquis eſt homo impeccabilis per naturã. Probatio. Deus eſt impeccabilis per naturam: ſed deus eſt homo. ergo aliquis homo eſt impeccabilis per naturã. ꝯña eſt euidens ſaltem gratia materie. et ſi ſingulariſetur medium erit ꝯña formalis: q2 ſillogiſmꝰ expoſitorius. ¶ Scd̄a ꝓpoſitio Aliq̄s eſt factus homo impeccabilis per naturam. ptʒ deus factus eſt homo ſcd̄m illud ſymboli. Et homo factus. Non dixi aliquis homo eſt res facta: q2 iſte homo fuit ab eterno. ¶ Tertia propoſitio. Deꝰ pōt facere hoīẽ impeccabilē per grãm. Probatio: q2 hoc nihil aliud ē dictu q̄ alicui homini ꝯferre grãm ꝙ nō peccet. modo hoc beate virgini cōmunicatum eſt: ergo cōicare pōt. ¶ Quarta cōcluſio. Deus nō pōt facere hominē eiuſdem ſpẽi nobiſcum impeccabilē per naturã. Probat̃ illo creato nō īplicat ꝙ ipſe peccet: q2 deus pōt dare aliquod īpreceptū huic q̄d ip̄e tranſgredi pōt. ¶ Potētie rōnales valēt ad oppoſita. nono methaphyſice. et ſcd̄o peri hermenias. ⁊ ſi peccet peccabilis ē. ¶ Quinta ꝯcluſio. Nō eſt inopinabile ꝙ deus facere poteſt aliquam creaturã cognitiuã / ⁊ volitiuã īpeccabilē ꝑ naturam q̄ nō erit libera: ſed ꝯformabit volūtatē ſuã voluntati diuīe. ⁊ illã inſeq̄tur ſicut ſolſequiū inſequit̃ ſolem / ⁊ ſicut appetitꝰ ſenſitiuꝰ ſequit̃ app̄henſionē ſenſus. Item nō eſt reſtringēda potentia dei: niſi efficaciā oſtendat̃ oppoſitū: Et mgr̄ capite primo huiꝰ diſtinctionis dicit ꝙ creatura q̄ oīno peccare nollet: eſt melior ea q̄ peccare vellet: vbi talem creaturã ſupponit poſſibilem. ¶ Cōtra quartã ꝯcluſionē arguit̃ ſic. Ip̄a repugnat p̄mo. ḡ ip̄a ē male poſita: vel ſaltē altera. ꝯña liq̄t Probat̃ añs. p̄ma concluſio dicit. ꝙ deꝰ hō eſt īpeccabilis: ſʒ deus aſſūpſit hūanitatē eiuſdē ſpẽi nobiſcū. ḡ aliq̄s hō eiuſdē ſpẽi nobiſcū eſt īpeccabilis. ¶ Alterꝰ factꝰ demēs: vt temulētꝰ tp̄e temulētie ē īpeccabilis: et tales ſūt eiuſdē ſpẽi nobiſcū: q2 nō labunt̃ de ſpē eēntiali ī ſpēʒ eēntialē. ¶ Ad p̄mū dr̄ ꝙ creatē: nō ē eiuſdē ſpẽi ſpālīſſime cū creaturata: ꝯcedo ꝙ aſſūpſit hūanitatē eiuſdē ſpẽi nobiſcū: vñ ē eiuſdē ſpẽi nobiſcū. ſm hūanitatē: ſʒ iſte hō ē deꝰ alterꝰ ſpẽi a nobꝰ. ¶ Ad aliō dr̄ ꝓ tp̄e temulētie: vadētie ñ peccāt. cū nihil rōis hñant ſed nō repugnat eis peccare: q2 p̄ñt eē rōnis ꝑticipes.

¶ Arguitur contra quintam concluſionem. Deus poteſt dare tali creature preceptum quod transgredi poteſt. et per ꝯſequens peccare. añs patz: precipiat ei deus velle a/ iam per te hec creatura naturaliter vult a/ quia naturaliter conformat voluntatem ſuam voluntati diuine. ergo de neceſſitate vult a/ ſaltem conditionaliter ſi actum habeat. Ponatur ꝙ deus ꝓhibeat ei velle a/ Jam vel habebit velle: et ſic contrauenit voluntati dei: ſi habeat nolle. ergo eſt potentia rationalis: ⁊ libera: quia potentia naturalis ſemper nata eſt proſequi idem. primo de generatione. Idem in q̄tu ʒ idē ſemper natum eſt facere idē. Item Hieronymus de filio ꝓdigo. Solus deus eſt in quem peccatum cadere nō poteſt. ¶ Ad primum negatur añs. ꝙ poteſt preceptionem dei tranſgredi. Et ad probationem concedo ꝙ de neceſſitate vult a/ q̄diu eſt preceptum ⁊ conceditur ꝙ ipſa eſt potentia rationalis. et eſt vtens ratione: ⁊ deo prohibente iam habet nolle. Et ad neruuʒ argumenti agens naturale ſemper habet ſimilem actionem. vtrobiq; vt Ariſtoteles declarat ſecūdo peri hermenias de igne et de potentia irrationali. et idem explicat quinto Ethycorum de iure naturali et poſitiuo. ¶ Reſpōdetur hoc vtrobiq; non habet verum: vt patet de concurſu gratie/ qui eſt agens naturale que: interdum inclinabat ad velle circuncidere paruulum. nunc autem inclinat ad nolle paruulū circuncidere. Pari forma fides infuſa inclinabat antiquitus ad aſſenſum huius chriſtus morietur. nunc inclinat ad oppoſituʒ. Super hoc locupletius loquuti ſumus in ſeptimadecima diſtinctione primi. Sed hoc verū eſt ꝙ pondus ſolutionis ī hoc erat ꝙ agens naturale quod ſecum requirit cauſā liberam ſcđam ad ſuam actionem: nunc concurrit ad vnum: nunc ad aliud: et ad oppoſitum: modo iſtud agens non eſt liberum libertate ꝯtradictionis: ſed iā cō miſcemur. ſic ꝙ dictū Ariſtotelis verum habet niſi q̄n eſt agens vtens ratione ſicut iſtud. ¶ Sed contra iſtō arguitur. quemlibet actum elicitum a creatura deus mere contingenter acceptat. ergo poteſt actum iſtius et acceptare et non acceptare. Jmmo deacceptare: q2 ſi prohiberet dilectionem dei illa eſſet mala. ¶ Rñdet licet reputem concluſionem hanc minus rationabileʒ tamen vix demonſtratur oppoſitum. Cōcedo ergo ꝙ contingenter acceptat ad vitam eternam. poteſt ei dare beatitudinem et non dare: ſed negatur ꝙ poteſt deacceptare: id eſt facere ꝙ ille actus ſit mal9. Ad illud beati Hieronymi dicitur ꝙ ipſe loquit de facto. ¶ Secundo arguitur. Deus poteſt non oſtendere ei voluntatem ſuam: ſed illaʒ et occultare quo facto talis creatura tranſgredietur p̄ceptuʒ dei. et imputabitur ei ad culpam. ¶ Rñdetur cōcedendo ꝙ deus nō de neceſſitate oſtendit illi creature ſuam volūtatē: ſed tūc nihil imputabitur illi ad culpam: et eſto ꝙ nō mereatur ſufficit ꝙ peccare neq̄at. Si petas an erit ſubſtātia ſpūalis: an ꝯpoſita ex corpore et ſpiritu? Dicitur vtrunq; eſt deo poſſibile.

¶ Diſtinctionis. xxiiij. Capitulo. vi.

Eſt enim ſenſualitas quedaʒ vis anime inferior: ex qua eſt motus qui intenditur in corporis ſenſ9 atq; appetitus rerū ad corp9 ꝑtinentiuʒ. Ratio vero vis anime eſt ſuperior: que (vt ita dicamus) duas habʒ partes vel differentias ſuperiorē ⁊ inferiorē.

¶ Diſtinctionis. xxiiij. Queſtio vnica.

In hac vigeſimaquarta diſtinctione capite ſexto magiſter loquitur de portiōe ſuperiori et inferiori. Queritur an ille due portiones realiter diſtingā tur? ¶ Rñdetur negatiue. Probatur concluſio. negatiua portio anime nō eſt aliq̄d accidens aīe: ſed ipſam et anima: quod ptʒ quia circumſcripto omni accidente adhuc anima erit portio. ergo realiter eſt ipſa anima. Et ex illo ſequitur ꝙ portio ſuperior eſt portio inferior: q2 vtraq; portio eſt ipſa aīa: ſed iſta duo complexa portio ſuperior ⁊ portio inferior diſtinguuntur rōne. Alia eñ eſt ratio q̄re vocetur portio ſuperior/ et alia quare vocatur inferior. Hoc ꝯplexuʒ portio ſuperior aīam ſignificat. ⁊ ꝓ ea ſupponit cōnotando ꝙ aīa tendat in deum ꝑ actum eius: ſcʒ diligendo vel videndo. et hoc proprie captis terminis extenditur terminus portiones ſupioris ad actus circa creaturas in deuʒ relatos. vt. xij. de Trinitate capitulo ſcđo et tertio. Portio īferior pro aīa ſupponit connotando ꝙ tpalia conſideret: quo fit ꝙ idem actus eſt act9 portionis ſupioris extendēdo terminuʒ et portionis inferioris. ¶ Scđo ſequitur cognitio dei et dilectio ei9 eſt actus portiōis ſupioris proprie capte. ¶ Tertio ſequit dilectio qua ego diligo deū et beatam virginem eſt act9 portionis ſupioris ⁊ inferioris. ſuperioris pro quanto tendit in deum: ⁊ inferioris pro quāto tendit ī creaturam. ¶ Quarto ſeq̄tur. Aliquis vſus ordinate eſt actus portiōis inferioris: aliq̄s act9 fruitionis ordinate eſt actus portiōis ſupioris (intelligo ſolius) aliquis vſus eſt act9 vtriuſq; portiōis. Due prime partes patent ꝑ vſum q̄ non eſt fruitio: hoc eſt ꝑ fruitionem ſimplicē/ et vſum ſimplicē/ et de fruitione ſimplici. Poſtrema ps ptʒ de actu q̄ ſimul eſt vſ9 ⁊ fruitio. ¶ Sed ꝯtra iſtud arguit ſm Auguſtinū. xij. de trinitate capło tertio. inferior portio compatur mulieri: ſupior viro: et dicit inter eos eſſe ſpūale coniugiū. ḡ ſicut in ꝯiugio carnali vir et mulier ſunt res realiter diſtincte: ſic in ꝯiugio ſpūali ſunt iſte due portiones diſtīcte. ¶ Preterea capitulo q̄rto eiuſdem libri dicit non attenditur imago dei in aīa niſi ſcđm portionem ſuperiorem: ſed eſſe de ratione imaginis et non eſſe de ratione imaginis non competit eidem rei. Et. xij. de trinitate capitulo tertio. ſuperior portio vacat cōtemplationi incommutabilis veritatis. inferior portio inferiori bus tractādis ⁊ gubernādis. ¶ Ad iſta rñdetur. ꝙ hic ſicut non dicit omnimodā ſimilitudinē ſed aliqualem: ſunt duo quoad officia. vel loquitur de actib9. Superiori enim portioni conuenit eſſe imaginē dei potiſſimum ſcđm actus eius. et iſtud ptʒ. ex eodem duodecimo de trinitate capitulo quarto dicente. cum de natura mentis humane diſſerimus. nec eam in hec duo que commemoraui. id eſt in ſuperiorem portionem: et inferiorem niſi per officia geminamus.

Dubitatur quomodo ſe habeāt exterior homo/ et homo interior. Reſpondet quicquid in nobis cōmune eſt cū pecore exterior homo eſt: is qui intus eſt imago dei: ſicut dicit gloſa ſcđe Corinthioꝝ quarto. ⁊ duodecimo

de trinitate capitulo primo dicit Auguſtinus. quicquid habemus in anima commune cum pecore recte dicitur ad exteriorem hominem pertinere. Homo exterior interdum capitur pro illo quod in exterioribꝰ apparet ⁊ interior pro his que conſcientiam concernunt vt honeſtatem ſuademus in interiori et exteriori homine vt nõ ſolum coram deo quis bonus fiat: ſed propter ꝓximi edificationem talis appareat: vt luceant eius opera corã hominibus vt glorificent patrem qui in celis eſt. Vetꝰ homo eſt homo peccator: ⁊ nouus homo iuſtus ⁊ ꝑpter ea Adam vetus homo peccauit: xpus nouus homo iuſtus et iuſtitia eſt. ⁊ ſic precipimur exuere veterẽ hominem: ⁊ inducre nouum.

## ¶ Diſtinctio. xxv.

Iam vero ad propoſitū redeamus: ſcilicet ad liberi arbitrij tractatum: quod Philoſophi diffinientes dixerunt liberũ de voluntate iudicium: quia poteſtas ipſa et habilitas voluntatis et ratiõis (quam ſupra diximus eſſe liberum arbitrium) libera eſt ad vtrũlibꝫ: ⁊ libere poteſt moueri ad hoc vel ad illud liberum ergo dicitur arbitriũ q̃tum ad voluntatem: quia volũtarie moueri et ſpontaneo appetitu ferri poteſt ad ea que bona vel mala iudicat vel iudicare valet.

## ¶ Diſtinctionis. xxv. Queſtio vnica.

Circa vigeſimamquintã diſtinctionem in qua magiſter loquitur de libero arbitrio queritur. an bruta habeant liberum arbitrium Supponatur ꝙ liberū arbitrium nihil aliud eſt q̃ ipſa voluntas: ſed hoc complexum cõnotat ꝙ ipſa eſt libera ⁊ poteſt ſua ſponte ſe flectere in hanc partem vel in illam: et ſe habere admodum arbitri inter partes: Nõ putandum eſt ꝙ ſit aliquis habitꝰ vel actus anime ſuperadditus: quia quolibet tali ſeclu ſo adhuc anima eſt libera. hoc prelibato. Reſpondetur negatiue ad queſtionem. Probatio. Bruta ducuntur a ſenſualitate nec poſſũt illi reniti. ergo ſua ſponte non agunt. antecedens eſt Damaſceni vigeſimoſeptimo ſecundi libri ſic dicentis. Unde ⁊ rationis expertia non ſunt liberi arbitrij poteſtate donata: nam ducunt̃ magis a natura q̃ ducant: quapropter non cõtradicunt re ſiſtuntve naturali appetitui ſed ſimul atqꝫ quippiã appetierunt impetu feruntur ad proſequutionem. Verũ homo rationalis cum ſit ducit magis naturam q̃ ducatur: quapropter appetens vbi quippiã velit poteſtatẽ habet refrenare appetitum aut ipſum ſequi. ¶ Sed contra iſtud arguitur in quibuſdam brutis eſt prouidẽtia de futuris. vt Prouerbiorum ſexto. de formica que parat in eſtate cibuꝫ ⁊ congregat in meſſe quod comedat. Videmꝰ enim ꝙ poſt pluuiã in ameno die ex antro grana ducit que ponit ex oppoſito ſolis. vt deſiccent̃. Preterea quedam animalia ſunt diſciplinabilia primo metaphyſice modo iſtud conuenit libero arbitrio. ¶ Secundo arguitur ad idem canis fame laborans libere ꝓſequitur cibum: quod patet quia propter minas virge cibum non adit (vt experimur) ⁊ idẽ patet de cane lanij qui integro boue relicto ad exta currit: et iſta nõ poſſũt fieri ſine libero arbitrio. Reſpondetur ꝙ prouidentia que eſt per liberã electionẽ non cõuenit brutis: ſed eſt quidam inſtinctus nature ꝯueniens iſtis brutis vt eis prouideatur: ſicut pulices inſtante pluuia acriter mordent nec in eis eſt diſciplina proprie dicta: ſed aliquid ſimile diſcipline. ¶ Ad ſecundum dicitur ꝙ canis libere nõ relinquit cibum: ſed hoc facit a naturali neceſſitate Ponitur enim inter duo vel adire cibũ ⁊ tunc erit in periculo vite modo cuilibet rei innatũ eſt cõſeruare ſe in cẽ meliori modo quo poteſt alioquin nulla bruta conſeruarentur in eſſe: canis non modo non pertranſit rupeꝫ ſed circuit iter paludoſũ vt non ſolũ conſeruetur in eſſe ſed molliter ⁊ delicate conſeruetur in illo. Et ꝑpterea canis lanij abſtinet ab eſu integri bouis. Secus eſt cuꝫ integrum equum vel bouem in campo mortuũ reperit. Nec ceſſat ante ventrem refertum dato ꝙ ſequat̃ mors ¶ Tertio arguit̃ aere vniformi auis nunc aſcendit nũc deſcendit ⁊ non videtur alia cauſa niſi liberꝫ arbitrium Inſuper corui venientes a cãpis ꝓpe noſtrã domũ de Bononia adeuntes nemus vicẽnarũ non volãt per lineam breuiſſimã: et tamen hoc conuenit agenti naturali: ⁊ canis nunc ex iſta parte itineris nũc ex illa occurrit ⁊ nulla poteſt aſſignari cauſa niſi liberũ arbitriũ. Ad has rationes in primo reſponſũ eſt. ¶ Ultimo arguit̃ in ſõno more pecudũ hoĩes ſe hñt: et tamen tunc vtuntur ratione quod patet: quia multaꝝ difficultatũ recte ſolutiones tunc eis apparẽt. ⁊ Salomon tunc meruit ſciam a dño. vt patꝫ ex. iij. Regũ. ⁊ ſi quis vellet baptizari antẽ ſomnũ in ſõno baptizatus ſuſcipit gratiã. ergo tũc meretur. ¶ Reſpondetur concedendo ꝙ dormiens ſe habet more pecudis nec tunc meretur nec demeretur: potiſſimuꝫ in hoĩbus cõibus: quod dico ꝑpter xp̃m. q̃ dormiuit (vt euãgeliſta dicit) in quo tunc vigebat ratio: vñ ſcriptum eſt: ego dormio et cor meũ vigilat quia ſecundum Bernardũ de libero arbitrio parum poſt principium inſanis infantibus et dormientibus nihil q̃d faciũt bonũ vel malũ imputatur. ¶ Sed ad primũ concedo crebro difficultatũ ſolutiones: occurrunt viro dormienti vt pluries expertus ſum et id rationis eſt cũ hõ ſollicitus de die hinc inde ad materie enodationẽ laborauit ⁊ quaſi fundamenta ſufficientia iecit: tũc quieſcentibꝰ ſenſibus exterioribus vera ſolutio occurrit vel q̃d agẽdum eſt in operabilibus: ita ꝙ homo in craſtino dicit ecce rectã ſolutionẽ vel taliter oꝑandum eſt. ¶ Ad alias rationes alibi reſponſum eſt.

## ¶ Diſtinctio. xxvi.

Hec eſt gratia operans ⁊ cooperans. Operans enim gratia ꝑparat hominis volũtatem vt velit bonum. Gratia cooperãs adiuuat ne fruſtra velit. Unde Auguſti. in libro de gratia et libero arbitrio. Coope=

rando deus in nobis perfecit quod operã do incepit: quia ipſe vt velimus operatur incipiens: qui volentibus cooperatur perficiens. vt ergo velimus operatur. Cũ autem volumus et ſic volumus vt perficiamus/nobis cooperatur: et tamen ſine illo vel operante vt velimus: vel cooperante cum volumus bona pietatis opera nihil valemus ꝛc.

### ¶ Diſtinctionis. xxvi. Queſtio pͥma.

Circa iſtam diſtinctionem vigeſimamſextam in qua magiſter loquit̃ de gratia operante et cooperante. ¶ Queritur vtrum quilibet actus bonus elicitus ab habente gratiam gratie ꝛ glorie crementum mereat̃. Circa titulũ queſtionis ꝑtrie ſunt poſitiones. Nã quidaꝫ doctor in ſuo primo tenet ꝙ ſi homo non vtat̃ gratia ſecundũ totam inclinationem eius non meretur augmẽtum gratie. Secus quando elicit actũ ſecundũ totã inclinationeꝫ gratie: hoc eſt cum data eſt gr̃a remiſſior: et remiſſe hõ actũ elicit non augetur eius gratia. Ratio quia homo non vtitur dono dei ſupernaturali ſecundũ totũ eius ãbitũ. Et ex ꝯſequenti tenet ꝙ homo non meretur augmentum glorie per tales actus. Et hoc ſequitur quidam alius de augmento gratie: reſtringit tamẽ dictum de augmento glorie. Neutrũ iſtoꝝ dictoꝝ eſt rationabile. quod arguitur ſic. Deus non obligat hominem agere extreme. ergo volũtariũ eſt dicere. ꝙ deꝰ obligat hominẽ ad hoc ꝙ mereatur augmentum gratie ꝛ glorie ꝙ teneatur elicere actũ ſecundũ totam inclinationem gratie. ¶ Secundo arguitur contra priorẽ poſitionem quelibet pars actus meritoꝛij ẽ meritoꝛia: Capiatur meritoꝛiũ intenſum vt octo ꝓductũ a gratia intenſa vt octo: Tunc ſic. Iſta totalis gratia cõcurrit ſua ꝑte natura ad totũ actũ meritoꝛiũ ꝛ ad quãlibet ꝑtem eius. aliqua ꝑs eius eſt minoꝛ gratia vt octo. igit̃. Quõ concurrat ad quãlibet partem eius. arguitur ſic. Quelibet pars actus meritoꝛij eſt eiuſdẽ rationis cum toto: gratia eſt agens naturale. ergo qua ratione agit in totum actum eadem etiam aget in quãlibet ꝑtem eius. Sed hic dices forte aget in totum actum et non in partem eius: ſicut hec totalis viſio repñtat hoc viſibile: et nulla pars eius repñtat. Idem dubium aſſeris et egre rationi ſatiſfacis. ¶ Tertio arguitur. Ex poſitione ſequitur hec concluſio. ꝙ volẽs ieiunare quadrageſimaꝫ non meretur per quadraginta volitiones diſtinctas qͣbus vult ieiunare propter deum etiam habendo gr̃aꝫ: hoc conſequens eſt abſonũ. ergo et antecedens. Conſequentia tamen patet ponendo ꝙ quis ꝑmo die quadrageſime habens gratiaꝫ vt decem primo die eliciat actũ vt vnũ quo vult ieiunare propter deũ. Secundo die eliciat actum vt vnũ vel vt dimidiũ: vel quartã ꝑtem gradus. Iam per te talis non merebitur per aliquem iſtorum actuum: cũ nullus eoꝝ eliciatur ſecundũ totã inclinationem gratie quã habet: ſed hoc conſequens eſt falſum. Et iſte adimplet preceptũ de ieiunio homo non tenetur elicere actum alicuius intentionis ad hoc ꝙ preceptum impleat: ſcilicet ꝙ actũ exterioꝛẽ faciat oĩbus bonis circunſtantijs amictum quacũq; intentione graduali data. Forte dicis ꝙ meretur ĩ decimo actu virtute precedentiũ vt de cauatione petre cõtingit: primo lapidem prima gutta non cauat neq; ſecunda. ꝛ ſic deinceps ad vnã certã guttã vſq; ſit gratia exempli decima Ita dicit opinans. Sed cõtra hoc arguitur. ¶ Vltimꝰ actus non fit ſecundũ totam inclinationẽ gratie ꝛ priores actus preterierunt. ergo ad meritum nihil faciunt ſed hoc parum te mouet. ¶ Vlterius arguitur ſaltẽ habebitur ꝙ ſi talis decederet in penultimo die vel antepenultimo vel in quocũq; tempore quo actũ hꝫ remiſſioꝛem ipſa gratia: ꝙ non plus premiabitur ꝙ̃ ſi nihil feciſſet. ¶ Sed dices culpam euitat: ſed gratiam ꝛ gloriam non ꝓmeretur. certe illud eſt abſurdum ꝛ viã dei gratis arctare. Preterea reſpondentis analogia reſponſionẽ inficit: quod probatur ſic. Prima gutta in cauatione lapidis tollit aliquid ſalteꝫ aliquid aufert qꝺ patet. Si prima gutta nihil tollit neq; ſecũda neq; tertia. Infero ergo neq; decima que non eſt maioꝛis vigoris ꝙ̃ prima prout ſupponitur. Si dicas prima gutta diſponit ad ablationẽ partis: ſimiliter ſecunda: ſed nihil aufert. queritur que eſt illa diſpoſitio? vel eſt mollificatio lapidis ꝛ hoc nõ lapis mãet ſemper equaliter durus. Propterea pro illo dicto cõmuni dicatur quelibꝫ gutta equaliter tollit de lapide ceteris paribus: hoc ẽ ſuppoſita equali intercapedine a prima ſcaturigĩe gutte ad locum cadentem equali velocitate et grauitate. Sed ante determinate partis ablationẽ nõ dicitur cauatio. ¶ Vltimo ex hac poſitione arguitur hec concluſio ꝙ adultus baptizatus adimplens preceptum de dilectione dei non plus ꝑmiabitur ꝙ̃ vnus adultus baptizatus. Hec concluſio non ẽ admittenda ergo neq; poſitio. Et intelligo concluſionẽ de duobus baptizatis eodem tꝑe: puta tꝑe legis gratie ceteris oĩbus paribꝰ puta ꝙ nec fiant ꝑces plus ꝓ vno ꝙ̃ pro alio. hoc dico ꝓpter aliquos exiſtimantes preces circunſtantiuꝫ poſſe gratiaꝫ baptizati meritoꝛie augeri quod in qͣrto reprobauimus: ſed tales meandros omnes ſecludamus. Probatur tamen cõcluſio. ſint Soꝛtes et Plato adulti baptizati: moꝛiatur Soꝛtes protinus poſt baptiſmũ decedat cum gratia baptiſmali vt octo. Plato diligit deum vt vnũ ter vel quater. Iam Plato per te non merebitur plus gratie vel gloꝛie ꝙ̃ Soꝛtes. ergo cõcluſio vera. Propterea dicitur concluſiue ꝙ quelibet actus qͣtũcũq; paruus elicitus a gratia eſt meritoꝛius et noue gratie: et noue gloꝛie.

### ¶ Diſtinctionis. xxvi. Queſtio. ij.

Circa iſtam eandẽ diſtinctioneꝫ vbi magiſter loquitur de gratia operante et cooperante. ¶ Querit̃ vtruꝫ actus meritoꝛius ꝛ non meritoꝛius ſunt eiuſdẽ ſpeciei in genere nature. Hic tenet ſanctus doctoꝛ ꝙ non et propterea dicit in ſeptimadecĩa diſtinctione ꝙ attritio et contritio ſpecie diſtinguuntur. licet ſint circa idẽ obiectũ adequatum: et hoc Dionyſius ciſtercienſis inſequitur: hereſiꝫ addens ꝙ actus reprobozum non ſunt meritoꝛij: quod Guido Carmelita cogebatur retrahere. vt ex articulis pariſienſibus patet: et eodemmodo dicere debebat. ꝙ Magdalena ꝛ nullus predeſtinatus demeruit: qꝺ iterꝫ eſt ſecunda hereſis: ſed quia hoc alibi improbaui iſtius

tum principale ratione proſequamur. ¶ Cõtra iſtã poſitionem arguitur ſic probando ꝙ actus meritorius et non meritorius ſunt eiuſdem ſpeciei in genere nature: de genere moris non contenditur: quia clara eſt reſponſio in illo. Ponatur ꝙ Sortes diligat deũ in peccato mortali ſic ſcilicet ꝙ illa dilectio erit actus bonus moraliter: penitudine ducatur Sortes: ⁊ cõtinuet eundez actum ſcilicet illã dilectionez tunc ille idem actus qui prius erat nõ meritorius efficitur meritorius: ⁊ de ſpecie eſſentiali in ſpeciem eſſentialem non labitur actus. ¶ Secundo arguitur ad idem ſi actus meritori⁹ ⁊ nõ meritorius non eſſent eiuſdẽ ſpeciei: hoc propterea foret quia cauſe effectiue illoꝝ actuũ ſpecie diſtinguntur ſed hoc nõ ſufficit enim: quia illo dato actus vero precedẽs habitum: ⁊ act⁹ ſequens habitum non eſſent eiuſdem ſpeciei. ¶ Et vltra ſequit̃ habit⁹ product⁹ ab aliquo actu non inclinat in ſimiles actus in ſpecie ſpecialiſſima cũ actu a quo emerſit. Et vlterius ſequit̃ ſi ſecũdus actus ſequens habitum diſtĩguitur ſpecie ab actu precedente habitum: ꝙ habitus ꝓductus a ſecundo actu ſpecie differret ab habitu ꝓducto a p̃mo actu. Patet per fundamẽtum: quando cauſe effectiue in actib⁹ vel habitibus intellectus vel voluntatis diſtinguntur tunc effectus diſtinguntur. Et demũ ſequitur ꝙ ſemper priores actus et habitus ſpecie diſtinguntur a precedẽtibus. Iſte concluſiones ſunt abſone in morali philoſophia ⁊ contra doctrinam Ariſtotelis ſecundo ethicoꝝ. ¶ Sed hic dicis ꝙ actus precedens habitum ⁊ ſequẽs ipſum dũmodo naturaliter acquiritur ſunt eiuſdem ſpeciei: quia licet voluntas non poteſt ita intenſum actuz habere ſine habitu ſicut cũ habitu: tamen ꝑtem illius actus poteſt tenere ſine habitu. Secus eſt autẽ de actu illicito: ac ſubſtracta gratia voluntas nec poteſt totuz actum nec partem eius continuare. Vere iſtud eſt volũtarium: ita facile poteſt dicere ꝙ voluntas poteſt actũ ꝓductum a gratia ſecundum totũ vel ſecundũ partem continuare in abſentia gratie: non autem poteſt continuare actum in toto vel in parte ab habitu naturali ꝓductum. Nullum videtur diſcrimen. ¶ Tertio arguit̃ diligat aliquis crebro Platonẽ charitatiue propter deum a pleriſq; talibus ꝑnatur habitus charitatis: Modo habitus inclinãt ad ſimiles actus actibus: a quib⁹ emanauerunt. ¶ Quarto arguitur ad idem. ex iſta poſitione ſequitur ꝙ actus charitatis eſt intrinſece bon⁹ ſed nullus talis eſt dandus prout nunc ſupponitur. Et ꝙ ſequatur patet ſic. non ſtat illum actum eſſe quin eliciatur a gratia: ⁊ ſi ſic eſt bonus ⁊ eſſentialiter talis cũ non ſtat ipz eẽ quin ſit talis. ¶ Quinto ex iſta poſitione ſequitur ꝙ aliquis actus a nobis libere elicitus habet vltimũ inſtans ſui eſſe completũ hoc cõſequens nõ admittitur quod patet octauo phyſicoꝝ. Probo tñ conſequentiaz: diligat Sortes Platonẽ actu intenſo. vt octo charitatiue. iterea tp̃is peccet mortaliter ꝑ remotionẽ de p̃ñti: ⁊ ſic hoc inſtans remotio de p̃ñti: tunc gratia vt octo eſt in hoc inſtanti ꝗ in nullo inſtanti poſt hoc erit ſecũdũ ſe vel aliquid eius: ſemꝑ loquor de actu ꝓducto a gratia ⁊ de actu ab ea non producto q̃ſi actũ elicitum a gratia Platonis deus non acceptaret nõ eſſet meritorius: et eſſet eiuſdem ſpeciei cum actu meritorio ſortis: ſed hoc non eſt contra principale: propterea Sexto ex hac poſitione ſequitur ꝙ aliquis poteſt mereri premiũ infinitũ ſecundũ legem: hoc conſequens eſt falſum Nullũ enim tale alicui viatori vnq̃ dabit̃: oſtẽditur tamen conſequentia: eliciat aliquis actũ in inſtãti diligẽdi deũ (ſic doctor cui⁹ eſt hec poſitio admittit) tunc ſi hõ eliciat actũ de neceſſitate cõtinuat per tempus alioquin non videtur quomodo aliquis poteſt euitare infinitatẽ meriti vel demeriti: Sed hac via euadere nequis quod probo. ſicut ille actus in inſtanti elicitionis liber eſt: ita ẽ in quolibet inſtanti continuationis cuius probatio eſt quia i facultate ſua eſt peccare mortaliter quocunq; inſtanti dato inchoabit illũ actum: et ꝗ primũ peccabit mortaliter actus deſinet eſſe: qꝛ erat meritorius. ergo ſponte iſte actus continuatur. ¶ Septimo ſic arguitur. idem actus credẽdi eſt elicitus a fide infuſa ⁊ non a fide infuſa in intellectu. ergo volũtas poteſt habere eundem actum numero vel in ſpecie cuz charitate et ſine charitate. conſequentia tenet. Tũ primo non minor eſt voluntas in ſuo actu in hoc poſſe ꝗ intellectus in ſuo. Tum ſecundo principium ſuſtinendi poſitionem in vtroq; habet equale robur. Probat̃ antecedens ſi quis aſſenſiſſet huic xp̃us moritur per breuem moꝛulã ãte mortez: ⁊ ſic continuando vnũ aſſenſũ poſt mortem xp̃i: iam fides infuſa poſt mortem nõ inclinabit quia non eſt actus fidei ſed erroneus: ante mortẽ tamen bene inclinabat. ¶ Octauo arguitur idẽ ẽ act⁹ fidei informis ⁊ fidei formate. ergo idem actus eſt meritorius et non meritorius. Propterea teneo ꝙ actus meritorius et non meritorius ſunt eiuſdem ſpeciei.

¶ Dubitat̃ an gratia et charitas ſũt vna res. Similiter an ſit in eſſentia anime vel in eius potẽtia. adẽt idem an cooperetur ad actum meritoriuz. Reſpondetur licet aliqui ſolẽnes doctores inter illas ponant diſcrimen reale ⁊ ꝙ gratia eſt origo ipſius charitatis ⁊ aliarum virtutum ſicut alie potentie originantur ab eſſentia anime. In hoc nullã apparentiã video: ſi eſſent abſoluta realiter diſtincta creata ⁊ neutrũ pars alterius deus alteꝝ poteſt ſeruare reliquo corrupto: ⁊ ſic aliquis erit deo gratus per gratiam infuſam ⁊ nõ charus vel contra: quod non eſt dicendum. Item non ẽ ponenda pluralitas ſine neceſſitate. Item quintodecimo de trinitate capitulo octauodecĩo charitas diuidit inter filios regni ⁊ perditionis et omnia que dicuntur de charitate infuſa gratie cõueniunt ⁊ e conuerſo: ergo inane eſt inter eas ponere diſcrimẽ. Nõ reſpondeo ad rationes iſtorum doctoꝝ: quia apud ſcholaſticos viros non ponderarentur. ¶ Ad ſecundum dicitur cum eadem res ſit eſſentia ⁊ potentia anime gratia eſt in eſſentia ⁊ in ipſa potentia. ¶ Ad tertium dicitur affirmatiue quod patet dicit Auguſtinus hyponoſticon reſponſione tertia. Recte arbitror liberum arbitriũ comparari iumẽto: ⁊ gratiam ſeſſori: ſed ſeſſor eſt motor: ergo liberi arbitriũ gratia eſt motrix.

¶ Diſtinctio. xxvij.

Hic videndum eſt quid ſit virtus: et quid ſit actus: vel opus eius. Virtus ẽ (vt ait Auguſtinus) bona qualitas mentis: qua recte viuitur: qua nullus male vtitur: quam deus ſolus in homĩe operatur: ideoq; opus dei tãtum eſt. ſicut de virtute iuſtitie: idẽ Auguſtinus docet ſuper illum locum Pſalmi

ALEXANDER … FERDINANDVS

Feci iudicium et iuſtitiam ⁊c.

¶ Diſtinctionis .xxvij. Queſtio vnica.

Circa hanc diſtinctionem vigeſimamſeptimam queritur an liberum arbitrium cū gratia poteſt mereri aliquid de condigno. Hic altercatio eſt inter doctores potius verbalis in multis ꝙ realis. Aliquibus negātibus ꝙ aliquid poſſimus mereri de condigno. Alijs oppoſitum aſſerentibus: ſed ſententiam tenentes modum loquendi vulgarem non aſpernemur. Et imprimis dicitur cum ꝓ actibus noſtris non meremur vitam eternam: ſic ſcilicet ꝙ ſi deus eā non daret iniuſte ageret: quia deus nulli obligatur nec poteſt iniuſte agere. et per cōſequens nō eſt actus iuſtitie ꝯmutatiue ꝓprie inter actū meritoriū ⁊ premiū vite eterne: nec eſt valor equiualens rei ad rē: nec eſt actus iuſtitie diſtributiue: quia ī illa habetur reſpectus ad perſonas eas compādo ad earū merita: reddendo premia in ꝓportione geometrica: quod hic non ſeruatur: ⁊ cum non eſt valor idem ſecundū proportionem arithmeticam non eſt ꝓprie iuſtitia commutatiua ſed magis ꝓprie eſt actus liberalitatis. Nec eſt iuſtitia diſtributiua: et cū vtraqȝ iſtarū ſpecierū quandam conuenientiam habet: ⁊ potius cum ꝯmutatiua extēdendo terminū iuſtitie poteſt vocari iuſtitia pro illo qḋ fit cum conuentione ex liberalitate dantis et facto exhibito ab operante: ita ꝙ decet liberalem dñm dare ꝓmiſſam ſubdito facienti qḋ ī ſe eſt. ¶ Iſto notato ponūtur ꝯcluſiones. ¶ Prima. Liberū arbitriū cū gratia meretur premium de condigno patet concluſio: qui meritis eſt dignus eſt: quia eſt in gratia ⁊ facit actū bonū ⁊ hoc eſt eſſe meritū de condigno non ſecludo auxilium ſpeciale. Cōſequētia tenet quia ſic loquentes termio vtunt. ¶ Et cōfirmatur iſtud ſi aliquid obſtat ꝙ aliqs non poteſt hac via mereri de condigno hoc eſſet q: modus loquendi non eſſet conformis ſcripture: ſed hoc eſt falſum Eccleſiaſtici vigeſimoſecundo: merces mea mecum eſt reddere vnicuiqȝ ſecundū opera ſua. Et Luce decimo. Dign⁹ eſt mercennari⁹ mercede ſua. ⁊ de ſe Apoſtolus loquens ſcdē ad thimo quarto. Bonū certamen certaui: curſum conſummaui: fidē ſeruaui: ideo repoſita eſt mihi corona iuſtitie quā reddet mihi dñs in illa die iuſtus iudex: Juſtus iudex ergo ſecundum iuſtitiā ⁊ hoc eſt premiari condigne. ¶ Secunda concluſio eſt. Aliquis ē act⁹ meritorius de cōgruo ⁊ eſt actus bon⁹ factus in peccato mortali: cōgruit dare gratiam ⁊ gloriam pro illo actu ſi peccatū mortale non impediret: et hoc eſt mereri de congruo. ¶ Contra primā concluſionem arguitur ſic. Roma. viij. Non ſunt cōdigne paſſiones huius tp̄is ad futuram gloriā que reuelabitur nobis. Similiter Luce ſexto. Cum feceritis queciīqȝ p̄cepta ſunt vobis dicite ſerui inutiles ſumus: quod facere debuimus fecimus. Et ergo patet per gentilē Philoſophum octauo Ethicoꝝ. diis parētibus ⁊ magiſtris nemo poteſt regratiari ad condignū. ¶ Et cōfirmatur Eſay. ſexageſimoquarto. Quaſi pannus menſtruate vniuerſe iuſtitie noſtre. Reſpondetur ꝙ he auctoritates intelliguntur de noſtris actibus conſideratis in ſe ⁊ ſic non meremur de condigno vt dictum eſt. ¶ Aliā concluſionem impſitiarum non impugnabo ſed ī ea eſt aliqua difficultas apud ꝯmuniter loquentes: deteſtās ſua peccata preterita ante infuſionem gratie hȝ actum meritoriū de congruo poſt gratiam infuſā: actus ē meritorius de condigno: ſed in quarto diximus ꝙ deteſtatio rite circūſtantionata momentanea eſt cōtritio ⁊ ſic eſt gratia et per conſequens actus meritorius de condigno in illo inſtanti: cum gratia eſt preſens ad illum concurrit niſi ad hoc eas quod in primo inſtanti gratia infuſa non cogit ad actum meritorium: ſed tunc erit difficultas. Si actus deteſtandi pure partibiliter eliciat per vltimū inſtans non eſſe: Jam non dabitur inſtans ī quo voluntas hac deteſtatione informatur quin in illo erit meritum de condigno: quia in aliquo inſtanti priori quocunqȝ dato prius erat gratia cum per vltimū inſtans non eſſe habuit originem. ¶ Sed ſuper hoc in ſeptimadecima diſtinctione in quodā argumēto (quod ſenticoſum vocaui) aliqūe imaginationes recitate ſūt: quare vt omnia quadrent aliter vocaui meritū de congruo ꝙ cōmuniter loquentes: ſed non nego quin actus meritorius de congruo erit actus meritorius de condigno quod ſic patet. diligat ſortes deum puta volendo ipm̄ eſſe deum vel aliquid aliud bonum predicatum ei competere: et ſit cū hoc in peccato mortali. Nō debes dubitare poſſibilitatem caſus: quo admiſſo continuando illum bonum actum meritorium de congruo deteſtetur ſuum peccatū: iam idē actus erit meritorius de cōdigno. Eodemmodo ex actu meritorio de condigno poteſt fieri actus meritorius de congruo: patet continuādo bonum actū qui fuit elicitus in gratia: poſtea ī peccato mortali. Etiam in aliqua acceptione congrui act⁹ meritorius de condigno eſt meritorius de congruo. nihil aliud eſt congruum in vna acceptione vulgari ꝙ cōueniens et ſic omne condignum eſt congruum. tamē capiendo congruum vt excludat gratiam ⁊ condignū vt gratiam includat ⁊ ab ea prodeat: nihil in eodem tempore adequato eſt actus meritorius de congruo ⁊ de cōdigno.

¶ Diſtinctio .xxviij.

Id vero incōcuſſe ⁊ incūctanter teneamus: Liberum arbitriū ſine gratia preueniente et adiuuante non ſufficere ad ſalutē et iuſtitiam obtinendā: nec meritis precedentibus gratiam dei aduocari: ſicut Pelagiana hereſis tradidit. Nam vt ait Auguſtinus in primo libro retractationum: Noui heretici pelagiani liberum ſic aſſerunt voluntatis arbitrium vt gratie dei non relinquat locum: quam ſecundū merita noſtra dari aſſerunt ⁊c.

¶ Diſtinctionis .xxviij. Queſtio prima.

Circa hanc diſtinctionem
vigeſimamoctauã: vbi magiſter
loquitur ad quid valet liberum
arbitriũ: ⁊ de errore pelagiano
rũ. ¶ Queritur an liberũ arbitriũ
poteſt actum moraliter bonũ eli
cere ſine ſpeciali dei auxilio? Cir
ca pñtem queſtionẽ gemine inue
niuntur poſitiones. Quarum vna
tenet ꝙ voluntas hominis non poteſt elicere actũ mo
raliter bonũ ſine dei ſpeciali ope: nec poteſt dictare in
tellectus hoc recte eſſe agendum vel nõ agendũ: cũ omi
bus circumſtantijs debitis in eſſe actui: ⁊ do ꝙ itellect⁹
recte dictet de omnibus circumſtantijs volũtas nõ po
teſt ſe cõformare illi dictamini. Ex prima parte ſequitur
tertia pars. Propterea prima parte probata: vltima
per ꝯñs colligitur. Prima ergo particula probatur au
ctoritate Auguſtini i de prede. ſãctorum ait. ꝙ quicquid
⁊ anteꝗ̃ i xp̃m crederet ⁊ cũ credidiſſet bene operatus
eſt Cornelius totum deo dandũ eſt: ne forte quis extol
latur. conſtat aũt ꝙ Cornelius ãteꝗ̃ in xp̃m crederet ni
hil operatus eſt bene meritorie ad ſenſum illũ: ſed tan
tum bene moraliter. Itẽ primo libro ad Simplicianũ
in ſolutione queſtionis ſecunde circa principiũ dicit. ꝙ
nihil boni fit a cathecuminis ſine adiutorio gratie dei.
⁊ tamẽ opa illorum non ſunt meritoria eterne vite. Unde
⁊ ibidẽ dicit ꝙ tanta eſt gratia dei in illis quanta nõ ſuf
ficit ad obtinendũ regnũ celorum. Ex his patet ꝙ act⁹ bo
ni pãſe moraliter deo attribuuntur auctori. Qui autẽ
mali non eodẽmodo ipſi attribuuntur. patet per eundẽ
ſecundo libro de baptiſmo paruulorum ad Marcellinum
vbi ait. Malã voluntatem vtiꝗ̃ non habemus ex deo.
Itẽ infra. extolli in ſuperbiam ꝓprie volũtas eſt homi
num non operis dei: neꝗ̃ enim ad hoc eos cõpellit aut
adiuuat deus. Et ibi etiam vult. ꝙ omnis bona vo
luntas in nobis ſit a deo: aliter non poteſt ſecundũ ipſũ
ſaluari illud verbũ Apoſtoli. Quid enĩ habes quod nõ
accepiſti: quod intelligendũ eſt etiam de voluntate bo
na moraliter tñ: ſicut iam ex dictis aliqualiter ⁊ ĩfra ple
nius apparebit. Item de verbo Apoſtoli ſer. ix. Cõfite
re ĩquit a deo te habere quicquid habes boni: a te quic
quid mali. ¶ Ex his ꝯcluſionẽ probo Primo ſic homo
non poteſt abſꝗ̃ ſpeciali dei auxilio facere aliquẽ actũ
moralẽ non culpabilẽ. igitur homo nõ poteſt abſꝗ̃ ſpe
ciali dei auxilio facere aliquẽ actum moraliter bonũ.
Cõſequentia probatur quia alias aliquis act⁹ culpa
bilis eſſet bonus moraliter contra primam ſuppoſitio
nem. Antecedens probo auctoritate ⁊ rõne. Auctorita
te enim Auguſtini in de correct. ⁊ gratia capitulo. xlvij.
liberũ arbitriũ ad malũ ſufficit: ad bonũ autem parum
eſt niſi adiuuetur ab oĩpotente bono. Item in epiſtola
ad Hylariũ ſyracuſanũ circa pricipium. Valet itaꝗ̃ li
berum arbitrium ad bona opera ſi diuinit⁹ adiuuetur:
deſertum vero diuino adiutorio qualiber ſcientia legis
excellat nullomodo habebit iuſtitie ſoliditatem: ſed in
flationem impie ſuperbie: ⁊ exitioſũ timorem. Itẽ de
verbis Apoſtoli ſer. xij. prorſus ſi adiutoriũ dei deſue
rit nihil boni agere poteris: agis quidẽ illo nõ adiuuã
te libera voluntate ſed male: ad hoc idonea eſt volũtas
tua que vocatur libera: et male agendo fit dãnabilis an
cilla: cum dico tibi ſine adiutorio dei nihil agis boni di
co: nam ad male agendum habes ſine adiutorio dei li
beram voluntatem. Item in libello de predeſtinatione
diuina: liberũ vero quod a deo habemus arbitriũ ꝓno
ad nequitiam lapſu fluit: ⁊ cũ ad ꝟtutis indolẽ dei au
xilio deſerente nihil poſſit ad genus omne peccati ido
nea fultum virtute ſubſiſtit tũc In omnibus predictis
patet accipi auxilium non pro influẽtia gñali ſed ꝓ au
xilio ſpeciali: quoniam ſine influentia generali liberũ
arbitrium nullũ malum agere poteſt: ⁊ tamẽ predicte
auctoritates dicũt ipm ſine auxilio dei ſufficere ad ma
le agendum. Item Sapientie octauo non poſſum eſſe
continens niſi deus det Nõ eſt ſermo de auxilio dei ge
nerali quia ſic nõ poterat eſſe incõtinens niſi per auxi
lium generale. Joannis quītodecimo. Sine me nihil
poteſtis facere. Et ad Romanos nono. Non eſt volen
tis neꝗ̃ currẽtis ſed miſerentis. Et prime ad Corinth.
quarto. Quid enim habes quod non accepiſti? Et bea
tus Gregorius vigeſimoſecundo moraliũ ſup illõ Job
trigeſimo primo. Si oſculatus ſum manum meam ore
meo: ait ſic. Sãcti viri ſciunt ſe non ꝟtute propria: ſed
p̃ueniente ſuperna gratia ad meliora vota vel opera cõ
mutatos: et quicquid ſibi mali ineſſe cognoſcũt de mor
tali propagine ſentiunt meritum: quicquid vero boni
in ſe inſpiciunt immortalis gratie cognoſcunt donũ: ⁊
qui de accepto munere debitores fiunt qui et p̃ueniẽ
do dedit eis bonum velle quod voluerunt ⁊ ſubſequen
do conceſſit bonũ poſſe quod volunt. Uides dicit q̃ q̃d
m ali ſibi ineſſe conſpiciunt ſancti cognoſcũt venire de
mortali propagine: quicquid vero boni cognoſcunt eſſe
donum immortalis gratie. Innumere auctoritates ad
hoc adduci poſſũt ꝙ homo nõ poteſt abſꝗ̃ auxilio ſpe
ciali ſufficienter cognoſcere quid nolendum vel volen
dum: agendũ vel non agendũ in his que pertinẽt ad vi
tam moralẽ: vel ipſe pro dãnatione prime culpe non in
currit ignorãtiã agendorũ vel a tali pena ipſe abſꝗ̃ dei
gratia ſe ſufficit liberare. Patet conſequentia. ſꝫ vtra
ꝗ̃ pars conſequentis falſa eſt ⁊ contra doctrinam ſan
ctorum de prima parte per Auguſtinũ. 3. de libe. arbi. ca.
trigeſimonono. ⁊ Encheridij. xxviij. ⁊ eodẽ libro. lxxxix.
patet falſitas ꝑtis ſecunde: de vtraꝗ̃ etiam ſimul parte
Primo retrac. cap. nono. vbi ait ꝙ ad miſeriã iuſte dã
nationis pertinet ignorantia ⁊ difficultas quas patitur
homo omnis ab exordio natiuitatis ſue: nec ab iſto ma
lo quiſꝗ̃ niſi gratia dei liberatur. Confirmatur q: ipſe
libro ſexto contra Julianũ. capitulo. xxvi. p̃miſſo ꝙ quĩ
bet a natiuitate ⁊ ignorantiam ⁊ concupiſcentiã trahit
Subdit ignorantia minuitur veritate magis magiſꝗ̃ lu
cente. Concupiſcentia minuitur charitate magis ma
giſꝗ̃ feruente: nihil boni horum duorum eſt a nobis: non enĩ
ſpiritũ huius mundi accepimus: ſed ſpiritũ qui ex deo
eſt: vt ſciamus que a deo donata ſunt nobis. ⁊ ſunt ꝟba
Apoſtoli pri. ad Corinth. ij. Si aũt minuitio ignorantie
non eſt a nobis ſed a deo cõſequens eſt per locũ a maio
ri ꝙ conſumptio non ſit a nobis vel expulſio. Item idẽ
libro ſecundo de baptiſmo paruulorum ad Marcel. No
lunt inquit homines facere quod iuſtũ eſt ſiue ꝙ latet
an iuſtum ſit: ſiue quia non delectat. Et ſubdit. ignoran
tia igitur. Et infirmitas vitia ſunt que impediunt vo
lũtatem ne moueatur ad faciendum opus bonum: vel
ab opere malo abſtinẽdũ vt et innoteſcat quod latebat:
ſuaue fiat quod non delectabat: gratia dei eſt que homi
num adiuuat voluntatẽ. Ex his ſequuntur aliqua. Pri
mo homo facilius poteſt eligere actum malũ ꝗ̃ bonũ
actum malũ cũ auxilio dei generali elicere poteſt. ⁊ cũ
illo eodẽ auxilio nullum actum moraliter bonũ p̃ducere
re poteſt: ſicut declarat Ambroſius libro nono ſup Lu
cã de fletu Petri bis negauit et nõ fleuit poſt tertiã ne
gationem reſpexit cũ dñs ⁊ fleuit Nõ eſt ſermo de cor
poralibus oculis quibus eum dominus reſpexerat.

¶ Secundo ſequitur nemo meretur primam gratiam de congruo vl' de condigno: primus actus datur gratis ſaltem voluntas preuenitur a deo gratis ſicut et ipſa gratia. ¶ Tertio ſequitur nemo poteſt habere rectum dictamen de aliquo agendo ſine peculiari numine ſpiritusſancti. ¶ Quarto ſequitur licet voluntas non ſit libera ad conformādum ſe dictamini recto (libertatē voco ſine ſpeciali dei ope) Ipſa tamen eſt libera ad cōformandum ſe dictamini erroneo. ¶ Ultimo ſequit̄ quare xp̄ianus credit et nō Mahometan⁹ vel quare iſte xp̄ianus bene viuit et nō ille: Eſt cauſa. iſte eſt ſpecialiter vocatus a deo vel ab eo adiutus: non autem ille: vel ſi ambo vocentur vnus ſalutari monitioni acquieſcit / alter vero non. ¶ Sed contra dicta arguitur. Ex iſto ſeq̄tur q̄ deus eſſet acceptor perſonarum: conſequens eſt falſum ergo et antecedens. Falſitas tñ cōſequentis patet Jacobi. ij. Si perſonas acceperitis peccatum operamini Et hoc patet Actuum decimo. ¶ Secundo argui t̄ ad idem. Ex dictis ſequitur. q̄ aliquis eſſet deuinctus aliqua facere ſuis humeris impia: et ſic eſſet obligatus ad impoſſibile: ſed hoc eſt falſum. igitur et antecedēs: falſitas conſequētis patet per Hieronymū in explanatione fidei ad Damaſum papam Anathema ſit dicere deum obligare ad impoſſibile. Pleno ore omēs p̄dicant ad impoſſibile nemo obligatur. Conſequentia tamen patet: Sortes obligatur diligere deum et facere actum bonum quem tamen facere non poteſt. igitur. ¶ Ad p̄mum negatur cōſequentia. Ille eſt acceptor perſonarum qui vnam perſonā alteri perſone iniuſte prefert capiēdo iniuſte contrarie. Ex iſto patet. q̄ hoc modo de⁹ non eſt acceptor perſonarum nec talis eſſe poteſt Patet tū primo. nulli eſt deuinctus et ex illo ſequitur ſecundum non poteſt properā agere. Secundo ſequitur q̄ Ep̄us dans beneficium idoneo. relicto equaliter idoneo non accipit perſonam: quia licet hoc faciat iniuſte contradictorie non tamen cōtrarie. Ex dictis patet q̄ hoc modo capiendo terminum ſemper in vitiū ſonat: et ſic in morali philoſophia et theologia vulgariter accipitur. Alio modo quis poteſt dici acceptor perſonarum qui hūc et nō illum capit ſic deus capit perſonas. Auctoritates dicētes deum non eſſe acceptorem perſonarum termino vtūt in priori ſignificātis. Uel ſicut p̄z ex ſerie littere Beatus Lucas vult dicere q̄ non ſolū acceptat iudeos: ſꝫ et grecos et barbaros. Si queras quare iuſtum et nō illū acceptat? ¶ Reſpondeat̄ cuius vult miſeretur et quē vult indurat. ¶ Ad ſecundum nego conſequentiam licet nobis ſit impoſſibile facere actum moraliter bonū ſine dei ope ſpeciali: non tamen eſt ſimpliciter impoſſibile: hoc patet cum interdum ꝑtialiter facimus actum moraliter bonū: hoc poſſum⁹ quod per alios poſſum⁹ ſicut vulgo dici ſolet. Hoc poſſumus quod per amicos poſſumus. Et q̄ hoc argumentū non debeat te ſic mouere aperiatur ſic. Hō ſecundum aduerſarios tenetur ad actum bonū: et tamē nemo poteſt actū bonū habere ſine influentia dei generali (vt palā eſt) et non propterea aſſeris hominem obligatū ad impoſſibile: ſic dicitur in propoſito: nec diſcrimē eſt vllū niſi quia tu ponis auxiliū generale poſſe ſufficere pro actu moraliter bono: hic autem modus dicit auxiliū ſpeciale requiri. Et iſtō patet per Auguſtinum de perfec. iu. ſexto capite inquiens. Cum videmus claudū qui ſanari poteſt recte vitꝫ dicimus: debet eſſe homo iſte ſine claudicatione. Et ſi debet poteſt: nec tamen cum vult cōtinuo poteſt: ſed cum fuerit adhibita curatione ſanatus: et medicina adiuuerit voluntatem: hoc fit in interiore homīe quod ad peccatum attinet tanq̄ eius claudicationem per eius gratiam qui venit non vocare iuſtos ſed peccatores: q̄r non eſt opus ſanis medicus ſed male habētib⁹. ¶ Tertio arguitur pono aliquem obligatum diligere deum q̄ ſpecialiter auxiliebatur a deo in elicitiōe actuum ꝓductiuorum illius habit⁹: hoc premiſſo ſic argui t̄. Iſte habitus ſine auxilio ſpeciali inclinat ī act⁹ moraliter bonos: quia pono q̄ deus nunc ſolum generaliter auxilietur. ſcđo Ethicorum habitus inclinat in act⁹ ſimiles actibus a quibus emerſit. ¶ Quarto ſic arguitur. idem eſt auxilium ſpeciale dei et generale. ergo ſi ad peccatum ſufficit generalis influentia dei et. ſpecialis ſufficiet. ¶ Ad tertium admitto caſū: ſed dicitur q̄ ille habit⁹ inclinat in ſimiles actus q̄rum eſt de ſe ſed illos producere non poteſt ſine cauſa ſecum concurrente: habit⁹ ſine concurſu potentie non poteſt ꝓducere actum. ſic nō poteſt ſine auxilio ſpeciali dei ꝓducere actum moraliter bonum. ¶ Ad quartum reſpōdetur per propoſitiones. Prima eſt. Licet gratia et virtutes a deo infuſe dicantur ſpecialia auxilia dei: tamen non loquimur de auxilio creato ſed de increato. ¶ Secunda propoſitio auxiliū generale dei eſt auxiliū ſpeciale eiuſdem. Probatio auxilium dei ſiue generale ſiue ſpeciale / non diſtinguitur a deo. et ex illo demonſtrando deum ex poſitore concludere potes auxilium generale eſſe auxilium ſpeciale: tamen illa complexa auxilium generale et auxilium ſpeciale habent alias quid nominis. Auxilium generale dei ſupponit pro deo connotando cōmunem concurſum eius hoc eſt ad omne ens ꝓducibile ſiue fuerit actus bonus. malus. vel īdifferens. auxiliū ſpeciale connotat ſpecialem motū dei quoad bonum alicit. ¶ Ponit̄ alia propoſitio. Auxiliū ſpeciale dei ad peccatum concurrit. Probatur. hoc auxiliū generale dei ad peccatum concurrit. hoc auxilium generale dei eſt iſtud auxilium ſpeciale. igitur. Et pro veritate minoris ſupponatur q̄ deus ſuffragetur iſti vel alteri ad productionem actus boni. Alia propoſitio. Falſū eſt dicere q̄ deus iuuat ad peccatum potiſſimum quoad actū interiorem cum auxilio ſpeciali. ¶ Prior iſtarum propoſitionum nihil aliud denotat niſi q̄ illa res que eſt auxilium ſpeciale ad peccatum concurrit. ¶ Secūda denotat q̄ deus ſpeciali ope peccatū producit vel q̄ producat peccatum ſpeciali ope: quia iterum potes intricaturam facere ſic ſillogiſando: hac ope generali de⁹ peccatum producit: hoc auxilium generale eſt auxiliū ſpeciale. ergo hoc auxilio ſpeciali deus peccatū producit Cōſequentia eſt ſillogiſmus expoſitori⁹: ſinonimitas formam ſillogiſticam non impedit. ergo illa concluſio eſt vera. Patꝫ cum deducitur ex duabus veris: ſed ponendo illos terminos connotatiuos a parte predicati propoſitio erit falſa nec vllomodo inferibilis ex propoſitionibus veris. ¶ Sed contra iſtud arguitur. Ex iſto ſequitur q̄ homo multo facilius producit actum moraliter bonum q̄ actum malum contra vnum correlariū illatum ex hac poſitione. cōſequentia tamen oſtendit̄ Auxilio generali deus ad omnem actum concurrit: et cum auxilio ſpeciali etiam concurrit ad actum moraliter bonum. ergo duo auxilia equiualenter dat in ꝓductione actus boni. ergo facilius eſt actum bonum elicere q̄ malū. quemadmodū ſi duobus gradibus auxilij iuuarem te ad ferendū tuum lapidem / facilius ferres q̄ dando vnum gradum auxilij. Duobus modis huic argumento poteſt homo imaginari reſponſionē. Uno modo ſic: negando q̄ duobus iuuaminibus iuuet ad productionem actus boni: dicitur ad quemlibet actū con

[T]ermini connotatiui a parte predicati: ſcilicet cauſans et peccatum: ⁊ licet terminus peccatum connotat ꝙ aliquid fit qualiter non debet fieri: connotatio termini cauſare tali cōnotationi competere poteſt: deus non ſolū talem actum facit ſed etiaꝫ taliter fieri. ergo iſta eſt vera deus cauſat peccatuꝫ. Reſpondetur: ⁊ ſi ita eſſet de virtute ſermonis logicalis ꝑ illam regulam appellationū ſancti eam negantes capient eaꝫ loco iſtius deus cauſat taliter debꝫ non cauſare: vel loco illius deus peccat/ a q̄ fugiēdū eſt ſicut a ſerpēte more calcātis aſpidē inopinate. ¶ Sed contra iſta arguitur peccatum ſortes facit. ergo ſortes peccat. hec conſequentia eſt bona ⁊ nō niſi quia ſortes partialiter illum actuꝫ producit ⁊ deus etiā partialiter producit: immo principalius ꝙ ſortes. ergo hec conſequentia eſt bona: peccatū deus facit ergo deus peccat. Reſponſio. prior conſequentia eſt bona. ſecūda vero eſt nulla: et id rationis eſt q2 deus nulli obligat̄ ⁊ eſt ſua regula inobligabilis. Sed eſt de ſorte cuius regula obligatoria eſt deus. Analogiam accipito de duobus eandem operationē facientibus quorū alter peccabit reliquus vero non. ¶ Prohibeat abbas ſorti capere a librum de libraria in virtute ſancte obedientie ſic ꝙ habeat vī obligandi Platonē dimittat liberū ꝙ librū capere poteſt impugne vel eum relinquere: tollant Sortes ⁊ Plato a librū a libraria ſtāte caſu vetito lucidū eſt ex hypotheſi ſortem deliquiſſe: ⁊ Platonē non tranſgreſſum eſſe ꝓhibitionē. Et ratio eſt: quia non erat obligatus a ſuperiori: modo deus nulli eſt deuinctus nec ſuperiorē habet. ¶ Secundo arguitur. Si deus coageret voluntati ad ꝓductionem actus eius voluntas non erit libera reſpectu ſui actus: nec regina in regno anime: cuius oppoſitū dicit Anceſmus. conſequentia patꝫ: quia non habet ꝑfecte effectum in ſua poteſtate: immo requiritur cauſa coagens ad productionem illius actus que non eſt in poteſtate voluntatis create. Et ꝯfirmatur hec ratio quia deus eſt determinatus ad alterū contradictoriuꝫ ab eterno ⁊ volūtatem diuinā: nec ideo ſequitur determinatio voluntatis create reſpectu eiuſdē. Alioquin ſimul ſtaret deum velle hoc et hoc non fore cuius oppoſitum dicit Pſalmiſta/ omnia quecunq; voluit fecit. Reſpōdetur negando ſequelā. Et cauſa eſt quia voluntas nō eſt ſic libera ꝙ ſuum actum habeat in ſua voluntate: omnibus aliis circūſcriptis: quia requiritur cognitio ad hoc ꝙ ꝓducat ſuum actū que ſecum coagit: ſufficit ad libertatem voluntatis create ꝙ omnibus ad productionem effectus requiſitis eodēmodo ſe habentibus habet in poteſtate ſua non producere ſicut producere et deus eſt in poteſtate voluntatis create: hoc modo et cum eo eſt paratus coagere ſic ꝙ voluntas diuina ⁊ creata libere determinant ſeipſas: ⁊ voluntas increata non neceſſitat voluntatem creatā ad agendū. Nec in hoc depēdet ordo eſſentialis inter cauſam primā ⁊ cauſaꝫ ſecundā ſed in iſto ꝙ cauſa ſecunda non poteſt ſuū effectū producere ſine cauſa prima: bene autem econtrario. Ad aliud dicit conſequentia eſt nulla licꝫ ab eterno volūtas diuina ſit determinata ad alterū cōtradictoriū: non neceſſario: ſꝫ contingenter eſt determinata: ⁊ hoc in contingentibus ⁊ poteſt non determinari. ſicut patet in ſimili de predeſtinatione: licet ſortes predeſtinatus ſit ab eterno ꝑdeſtinatus: quia tamen contingenter eū predeſtinatus poteſt nunq̄ fuiſſe ꝑdeſtinatus: et tenendo ꝙ voluntas in inſtanti quo cauſat poteſt nō cauſare: quod eſt rationabilius adhuc non prouenit impedimentū a deo coagente: quia in illo inſtanti deus contingenter cauſat paratus coagere vel non coagere ad nutū voluntatis creatAe: nec in aliquo inſtanti priori agit q̄ creatura coagat. Cauſe ſimul ſunt et non ſunt. ij. Phyſico. ¶ Tertio arguitur ſic. Ex iſta concluſione ſequitur ꝙ deus agit ad contraria ⁊ coagit cum ꝑtibus oppoſitis: et hoc in agētibus naturalibus et liberis. Primū patet: calor agit ad corruptionē frigoris ⁊ frigus reſiſtit q̄tū poteſt appetit ſe permanere in eſſe: et ſic iuuat frigus ad reſiſtendū calori ⁊ ad eū corrūpēdū ⁊ coagit calori ad reſiſtēdū frigori et ad corrumpendū frigus. hoc idē patet de arietibus ſe percutiētibus qui a diuerſis poſitionū oppoſitis currunt. hoc patet in agētibus liberis: ſortes habꝫ velle ⁊ plato nolle in eodem tempore: ⁊ patet de duobus exercitibus: ſcilicet Darij ⁊ Alexandri venientibus a ꝑtibus oppoſitis. Preterea hac via intenſiſſimus calor non poteſt corrumpere remiſſum frigus quod eſt falſuꝫ ⁊ contra experimentum: coloratur conſequentia. deus iuuat illud frigus ad reſiſtendū: modo frigus ⁊ deus plus poſſūt reſiſtere q̄ calor poteſt agere ⁊ corrumpere: mō nunq̄ a proportione inequalitatis minoris fit actio ſm Phm. vij. phyſicorū. Forte dices etiā iuuat calorē ad corrumpendū frigus et aggregatū ex deo et calore. vt octo eſt Maioris actiuitatis q̄ duo et frigus vt duo in reſiſtendo. ¶ Sed contra hoc arguitur ſaltē tunc reſiſtentia erit infinita modo infinitum frigus ſi eſſet in rerum natura non poteſt corrumpi ab infinito calore nec corpus infinite grauitatis poſitū in medio infinite denſo poteſt deſcendere: ⁊ ita in multis aliis exēplis de infinito facile eſt exemplificare. Inſuper ex iſto ſequitur ꝙ deus iuuat ad corrumpendū effectuꝫ quem conſeruat ⁊ ſic acies contra ſeipſum molitur quod non videtur cōcedendum. ¶ Ad iſtas rationes in primo reſpōdimus. Sed forte adhuc inſtas dicens. ꝙ ex iſto ſequitur ꝙ idē actus erit malus moraliter et bonus. quod eſt inconueniens. conſequentia tamē probatur quia erit malus reſpectu voluntatis create ⁊ bonus reſpectu dei actuꝫ illum cauſātis: non eſt hic ſermo de bonitate entitatiua: quia de hoc non difficultamur ſed morali. Reſpōſio. cōſequentia eſt nulla peccatum eſt actus moraliter malus in ſorte peccatū ⁊ demeritū. Iſte denominationes non competunt ſolum actiue producenti actus niſi etiam illi inhereant: modo iſti actus a voluntate creata fiunt que eſt etiam ſuſceptiua iſtorū actuū. ⁊ ſic meritū ⁊ demeritum habent habitudinē ad hoc ſubiectū modo nullus actus inheret vel inherere poteſt deo. Sed ꝯcedo iſtas propoſitiones idem actus bene ⁊ male fit: etiam actus interior bene fit a deo. male autē a creatura: ⁊ ſi ad bonitatem moralē actus ſufficeret bene fieri ab aliqua cauſa nulla eſſet difficultas concedēdo illatum: quod fit deus facit illud quod prohibet fieri a creatura/ ⁊ hoc non eſt maius q̄ deum velle aliquid volūtate beneplaciti quod prohibet fieri voluntate ſigni. Et ſic patet quomodo deus mali culpe eſt actor ſed non inſtigat ad male agēdum ſed influit ad actiones bonas ⁊ preceptiones ſalutiferas dat. Propterea a mſtis actor mali culpe negatur: ſed hoc exponatur ꝙ deus ſit actor mali pene nulla eſt difficultas.

¶ Diſtinctio. xxxviij.

Poſt p̄dicta de voluntate eiuſq; fine diſtinguendū eſt. Sciendum ergo eſt ꝙ ex fine ſuo (vt ait Auguſtinus) voluntas cognoſcitur vtruȝ recta an praua ſit. Finis autem bone voluntatis beatitudo eſt: vita eterna: ipſe deus. Male vero finis eſt aliud ſcilicet mala delectatio vel aliq̄d aliud ī quo non debet voluntas quieſcere.

¶ Diſtinctionis. xxxviij.
Queſtio Unica.

In iſta. xxxviij. diſtinctione magiſter loquitur de voluntate ⁊ eius fine ⁊ circa illam querit̄ hec q̄ſtio. Utrū volūtas p̄t cōtrauenire iudicio rationis. Reſpondetur affirmatiue: probatur reſpōſio affirmatiua quia da oppoſitum ꝙ quis non poteſt contrauenire iudicio rationis in vniuerſali ⁊ in particulari ſequeretur hec concluſio ꝙ incaſſū homo moneret hominem deſiſtere a iudicato quod videtur inconueniens. ¶ Secundo arguitur ad idem qꝛ tunc plus conduceret ad virtutem ſcire q̄ velle contra Ariſtotelem ſecundo Ethicoꝝ: quia cā primaria plus influit in effectum q̄ cauſa ſecūda: ſed hec ratio non eſt magni ponderis. ¶ Tertio arguitur quia tunc voluntas eſſet neceſſitata ad faciendum ſecūdū illud iudiciū ſtante illo iudicio in intellectu: et ſic non meretur ꝯformando ſe illi iudicio neq; demeret̄. ¶ Quarto. xij. de ciuitate dei. ca. vi. dicit Auguſt. duo equaliter affecti anima ⁊ corpore ſimile iudicium habentes poſſūt ſic ſe habere circa vnum obiectum ꝙ vnus inordinate concupiſcat ip̄m: alius autem non. Et Bernard⁹ de libero arbitrio ſtatim poſt principium dicit ꝙ voluntas non ſemper ratione ſed nonnunꝙ̄ abſq; ratione mouetur: ita vt multa faciat per ip̄am contra ip̄am. Et iſtud poteſt confirmari de ſimplici apprehenſione alicuius rei que ſufficit ad hoc ꝙ voluntas obiectum velit. Item eſt articulus parrhiſieñ. dicere ꝙ ſtante iudicio ī itellectu in vniuerſali ⁊ in particulari ꝙ voluntas non poteſt cōtraire eſt error. ¶ Sed contra hanc cōcluſionem arguitur ſic. Intellectus diſſentire non poteſt a concluſione que euidēter ſequitur ad aliquas premiſſas cognitis maiore minore ſimul tempore cognoſcitur cōcluſio Primo poſterioꝝ. ergo voluntas non poteſt cōtrauenire iudicio rationis. Et confirmatur hec ratio per Ancelmū libro de veritate. ca. xij. ꝙ omnis voluntas habet quid ⁊ cur: ſed ſi per intellectum p̄ſētarentur aliqua duo ipſi volūtati que eſſent equalia: non eſſet cauſa quare volun … ȝ eligeret vnū illoꝝ altero relicto: facilit⁹ poteſt ſe d … er minare ad illud quod iudicat eque eligibile alter … ad illud quod iudicat minus eligibile. ergo nūꝙ̄ po … ſt voluntas velle illud cui⁹ contrariū intellectus di … it magis eligendum. ¶ Ad primū conceditur ꝙ inte … ectus diſſentire non poteſt aſſentiendo premiſſis cu … onita te ꝯſīe: immo aſſentire coarctatur ſicut de ipſa voluntate que eſt agens liberum. ¶ Ad aliud dicit̄ concedendo ꝙ voluntas habet quid vult ⁊ cur vult hoc eſt habet motiuū quare ita facit. Interdū iudiciū poteſt experiri libertatē ſuam dicēdo ꝙ facit hoc quia ei placet. Intellectus eſt ſolū ſicut lucerna ante diuinā volūtatem prebens ei lumen ſpirituale ⁊ voluntatē illuminans: qꝛ voluntas non fertur in icognitū: ſed volūtas ex ſua libertate poteſt abijcere lucernam et incedere in tenebris. ¶ Secundo principaliter arguitur: demōſtratis minori bono et maiori bono incompoſſibilibus ſic iudicatis in vniuerſali et in particulari voluntas non poteſt acceptare minus bonum relicto magis bono: quia quīto Ethicoꝝ. Minus bonū in ordine ad maius bonū habet rationem mali: ſed voluntas non poteſt velle malū primo Ethico. Omnia bonū appetunt. ergo voluntas nō poteſt velle minus bonū ſtante illo caſu. Preterea Ariſto. vij. Ethico: dicit. Si quis habuerit maiorem in prima figura ⁊ minoreȝ ad operādū de neceſſitate opat̄ hoc eſt ſi habet iudiciū in vniuerſali et in particulari ꝙ omne dulce eſt guſtandum: lac eſt dulce. ergo lac eſt guſtanduȝ: de neceſſitate operatur dulce guſtādo. ¶ Ad primum iſtorum negatur aſſumptuȝ non obſtante tali iudicio voluntas ex ſua libertate poteſt velle minus ⁊ iudicatum minus. Si iudicaret minus bonum fortune eſſe maius bonū honeſtum non eſt dubiū: quia tunc capiet maius bonū minore relicto. Et ad illō quīti Ethi. Minus bonū in ordine ad maius ⁊c. ſuſcipit quodammodo rationem mali: licet non ſit malū. Inſuper non conſtat quin voluntas poteſt velle malū etiam ſub ratione malicie: vt illic eſt de virtute ſermonis ꝙ realiter malum quod eſt bonū apparens non eſt dubium. Et ad Ariſtote. diceretur. Omnia bonū appetunt bonum cōuertitur cū ente ⁊ eſt trāſcendes. Ad aliud dicitur: eſt ſermo quando voluntas eſt conformis intellectui. Ceterum arguitur ex iſto ſequitur ꝙ habitus prudentie in intellectu generari poteſt abſq; bono habitu in voluntate: ſed hoc eſt inconueniens. igitur. conſequentia liquere videtur ex dictis. Reſpondetur concedendo illatum nec ip̄m eſt vllum inconueniens.

¶ Dubitat̄ vtrum intētio ſit actus voluntatis. Reſpondetur ꝙ ſic: patet per gloſam quam magiſter recitat in litteris ſuper illud Pſalmi. In laqueo iſto quē abſconderūt ⁊c. dicit ꝙ pes animi amor ē: et eo mouetur anima quaſi ad locum quo tendit id eſt ad delectationem bonā vel malā quo ſe perueniſſe per morā limitatur: ſȝ amor eſt actus volūtatis. ergo intentio ē actus voluntatis. Item meritum maxime iudicat̄ penes intentionem. ſed mereri eſt actus volūtatis. ¶ Sȝ contra iſtud arguitur per gloſam. Matthei. vi. Si oculus tuus fuerit ſimplex Dicit ꝙ intētio eſt oculus anime: ſed mens eſt oculus anime. xv. de trinitate. cap. vij. Item. ij. phyſico. Hirundo facit nidū ꝓpter aliquē finē ⁊ aranea telā: ergo aliqua carētia voluntate intendūt. ¶ Ad primum reſpondetur. ꝙ intentio dicitur oculus anime non ꝙ ſit actus cognitionis ſed quia actū cognitionis preſupponit. Intēdere nihil aliud eſt q̄ ꝓponere ⁊ velle. ¶ Ad aliud dicitur ꝙ aliqua res tendit in finem quem ſibi non preſtituit nec cognoſcit vt graue ad centrū: quedam res tendit ad finem quem cognoſcit: ſȝ non preſtituit vt bruta que nō intendunt fineȝ ſub ratione finis / quedam res finem cognoſcit ⁊ illum preſtituit ⁊ de iſta intentione loquimur

## ¶ Diſtinctio .xxxix.

HIc autem oritur queſtio ſatis neceſſaria ex ſupioribus cauſam trahens. Dictum eſt enim ſupra voluntatem ineſſe naturaliter homini / ſicut inſunt intellectus ⁊ memoria. Que autẽ homini naturalia ſunt / quãtumcunq; vitentur : bona tamen eſſe non deſinunt ⁊c.

### ¶ Diſtinctionis .xxxix. Queſtio vnica.

CIrca hanc diſtictionem xxxix. queritur de eſſẽtia ſynderesis ⁊ conſciẽtie ⁊ quomodo cõſcientia obligat: Quero cuiꝰ potentie eſt actꝰ. ¶ Pro ſolutione aduerte licet multi multa dicãt de ſynderesi ⁊ conſcientia tamẽ licet apparet eſſe: dicendum: ſicut ſunt alique propoſitiões in ſpeculabilibus per ſe note quibus intellectus aſſentit cognitis terminis: Sicut ſunt dignitates ab Euclide aſſignate in principio elementorum : Et alique Metaphorice ⁊ plereq; alie: His intellectus habet a natura aſſentire ſicut ignis ſuapte natura calefacit. Contra dignitatem non contingit inſtare primo poſteriorum. ⁊ hoc non eſt per habitꝰ innatos : quia aĩa noſtra eſt tãq̃ tabula raſa ſecundũ Philoſophũ .iij. de anima in prima productiõe: q̃ primũ propoſitio que eſt communis conceptio intellectui offertur intellectus protinus et aſſentit actualiter : et licet generetur habitus : ex iſto actu ſine habitu intellectus aſſẽtire poteſt : ſic in agibilibus per ſe notis directiuis ad bonum vl' malum intellectus ꝓtinus aſſentit : et aſſenſꝰ reſpectu taliũ dicitur ſynderesis: ſiue actualis ſiue habitualis qui ĩ nobis nõ extinguitur reſpectu concluſionũ practicarum: que ſequũtur ex dictaminibus practicis per ſe notis vel euidentibus eſt conſcientia: ita q̃ aſſenſus actualis vel habitualis talium dicitur cõſcientia. Declaratur exẽplo Omne honeſtum eſt amplectendũ aſſenſus huius eſt ſynderesis: hoc eſt honeſtũ demonſtrãdo ieiuniũ vel aliquod tale. ergo hoc eſt ãplectendũ: Reſpectu maioris nõ cadit error: bene tamẽ eſt error reſpectu cõcluſionis ⁊ minoris: Similiter oẽ turpe eſt fugiendum. hoc eſt turpe demonſtrando fornicationẽ. ergo hoc eſt fugiẽdũ. Et ſi aſſenſus fuerit reſpectu concluſionis vere practice vocatur conſcientia recta: ſi circa dictamen falſuz vocatur cõſcientia erronea. Conſcientia recta eſt aſſenſus circa propoſitionẽ practicam recte dictantẽ. Conſcientia erronea eſt aſſenſus propoſitionis practice falſe: conſciẽtia nonnunq̃ extenditur ad omnem aſſenſum dictaminis prudẽtialis: ita q̃ ſynderesis reputatur cõſciẽtia: ſed non omnis conſcientia eſt ſynderesis. aſſenſꝰ dictaminis prudentialis ineuidẽtis ex terminis eſt conſciẽtia et non ſynderesis. Forte dicis ſynderesis nõ eſt extĩguibilis. vt Glo. inuit Eze. ꝓmo. quilibet aſſenſus extĩguitur. ergo non eſt aſſenſus. Propter hanc rationem tenet Gabriel ſynderesim eſſe intellectum: ſed iſta non valet ratio ſua concluderet eodem modo q̃ intellectus non eſſet aſſenſus dignitatũ ſpeculatiuarum diſtinctꝰ ab anima intellectiua: communes animi cõceptiones nõ extinguuntur eodem modo: ſed nemo hactenus hoc tentauit tenere. Quãdo doctores dicunt ſynderesim non extinguitur. hoc eſt quantũcunq; malus ſit homo adhuc ei inheret aſſenſus propoſitionũ per ſe notarũ in agibilibus ſicut in ſpeculabilibꝰ: Nemo eſt qui non aſſẽtiat talibus omne turpe eſt remouendũ. omne honeſtum ꝓſequenduz. ⁊ talis ſynderesis non extiguitur in malis licet in concluſionibus remotis que deducũtur ex illis principijs ſit error in q̃bꝰ plurimũ flagitioſi ⁊ vicijs irretiti aberrant in quibus eſt remorſus cõſcientie eos tãq̃ ſentis inceſſanter pungens. Remorſꝰ conſcientie nihil aliud eſt q̃ iudicare aliquid eſſe faciendũ ⁊ nolle iſtõ facere vel velle facere aliquid conſcientia dictante oppoſitũ: ⁊ eſt pena non modica Homo vult occidere hominem et tamen iudicat illud eſſe malũ. hoc eſt aſſentit illi propoſitioni illud non eſt faciendum: conſcientia inclinat ⁊ inſtigat euz ad bonũ. ſed ipſe ex malicia ⁊ libertate ſua contrauenit cõſcientie ſue: Ecce quid eſt ſynderesis conſcientia recta conſcientia erronea ⁊ quot actꝰ ⁊ habitus ipſius intellectus ⁊ non voluntatis ſi ꝑ poſſibile vel impoſſibile ſequeſtraretur intellectus a volũtate: actus iſti pariter et habitus volũtati nullomodo inhererẽt. Iſto prelibato dr. ¶ Quicũq; contrauenit ſue conſcientie peccat. patet omne quod non ex fide eſt peccatum eſt. Ad Roma. xiiij. glo. ex fide cõtra conſciẽtiam. et .xxviij. q̃ſtio .i. Omnes ex his. Cõfirmatur quia non poſſumus habere ſemper doctorẽ extrinſecuz: deꝰ dat nobis conſcientiam noſtrã regulatricem actuũ noſtrorum: quicũq; credit occidere ſortez ⁊ vult efficaciter tm̃ peccat ꝑ̃ntiẽs ſtatuã quã credit eẽ ſortẽ: ac ſi ſortẽ occideret: q: facit quod in ſe eſt: ſed ille qui difformat ſe conſcientie erronee vel recte credit ſe male agere ⁊ vult tamen agere: ergo peccat. ¶ Secunda propoſitio. aliquis conformans ſe conſcientie ſue peccat. Probatur quicunq; contrauenit precepto dei vel prohibitiõi peccat : aliquis cõformans ſe conſcientie ſue eſt huiuſmõi. igitur talis peccat. conſequentia liquet cũ maiore Minor patet de iudeis qui putabant ſe obſequiuz preſtare deo occidentibus xp̃m. Similiter Mahometiſte exiſtimant ſe bene agere occidendo xp̃ianos. ¶ Contra iſta arguitur. ſequitur q̃ aliquis eſſet perplexus inter duo peccata q̃ eſſz neceſſitatus in alterũ incidere. cõſeq̃ns eſt falſum. ergo ⁊ antecedens. probo conſequentiã habeat ſortes cõſcientiam q̃ debet furari ab iſto diuite ad dandũ huic pauperi : tunc non furãdo peccat ex prima concluſione: furando peccat ex ſecunda concluſione. Inter contradictoria non eſt dare mediũ. pu. per i har menias. neceſſariũ eſt furari vel nõ furari. ḡ talis neceſſitabitur peccare. Rurſus habeat ſortes cõſcientiã erroneam q̃ tenetur facere omne quod melius eſt et opa conſiliũ puta tenetur vendere omnia que habet ⁊ dare pauperibꝰ Arguitur ſic. ſortes in illo caſu non peccat: ⁊ tamen conformat ſe ſue conſcientie erronee. igitur.

¶ Ad primuz nego q̃ eẽt perplexus inter duo peccata [illegible]e culpa preceſſerit ſiue non: ſemper patere poteſt ei [illegible] ia egreſſio a culpa in illo caſu: nec opus eſt cõformare [illegible] ſue conſcientie nec diſſormare ſe ſue cõſcientie: ſed o[illegible] tet q̃ conformet ſe vel non conformet ſe ad diſſorma[illegible] dum ſe conſcientie ſue oportet conſcientiaz mane rei[illegible] do poteſt deponere illam conſcientiam: nec parz

ei alia via peccatum euadendi. ¶ Contra hoc arguit. Jſte habet ita vehementem conſcientiam q furandum eſt ab iſto auaro diuite q non poteſt deponere conſcientiam: ergo vel neceſſitabitur peccare: vel conſciētia erronea contra preceptuz dei eum excuſabit. Jnſuper nemo poteſt actum totum in inſtāti reſecare: de neceſſitate continuat per aliquod tempus: ſignetur iſtud tēpus et gratia exempli ſit vna hora: in idē redit quocunqꝫ nomine vocetur tempus. tunc in qualibet parte illius tēporis non faciens peccat et faciens peccat: ergo neceſſitabitur peccare. Rurſus pone q q̄s contrauenit ſcrupuloſe conſcientie: non oportet talem peccare cuz iudicatur bene factum ſcrupulos reſcindere penitus. Reſpondetur negando q non poteſt deponere conſcientiā niſi fuerit ſuperbus et conſulendo bonos: doctos: vl' rogando deum: quam ſi non deponit caueat emptor peccat ex culpa ſua. Quando ſcđo replicas nō poteſt totū actum in inſtanti reſecare: tranſeat: iſtud reſecet q̄ꝓmū poteſt: continuatio illa naturalis non eſt peccatum ex quo ſequitur. ergo aliquis contraueniens ſue conſcientie nullomodo peccat: Elicio cōſcientiaz: hoc eſt habeo aſſenſum q furandum eſt ab hoc auaro diuite: in inſtāti pñti incipio habere nūc diſplicentiā de peccato meo / ſicut poſſum naturaliter: et nolo furari ab iſto diuite ſtāte aſſenſu qui adhuc non eſt omnino remiſſus: ſed in remittendo tendit ad non gradum: iam ego contrauenio conſcientie plene dictante: et non pecco nouo peccato. ¶ Ad tertium de ſcrupuloſa conſcientia: Reſpondet. homo dicitur habere ſcrupulos: id eſt vtrinqꝫ rationes ſic q neutri pti aſſentit: talis non habet conſcientiam: quia nullum aſſenſum habet. ¶ Ad ſecundū argumentum principale de illo qui habet cōſcientiam q tenetur facere opera conſilij et ſupererogationis: conformans ſe illi conſcientie non peccat. ¶ Diſtiguo: q faciēs conformiter ad ſuam conſcientiam erroneam non peccat: vel quando conſcientia erronea eſt contra precepta et ꝓhibitiones dei et ſic nego: vel quando eſt circa opera cōſilij vel i differētia: et ſic cōcedo. Si cōſciētia tua tibi dictauerit q capite diſcoopto obligaris ſedere per totuz ſacrificium: tunc te conformans iſti conſcientie non peccas: quia in indifferentibus hoc et illō facere potes: immo ſi contrauenires peccares. non quia teneris illa indifferentia opera facere: ſed quia tuam regulam ſcilicz conſcientiam contemnis. Sed contra hoc arguis. Jlla volitio non eſt conformis dictamini pudētiali: ergo illa volitio nō eſt bona moraliter: conſequētia tenet. vi Ethicoꝝ: hoc dictamen eſt erroneum ego teneor intrare carthuſiaz: ego meliori modo quo poſſuz teneor facere. ¶ Reſpondetur negando q illud dictamen ſit erroneum culpabiliter: quia eſt aliquibus ignorantia inuincibilis. Si ponis aliquem qui habeat hoc iudicium q de neceſſitate ſalutis tenetur intrare carthuſiaz: et ſi nō ſic eſtimaret non intrare carthuſiam ſ; eſt profeſſus. an talis poteſt veritate comperta religionē egredi. ¶ Ad hoc data eſt ſufficiens reſpōſio ex materia votorū in q̄rto. Ex his inferā aliquas propoſitiones. ¶ Prima eſt nocet ſaluti viri habere conſcientiam nimis anguſtam talis incidit crebro in peccati nexus in aliquibus que non ſunt contra deum: vtputa habet magnas probabilitates pro ſe q dixit talem Pſalmū: format ſcrupul
in oppoſitum vel potius conſcientiam in oppoſitur 2
tranſit non dicens et ſic peccat. Vel de veniali iud at
eſſe mortale et tamen non deſiſtit a faciendo: et ſic as
tis mortaliter peccat. Si mendacium iocoſuz me ale
credas: et iocoſe mentiris: mortaliter peccas. ¶ ecū

da propoſitio. conſcientia nimis lata eſt periculoſiſſima: patet. conſcientia debet eſſe viro regula in moralibus dirigens voluntatem: qua extincta: voluntas ſine lege in peccatum labitur. ¶ Tertia propoſitio. conſciētia nimis lata eſt multo deterior conſcientia nimis ſtricta: probatur: eſt cauſa pluriū peccatoꝝ cū in illa homo eſt effrenis: nec habet ſtimulū conſcientie retrahentem a peccato. talis eſt intemperatus in gradu: qui ſecūdū Ariſtote. vij. Ethico. difficile curatur. Conſcientia nimis ſtricta eſt ſentis a peccato retrahēs: quo fit vtriqꝫ iſtorum conſcientia moderata erit regula. ¶ Si q̄ras an ſit maius peccatum factum contra preceptuz dei: an contra conſcientiam. ¶ Reſpondetur: oportet videre materiā illius precepti. Aliqs iudicat erronee q tenet mentiri officioſe pro ſaluanda vita ſortis ſub pena peccati mortalis: non tamen mentitur ſed ſue cōſcientie cōtrauenit et peccat mortaliter: vbi ſi mentiretur venialiter ſolum peccaret. Similiter vnus contrauenit precepto dei de paruo furto et paruo peccato mortali peccat. Plato iudicat grande eſſe peccatum incedere ſuꝑ crucem vel non ſtare erectus ad magnificat: non obſtante ſue conſcientie contrauenit: iam grauiꝰ peccat Plato q̄ ſortes: et ſic non poteſt dari vna regula quouſqꝫ reſpiciatur ad materiam hinc inde. Poſſūt eſſe alique argumentatiões in reflexiuis: ſed inſolubilia itelligēti hec peruia ſunt quare pertranſeo.

## ¶ Diſtinctio. xl.

Poſt hec de actibus adijciendum videtur: vtrum et ipſi ex fine ſicut voluntas penſari debeant boni vel mali. Licet enim ſecundum quoſdam omes boni ſint inquantum naturaliter fiūt: non tñ aſolute dicendi ſunt omnes boni: nec omnes remunerabiles: ſed quidam ſimpliciter mali dicūtur ſicut et alii multi.

### ¶ Diſtinctionis. xl. Queſtio vnica.

In hac. xl. diſtictione magiſter agit de intentione. Jta q intentio bona requiritur ad actuz moraliter bonum. Circa quant diſtinctionem queritur talis q̄ſtio. Vtrum aliquis tm̄ meretur quantum intendit mereri. Similiter an tm̄ demeretur quantum demereri intendit. ¶ Reſpondetur concluſiue q non: q̄ Concluſio ſic probatur. qui credit paruum bonum eſſe tanti meriti: ſicut eſt magnum bonum errat: ſed nunq̄ faciens paruum bonum intendit tantū per illud mereri quantum per maius bonum niſi crederet illud bonum maius eſſe q̄ ſit error: nō conducit ad meritum: ergo non ſemper tm̄ quis meretur ꝑ ſuum actum q̄tum intendit mereri. Confirmatur hec

ratio. Frequenter humilis ex aliquo actu credit minꝰ mereri ꝙ ſuperbus per ſimilem actuꝫ: ergo ſi humilis minus mereatur ꝙ ſuperbus humilitas meritū dimi nuitet ſuperbia meritū augebit: quod nullo pacto eſt admittendum. ¶ Tertio ſic arguitur. Aliquis poteſt velle eſſe ſanctior Joanne Baptiſta per vnum actū: ſed nemo repente eſt ſummus: ergo iſte non tantum merebitur quantum intendit mereri. ¶ Sed contra hanc concluſionem arguitur ſic: gloſa ſuper illud mathei. xii. bonus homo de bono theſauro dicit ꝙ tantum quis boni facit quantum intendit. Reſpondetur diſtinguendo illam quia vnus ſenſus eſt ꝙ iſte tantum meretur ſicut vult mereri et ille ſenſus eſt falſus: poteſt velle mereri infinite. Alius ſenſus eſt operatio exterior ē ita bona ſicut ſua intentio eſt bona: hoc ſicut actꝰ voluntatis eſt bonus actus exterior imperatus ab actu interiori multum bono eſt multum bonus: et imperatus ab actu parum bono eſt parum bonus ita ꝙ vtrobiꝗ actus exterior bonitatem actus interioris īſequitur quo ad magnitudinem vel paruitatem. ¶ Sed contra iſtud ſic argumentor. Si quis vult eſſe ita malus ſicut lucifer talis eo facto eſt ita malꝰ Probo ſic Sortes qui vult eſſe malus vt vnum non vult eſſe malus vt duo: Cicero vt tria et ſic aſcendendo ſemper ille qui vult eſſe peior ꝙ precedens eſt eo peior etiam ſuppoſita equa intentione graduali ſui actus: quia eſt incrementum malicie ex parte obiecti. Forte dicis et ſic dicendum eſt vtrobiꝗ: ille qui vult eſſe peior alio eſt eo peior ceteris paribus: ſꝫ non tamen oportet ꝙ ſi aliquis vult eſſe malus vt. viij. ſit malus vt. viij. fortaſſe erit malus ſupra. viij. fortaſſis citra. viii. ſicut non oportet tu vis eſſe malus venialiter ergo tu es venialiter malꝰ ¶ Sed contra: ſi quis vult eſſe infinite malꝰ: talis ē malꝰ infinite et in gradu quē deſiderat: ergo ſi quis vult eſſe ita malus ſicut mahometus talis erit ita malus ſicut mahometus et ita in alijs. Probo aſſumptuꝫ. Si quis vult eſſe infinite malus talis eſt infinite malus: quia de oppoſitū talis eſt finite malus: ergo dabitur aliquis per aſcenſum qui vult ſolum eſſe finite malus: ita malus ſicut ipſe ſignando vnū alium qui vult eſſe malus vt duo: et ſic conſequenter dabitur illum qui vult eſſe infinite malus ita ꝙ erit malꝰ vt mille: tandem deueniens ad vnum qui vult finite eſſe malꝰ qui erit malus vt mille cuius oppoſitū tamen dixiſti ſemper volens eſſe peior alio eſt eo peior: et hoc eſt rationi conſentaneum. Nō alias ille qui vult mechari erit peior ꝙ ille qui vult fornicari non ſtes in hoc nemo poteſt velle ſe eſſe malum licet maluꝫ ſe poteſt velle: hoc non impedit propoſitum quia illo dato quod cōcedis argumentum habet vires ſuas. ¶ Ad vltimam replicaꝫ nego ꝙ is qui vult eſſe infinite malus eo ipſo ē infinite malus et ſit malꝰ vt mille: nego ꝙ dabitur aliquis qui vult eſſe malꝰ finite. Ita malus ſicut ipſe ꝙꝗ ē crementū ſecundi ſuper primum: tertij ſuper ſecundū: quarti ſuper tertium: et ſic ſine ſtatu non erit crementum per partes eiuſdem quantitatis ſed per partes inequales: interdum geometrice interdum vero nō: ſed talis additio infinities nunꝗ infinitum procreabit ille qui vult eſſe in duplo peior alio non eſt propterea ī duplo peior alio bene tamen eſt peior: et ſi in proportione ſeſquialtera peior alio tercius erit fortaſſe ſecundo peior in proportione ſeſquitertia: et ſic erit decreſſus. Potes replicare ſi ſecundus non erit in duplo peior primo: tamen quartus vel octauus erit in duplo peior primo: et ſic cum infiniti ſint ibi ſemper aſcendendo propter plurium cumulationem proporcionem duplaꝫ colligam infinities: et

non euitatur argumentum. Reſpondeo licet ſit color et argumento non concludit: et ſoluitur argumentum hoc in primo de illo qui vult occidere infinitos homines. ſecundo dico et eſt fractio cum deductio calculandi eſt tediosa: plus peccat ille qui vult eſſe infinite malus ꝙ ille qui vult eſſe finite malus ſed nulla eſt cōparatio: quē admodum obiectum vnum in multitudine non eſt alteri comparabile Finiti ad infinituꝫ nulla ē comparatio. ¶ Secundo argumentor ponendo duos Sortem qui vult eſſe peior Platōe et Platōeꝫ q vult eſſe peior Sorte: in iſto caſu non potes ſignare vter eoruꝫ altero eſt peior: cum vterꝗ vult eſſe peior altero: vel poſito ꝙ Sortes vult eſſe ita malus ſicut Plato poſito ꝙ Sortes neſciat de malicia Platonis querendo an eſt equaliter malus ſecum. Inſuper probo ꝙ nō ſemper ille qui vult eſſe peior eſt alio peior ponendo Sortē qui vult eſſe malus vt vnū Plato vult eſſe peior Sorte vel malꝰ ſupra vnum: probatur ꝙ Plato nō eſt peior Sorte quia ſi ſic ſignetur latitudo in qua Plato eſt Sorte peior et ſit vt vnuꝫ vel vt medius gradus: tūc ſic: Plato ē peior Sorte per medium gradum ergo poteſt dari vnus qui plus peccat ꝙ Sortes et minus ꝙ Plato: ſit Cicero peccans vt vnum cum quarta parte gradus ſed probo ꝙ non eſt peior Platone: cum Plato ī nullo gradu malicie Sorteꝫ exuperat ergo non oportet vtrobiꝗ ꝙ ille qui vult eſſe alio peior ſit eo deterior. Rurſus videtur eodē modo ꝙ ille qui vult peccare venialiter peccaret venialiter: patet qui vult mortaliter peccare peccat mortaliter ꝗ q vult peccare venialiter venialiter peccabit. ¶ Ad primū de. Sorte et Platone vbi petis vter eorū eſt peior dubito Et dubitationis cauſa eſt: quia vnus fortaſſe eſt deo ingratior et alio doctior: vel plus auxilij ante habuit a deo: vel vnus poteſt habere intentiorem actuꝫ ꝙ alius et ſecundum hoc potes cognoſcere quis eorum grauius deliquit: ſed neruus argumenti in hoc latitat ſuppoſito ꝙ ſint pares in gratitudine vel ingratitudine in intentione graduali et in ceteris omnibus ſimilibus Et tunc dico ꝙ equaliter peccant nec vnus grauꝰ ꝙ alter: ſed in quoto gradu nos penitus fugit deus tamē nouit Ex quo patet licet ſequatur Sortes vult eſſe malus ergo eſt malus: non tamen ſequitur: Sortes vult eſſe peior Platone. ergo eſt peior Platone Ad aliud quā do petis an Sortes volens eſſe ita malus ſicut Plato ſit ita malꝰ Dico me latere ſtat ꝙ peior et ꝙ alius ſit bonꝰ ſtat ꝙ minus malꝰ ſtat ꝙ equalis ¶ Ad aliud argumentum quo probare niteris illum qui vult eſſe peiorem alio non eſſe peiorem alio ſignando latitudinē Dico ꝙ non dictum eſt ꝙ ille vtrobiꝗ eſt alio deterior qui vult alio eſſe peior: ſed dictum eſt quāto volitio fertur ſuper peius obiectum puta velle eſſe peius ceteris paribus ille eſt peior. Et quando petis latitudinē in qua Plato eſt Sorte peior non eſt facile reſpondere: quia non ē potior ratio quare currendum eſt ad vnum gradum et non ad alium nec valet currere ad gradum mediuꝫ: cum extremum exceſſus non detur non eſt dicendū ꝙ Plato eſt impartibiliter Sorte peior: ſed dico Platoneꝫ Sorte peiorem: ſed in quo gradu me latet quemadmodum [illegible]ꝗfariam euenit Scio calorem eſſe in aqua ſed quot g[illegible]dus caloris eidem aque inhereant me prorſus pre[illegible]te[illegible]t. ¶ Ad vltimū vbi petis de eo qui vult eſſe malus vē[illegible]liter Dicitur ſtat talē eſſe malum mortaliter ī bono[illegible] in peccatis paruis volitis volitio non eſt proportio[illegible]bilis bene tamen in magnis. Hec conſequentia ſūt bon[illegible]: volo mereri propter deum et ſum in gratia ergo mer[illegible] ſine additione ſede, ppoſitiōis: illa ē nulla. Hec



FERDINAN

nō valet volo peccare venialiter ergo venialiter pecco: nec hec volo eſſe peior Nerone. ergo ſū peior. volo peccare vt vnum ergo pecco vt vnum: tamē hec eſt bona volo peccare mortaliter ergo mortaliter pecco. ¶ Sed contra iſtud arguitur. Ex iſto ſequitur ſi Sortes velit eſſe ita malus ſicut a qui eſt ſolum in veniali peccato: et Plato vellet eſſe ita malus ſicut b ꝙ Sortes et Plato erunt in peccatis equalibus: quod videtur inconueniens ꝙ Plato velit eſſe ita malus ſicut peior iſtorum et Sortes vult eſſe ita malus ſicut minus malus iſtorum. Cōſequentiam probo ſuppoſito ꝙ habeant volitiones equales in gradu: ſi circūſtantie perſonarum et cetera que peccata augere et attenuare ſolent fuerint paria Reſponſio vel Sortes et Plato ſciunt de malicia a et b hoc eſt in ꝗ malis peccatis ſunt et tunc palam eſt ꝙ Plato eſt peior Sorte quia Plato vult eſſe a certo propoſito in peccato mortali. Sortes autē vult ſolū eſſe in peccato veniali Uel vtrūq; iſtorū ſcilicet et Sortem et Platonem peccata a et b fugiūt: ⁊ tunc ego diſtingo iterū vel b eſt putatus eſſe peior a ab vtroq; iſtorum et tunc ille qui vult eſſe ita malus ſicut peior iſtorū plus peccat ꝗ ille qui vult eſſe ita malus ſicut minus malus iſtorū: quia ſuus actus ſuper minus peccatum cadit Si a et b putētur ab iſtis eſſe equaliter mali tam a Sorte ꝗ a Platone quicquid ſit de malicia intrinſeca a et b Sortes et Plato equaliter peccant dato ꝙ a ſit ī gratia et optimus ſi putetur ab aliquo erronee eē malus qui vult eſſe ita malus ſicut ipſe ſi habeat iudicium ꝙ alius eſt malus peccat: ⁊ magnitudo peccati in eo eſt metienda penes credulitatem malicie ꝗ vere vel erronee credit ineſſe alteri: non ꝙ act⁹ eius eſſ; adequate ita malus ſicut peccatū alterius dato ꝙ alius ſit in peccato magno vel paruo nō refert. ¶ Sed contra hoc arguitur. Sequeretur ꝙ ille peccaret quia vellet eē ita malus ſicut Cicero quem credit eſſe optimum virum ſ; hoc eſt inconueniēs: nec Cicero eſt mal⁹ prout nos ſupponimus nec iſte vllum iudicium habet ꝙ eſt malus ergo non potes dare gradum malicie quo eſt malus igitur Si iſte erronice loqueretur non propterea eſſet malus ſed cum exponit ſe diſcrimini peccati quia non conſtat quis eſt peccati expers quis vero non. iſte non eſt excuſandus a peccato quod ratione temeritatis incurrit.

¶ Dubitatur an bona intentio ſufficit ad bonitatem actus. Secundo dubitatur an bona intentio ſufficiat ſine bonis opibus. ¶ Ad primum dicitur ꝙ non. ꝗ vult furari ab auaro diuite vt egeno pauperi det habet bonam intentionem puta ſuccurrere pauperi: ſ; hoc non ſufficit requiritur cum illa bona intentione circa obiectū ꝙ relique circunſtantie ad bonitatem act⁹ requiſite ponantur Bonum eſt ex integra cauſa ſecundum Dionyſiū ad maliciam actus ſufficit ablatio vnius eorum facilius eſt deſtruere ꝗ conſtruere. ¶ Ad ſecundum reſpondetur ſi quis habuerit volitionem efficacem interiorem ſine actu exteriori talis intentio ſufficit ad meritū: quod patet quia tm̄ facit qꝺ in ſe eſt ſicut vtrunq; actum habens: et propterea tantum meret vt .xvij. diſtinctione primi diximus Sed oportet ꝙ in[illegible] ſit impedimētū nō exeundo in opus exterius quia ſ[illegible] o litio fuerit in voluntate ſequitur operatio exterius [illegible] .x. Metaphyſice et Gregorius in quadam omelia [illegible] eſt vacua manus a munere cum archa cordis replet fuerit bona voluntate.

¶ Diſtinctio .xli.

Cunq; intentio (vt ſupra dictum eſt) bonum opus faciat: ⁊ fides intentionē dirigat: non īmerito queri poteſt vtrum omnis intentio: omneq; illorū op⁹ ſit qui fidem non habent Si enim fides intentionem dirigit: et intentio bonum opus facit: vbi nō eſt fides nec intentio bona nec opus bonum eſſe videtur. Quod a quibuſdam non irrationabiliter aſtruitur qui dicunt omnes actiones et volūtates hominis ſine fide malas eſſe: que fide habita bone exiſterent. Unde apoſtolus ait: Omne quod non eſt ex fide peccatum eſt ⁊c.

¶ Diſtinctionis .xli.
Queſtio pma.

In iſta .xli. diſtictiōe vbi magiſter loquitur de voluntate tria queram. ¶ Primū erit que relatio requiritur ad hoc ꝙ act⁹ voluntatis fuerit moraliter bonus. Secundo queremus an aliquis actus voluntatis ſit indifferens. Tertio de actibus infidelium loquemur. ¶ Hec ſecunda queſtio ex prime queſtionis ſolutione dependet prioris queſtionis inquiſitio apprime eſt vtilis ad cognoſcendos actus noſtros bonos et quomodo eos in finē vltimum referre deuincimur. ¶ Et primo ponam vnam cōcluſionem in qua omnes conſentiunt. ¶ Secundo recitabo modos in quibus contradicunt et dicam ſicut capio. ¶ Prima concluſio eſt hec relatio actualis ſufficit ad meritum. In omnibus iſtis intelligo omnia alia que fieri debent ſola relatione ſecluſa. Probatur cōcluſio illa. quia aliqua ſufficit ad meritum. Alioquin nemo mereretur et nulla eſt iſta potior nec ita potens: immo quecunq; bonitas in alijs relatiōibus reperitur in relatione actuali illa eſt reperibilis: ita relatio eſt vſus et fruitio non loquor de relatione a fundamento et termino diſtincta nullam talē pono ſed loquor de actu relatiuo. ¶ Pro concluſionibus in quibus doctores contradicunt diſtinctionem vulgarem in hac parte premittam Triplex eſt relatio quedam actualis quādo quis actualiter vult facere aliquid propter deum vel habet nolle faciendi propter deum primum proper precepta affirmatiua. ſecundum propter negatiua pono ſiue fuerint duo actus quorū vnus eſt vſus ſimplex ⁊ alter fruitio ſimplex ſiue vnus actus qui eſt vſus ⁊ fruitio non ſit nobis cure Alia eſt relatio virtualis id eſt quādo quis habuit vnum actum circa finē et ratione illi⁹ act⁹ ignat aliqs act⁹ circa mediū ad illū finē ſic doctor Seraphic⁹ termino ī hac pte vtitur duo ponēs exēpla hī accōmoda

ta Unū eſt. Si aliquis intendat dare pro deo centum
marcas et incipit dare et cogitat de deo in prima mar-
ca et in aliis non cogitat nihilominus tamen omnes
dationes ille ſunt ei meritorie et fructuoſe. Si autem
opus alterius generis inciperet ꝙ intentio renouare-
tur ad hoc vt opus eſſet meritorium Per hunc etiam
modum intelligit eſſe ſufficientem relationem in viris
religioſis: qui in principio ex charitate deuouerūt por
tare religionis pondus quicquid enim faciunt quod ad
ſue religionis obſeruantiam ſpectat ex prima intentio
ne ē eis meritoriū ad ſalutē: niſi forte (ꝙ abſit) ꝯtraria ī
tētio ſuperueniat: In aliis aūt q̄ ad religionē non ſpectāt
ſecus eſt quia illa intentio non ſe extendit ad alia habi
tualiter: et ideo non eſt parue ſecuritatis et vtilitatis re
ligionem intrare. Et amplius hoc explicans poſtea di-
cit relationem autem habitualem voco non qua quis
in generali refert ad deum omnia opera diei vel anni: ſꝫ
qua quis refert aliquod opus ad deum. Ita ꝙ opus ſe
quens directam habet ad opus primum ordinationē
et conſequentiam: ſicut eſt de illo qui dat centum mar-
cas. Aliud exemplum ponit de illo qui vult adire ſan-
ctum Jacobum cum eo pleriq; conueniunt vocātes re-
lationē virtualem quā alter vocat habitualē. ¶ Ter-
tia eſt habitualis actus refertur habitualiter quando
eſt referibilis: relationē virtualem dicunt ad actū me
ritorium ſufficere: non autem habitualiter: alii dicunt
ꝙ ſemper ad merendum requirit relatio actualis. Alii
autem ꝙ ſufficit habitualis: ¶ Sed dicit doctor ſera-
phicus priores nimis arctant viam dei Secundi eā ni-
mis dilatant. Iſte modus eſt multū communis quem
inſequitur Johannes Gerſon et plures alii: ſed iſte mo
dus indubie non vacat difficultate: quod patet ſic que
rendo ab eis de iſta relatiōe virtuali vel habituali: ter
minis his promiſcue vtar relictis verbis accipio men
tem Querendo quomodo volitio actualis circa talē fi
nem imperat illos actus ita remotos a fine: In fine ſe-
ptennii nō potes ire ad impetum cauſatū in membris
ab illo actu voluntatis: quod patet per quietes medi-
as capiam exemplum a fine exemplis eorū ſi quis ve
lit adire ſanctum Jacobum propter deum tunc volens
tranſire burgum regine non cogitans de deo meretur
ſuppono cetera requiſita ad meritum dempta relatio
ne: poſtea volens proximum vicum adire de deo nō co
gitans meretur et ſic tranſeundo ad Aureliam dato ꝙ
ſequute ſunt quietes intermedie Eodē modo tranſeun
do ad ſctm̄ Tho. ī India: vel faciēs circuitū circa terrā
ꝑ maria ꝑ varias terras et tot diſcrimina rerum: et ſi eēt claudus
et quolibet die tranſiret vnum ſtadium poſt tot quietes
intermedias itinere interrupto talis merebitur ergo
non requiritur iſta ſequela naturalis ¶ Secundo Ex
iſto ſequitur ꝙ volens adire ſanctū Jacobum propter
deum licet mereatur per actum voluntatis in quolibet
ſtadio de deo non cogitando: tamen flectēdo extra iter
ad capiendam auem vel ad audiendum ſermonem ex-
tra iter non merebitur. Patet hoc eſt impertinens
ſuo itineri. Item videtur ꝙ iſte doctor propoſitiones ī-
compoſſibiles ſimul colligat dicēdo ꝙ actus religioſo-
rum licet in deum non referantur actualiter ſunt meri-
torii: quia virtualiter depēdent ab illo propoſito quo
dederunt ſe deo: ſed non eſt ſic in relatione virtuali qua
quis in generali refert ad deum omnia opera diei vel
anni. Sed contra hoc arguitur per eum quilibet actus
religioſi licet de deo non ſit notitia particularis eſt me
ritorius quia intendebat a principio facere omnia reli
gionis propter deum: ſed ſic eſt ꝙ ſortes in principio an
ni intendit omnes actus ſuos bonos referre in deum et
in principio diei. ergo quilibet actus bonus in illo die
vel anno eſt virtualiter in deum relatus. Cōſequentia
iſta videtur eſſe bene clara cum propoſitum actuale in
religioſo ſufficit pro actibus futuris ad ſexaginta an-
nos: quare tale non ſufficiet pro vno anno vel pro die in
ſorte ſeculari Inſuper ſufficit ꝓ medio die vel pro vna
hora ergo pro duabus horis vel integro die: vel da rati
onem quare ſtabis in tam anguſto tempore in vno anō
in alio Inſuper hac via quilibet actus ad matrimoni-
um ſpectans erit meritorius propter propoſitū gene-
rale quod Sortes habuit in principio quo voluit con-
trahere propter deū vxori dando dominiū ſui corporis
et eius dominium accipiendo. Preterea capio religio-
ſum ſortem. xiiii. annos natum quando profitetur re-
gulam: capio tūc platonē qui hꝫ hoc ꝓpoſitū volo oēs
actus meos facere propter deum de actibus referibilibus
intelligēdo: viuunt. xl. annos poſthac in ſimili ſētētia
tia: q̄re citius Queritur iā in iſto caſu argumenti ſiue ꝓ-
tractione argumenti. Unde ꝓuenit ꝙ actus Sortis ſūt
meritorii et nō Platonis: diſcrimen non video. ¶ In-
ſuper videtur ꝙ eſt relatio virtualis non relinquit poſi
tionem ſolidam Tum nec eſt ab eis ſufficienter explica
ta. Tum ſecundo non eſt facile modos ibi emergentes
extricare. Tum tertio viam dei nimis hec poſitio angu
ſtam relinquere videtur. ¶ Iſtis non obſtantibus no
lo dicere doctorem ſeraphicum propoſitiones cōtradi
ctionem implicantes in ſua poſitiōe poſuiſſe ſaltem nō
volumus dicere ſed vtendo modo quo ipſe loquitur. Cir
ca alios non capio ꝯpoſſibilitatem illorū dictorum et
ſi iſta poſitio prout recitauimus viam dei nimis reſtrin
git a fortiori hoc facit alia: que ponit relationem actua
lem ad actum bonum requiſitam. Propterea aliter di
citur ad actum eſſe moraliter bonum et meritorie bonū
ſufficit ꝙ homo in principio vite ſue habeat vnum actū
quo volebat ſuas bonas omnes operationes dirigere
in deum: et poſtea alii actus ſunt in deū referibiles: hoc
eſt eliciuntur cōformiter ad dictamen prudentiale: et ſic
agricola volens agros colere vt eos paret ad ſementa
ſi fuerit ī gratia meretur ꝑ hoc ꝙ vult agros colere: dictamē
prudētiale dictat ꝙ agri ſūt colēdi. Ibi eſt ſubordinatio
vnius finis ad aliū finē: agri coluntur vt ad ſemina diſponantur.
ſemen eſt iniectum vt fructus tempore meſſis colligan
tur. fructus colliguntur vt homo viuat. homo viuit vt deo
famuletur. hec eſt ſubordinatio ordinata finium ſecun-
dum illud apoſtoli primi corinthiorum. Omnia in glo-
riā dei facite ſiue ergo mādu catis ſiue bibitis vel aliud q̄d
facitis. ¶ Probatur hec ꝓpoſitio aliqua relatio actu
um noſtrorū in deum ſufficit: non requiritur relatio ac
tualis actuum noſtrorum ſemper in deum quia hoc eſt no
bis nimis difficile et parum mereremur: nec relatio vir
tualis de qua mentionem prius fecimus ſufficit vt pa-
tet ex improbatione modi precedentis. Et aliqua rela-
tio ſufficit et nulla videtur conueniētior iſta igitur Sꝫ an iſta
requiratur poteſt rationabiliter dubitari quia ex iſto mo
do multi plebei non merebuntur qui nunquam faciunt taleſ
relationē. Primo cum adoleſcunt de deo cogitant cū
vadunt ad eccleſiā dicentes. Benedicatur deus hoc eſt
bene ſit deo Poſtea rem diuinam audiūt multiplican-
tes ſuper patriloquia orationem diuinam et ſalutatio-
nem euangelicam ad diuam virginem cum apoſtolorū
ſymbolo ſatis quidem corrupte de deo forte non am-
plius cogitantes verum eſſet dicere ꝙ iſti plebei ſic to-
tam vitam ducentes nō merentur Forte poteſt dici ꝙ ha
bētes talē dilectiōē dei ſuper omnia ſūcedēter et virtualiter faciunt actus

ſuos propter deum ſicut fruitio ⁊ dilectio finis cauſat vſum circa medium. ¶ Secundo habent dictamina prudentialia eundum eſt ad templuʒ: re ꝯ diuina audienda eſt habent actus voluntatis conformes: ergo tales ſunt boni moraliter ⁊ habent gratiam. ergo ſunt boni meritorie. iſtud videtur ſufficere. vt patebit queſtione ſequenti nunc. ¶ Et propterea videtur iſtud ſecundum dictum eis ſufficere: dato ꝙ non habeant tale propoſitum actuale volo facere propter deuʒ. Aliud exemplū Inops petit in oſtio eleemoſynam amore dei: dās cogitat ſolum de dando denario quem dat nec aliter refert actualiter in deum: hoc ſufficit ad meritum amor dei eſt hic cauſa: antecedens ⁊ virtualis: immo maiorem probabilitatem reputo in iſto membro ꝙ ſufficit relatio habitualis: hoc eſt ꝙ actus ſit aptus natus referri in deū q̃ ꝙ requiratur relatio actualis. Ex omnibus epilogādo quia materia eſt inuoluta Dicitur relatio actualis non requiritur: et illa eſt vna propoſitio. ¶ Secunda propoſitio non requiritur relatio virtualis ad modum poſitionis doctorum quos recitauimus. ¶ Tertia ꝓpoſitio. Sufficit relatio vnica in principio vite qua homo intendit omnia opera bona dirigere in deum: ⁊ hoc q̃tum eſt ex parte finis: hoc dico oportʒ ſeruare reliqua que precepta ſunt ſiue de iure nature: iure diuino: vel iure humano ſeruando preceptum de dilectione dei ꝓ tēpore ⁊ loco et ita in alijs: ſed hoc propoſitum generale ſufficienter refert actus cōciliorum et actus aliorꝫ preceptorum. Nullus eſt (vt opinor) adultus chriſtianus quin cogitet de deo quando vadit ad templum vidēdo imaginem crucifixi ſed plerique non habent hoc propoſitum in principio orationuʒ: volo dicere tales preces ꝓpter deum: immo docti veri non habent hoc propoſitū volo dicere horas propter deum: ſed abſit ꝙ a quolibet tali negabitur meritum. Et in iſtis propoſitionibus ſto ſubiungens tamen duas propoſitiōes probabiles quarum. Quarta ꝓpoſitio eſt. ¶ Dilectio dei ſimplex imperans aliquas operationes dato ꝙ propoſitum generale non preceſſit ſuficit ad merendum. Alia propoſitio: Facilius vel eque facile poteſt defēdi ꝙ relatio habitualis ſufficit ad merendum ſicut requiritur actualis relatio ad meritum. Nullam aliam ſuaſionem pono vltra illa que dicta ſunt. Sed dices ſicut dicunt alij iſtud nimis ampliat viam dei contra illud ſuperius allegatum Arcta eſt via que ducit ad celū. Ad hoc ſuperius reſpondimus allegādo Iugum chriſti ſuaue eſt et onus ſuum leue: vbi illic diximꝰ viam dei aliquibus facilem aliquibus bene difficilem: ſed nunc ad formaʒ eorum nego conſequentiam ⁊ ratio negatiōis eſt: licet nō ſimus obligati ad relatiōem de qua loquuti ſunt: multa incentiua peccatorum hominibus occurrunt a quibus vix euelluntur vt heu quotidiana pugna experimur Ex dictis infero quaſdam ꝓpoſitiones. ¶ Prima eſt. Bonum eſt aſſueſcere ad referendum actualiter operationes noſtras bonas in deum et in vniuerſali et in particulari. licet ad hoc non obligemur. Secunda cathegorica patet ex dictis. Prior patet ille modus eſt ſecuriſſimus. Tum ſecundo eſt magis meritorius q̃ aliqua alia relatio. Tum tertio propter bonum habitum qui ex illis actibus generabitur propenſiores erimu in actus meritorios. ¶ Secunda propoſitio conduc[illegible] multum curam animarum habentibus et verbi diu[illegible] buccinatoribus erudire ignaram plebem: immo pe[illegible]lum ad ſuas operationes in finem debituʒ referend[illegible]s. Sed contra vnum inſtatur vbi dicitur ꝙ relatio actualis eſt melior ꝙ quecunque alia. Ex hoc ſequitur ꝙ Sortes tantum merebitur dando vnum turonum pauperi propter deum actualiter ſicut Plato dans duos nō cogitans de deo vel ſaltem q̃ plus dās ceteris omnibus paribus puta equali conatu equaliter indigent Sortes et Plato: et ita de alijs circunſtantijs que bonitates actuum augent vel diminuunt. conſequentia parʒ Sortes plus meretur dando actualiter vnum turonuʒ propter deum q̃ Plato dando vnum turonum non cogitans de deo. ergo adhuc Plato non cogitans de deo actualiter poteſt opponere aliū turonū quouſque creſcat equiualentia ex parte rei date ad relationeʒ actualem quia relatio actualis non infinite relationem non actualem exuperat. ¶ Reſpondetur concedendo ꝙ Sortes non infinite plus meretur q̃ Plato: ⁊ ꝙ poteſt eſſe equiualentia quam argumentum tāgit: ſed an hoc erit per vnius turoni vel duorum appoſitionem nos fugit.

¶ Diſtinctionis. xli.
Queſtio. ij.

Queritur ſecūdo circa hāc materiam inter bonum ⁊ malū: an ſit aliquis actus indifferens: qui non erit bonus neque malus: ſed quoddam medium per abnegationem extremorum ſicut eſt liberalitas inter illiberalitateʒ et prodigalitatem. Supponatꝰ ꝙ multiplex eſt bonum: quoddam bonum in genere entis: de quo ſuperius mentionem fecimus: aliud eſt bonum a genere ſiue ex obiecto: vt quando actus cadit ſuper obiectum debitum vt volo comedere. Idem poteſt eſſe obiectum debitum reſpectu vnius actus ⁊ indebitum reſpectu alteriꝰ. Patet de furto quod eſt obiectū indebitum reſpectu volitionis: et ſic eſt malum a genere reſpectu talis actus: ⁊ illud obiectuʒ eſt bonum a genere reſpectu nolitiōis. ¶ Sed queres an actꝰ cadēs ſuper obiectum debitum infectus a circunſtantia circūſtante ſit bonus a genere. ¶ Reſpondetur dato aliquo tali ꝙ ſic: ⁊ ſic non ſequitur eſt actus bonus ex genere ergo eſt bonus. Si quis diceret ꝙ iſte actus in ſacerdote volo ducere mulierem in vxorem nō eſt bonus ex genere in iſto quia non cadit ſuper obiectum debitū reſpectu iſtius bene autem reſpectu perſone habilis: ⁊ circunſtantia circunſtans actum coinquinans non permittit ipſum eſſe bonum ex genere: tunc non dabis inferioritatem et ſuperioritatem inter bonum moraliter: et bonum ex genere ſecundum multos actus indifferētes negantes: ⁊ ſic parum valebit hec diſtinctio. Sʒ dices in preſenti ꝙ bonum ex genere eſt reſpectu actus liberi vel naturalis cadenti ſuper obiectum debituʒ: actus bonus ex circunſtantia eſt actus bonus moraliter: hoc eſt dicere eſt actus pure ſpontaneus ſuper obiectum debitum cadens circūſtantijs ſufficiētibus circumamictus aliquo iſtorum deficiente non eſt bonus moraliter bonum eſt ex integra cauſa ſecundum Dyoniſium quarto capite de diuinis nominibus Actus bonus meritorie eſt actus elicitus a gratia: ⁊ ſic dicit concurſuʒ gratie vltra bonitatē moralem Inter iſtos actꝰ eſt ordo ſuperioritatis ⁊ inferioritatis ſic ſcilicet ꝙ omis

nis actus bonus meritorie eſt bon⁹ moraliter: ⁊ omīs act⁹ bonus moraliter eſt bonus ex genere: ⁊ oīs actus bonus ex genere eſt bonus entitatiue non autem econuerſo. ¶ Secundo ſequitur. hec conſequētia eſt bona hic actus eſt meritorius ergo eſt bonus moraliter. Similiter ſequitur ergo eſt bonus ex genere tot modis accipitur malum Quia quot modis dicitur vnum oppoſitorum tot modis dicitur reliquum per regulam thopicam nihil ē malum malicia entis Aliquod eſt malum ex genere vt volo occidere hominem aliquod eſt maluʒ moraliter / ⁊ aliquid eſt malum demeritorie vt patet de actu homicidii dato in quo triplex malitia reperitur. Sed nō eſt talis ordo īferioritatis ⁊ ſuperioritatꝫ malitie ſicut eſt bonitatis Omne malum moraliter eſt malū demeritorie et omne malū demeritorie eſt moraliter.

¶ Secundo aliquid poteſt eſſe malum moraliter et tamen nō cadit ſuper obiectum pricipale male Iſtis acceptionibus prelibatis titulus queſtionis poteſt limitari ad actū indiferētē ꝫ tribus modis. Vnomodo ſic ꝙ detur actus indifferens inter bonū et malū Et hoc iterꝫ eſt diuidendum ſcilicet inter bonum meritorium ⁊ malum demeritoriuꝫ: ⁊ tūc ſenſus queſtionis erit an detur aliquis actus hominis qui neqꝫ erit meritum neqꝫ peccatum: vel poteſt eſſe ſermo de medio inter bonum moraliter ⁊ ſic de aliis bonitatibus querendo medium facile eſt coadaptare ſenſus tituli queſtionis Secūdo modo pricipaliter pōt qſtio querere de aliquo actu qui. eſt indifferens ad bonum ⁊ malum qui primo erat bonus ⁊ poſtea erat malus de medio inter vti ⁊ frui puta quod nec eſt vſus neqꝫ fruitio fortaſſe: nonnihil qſtione ſeqnte dicem⁹: duos priores ſenſus in hac queſtione tractabimus. ¶ Primo de medio inter bonum ⁊ malum loquentes poſtea de actu indifferēti per ſucceſſionem bonitatis ⁊ malicie dicemus. Quoniam dicendorum ſit hec prima concluſio. Datur actus indifferens inter bonum meritorie et malum demeritorie: puta qui nec erit meritū neqꝫ demeritum Probatur hec cōcluſio demōſtrando aliquem actum moraliter bonum quem habet exiſtens in peccato mortali: ⁊ iſte act⁹ non eſt meritori⁹ qd̄ patet primi Corinthiorū decimotercio (loquor de merito vite eterne) nec demeritori⁹ ſtat ꝙ ſit actus impletiuus precepti vel conſiliū cui nihil deeſt ad merendum niſi veſtis nuptialis. ¶ Secunda concluſio. Datur actus indifferens inter bonum moraliter ⁊ malum moraliter probatur de actu indeliberato vt mouendo manum ad barbam more Tullij vel de inceſſione ad aliquam differentiam poſitionis ſine aduertentia: experimur ꝙ deſcendendo ad neceſſaria intendentes adire a locum per diſtractionem in aliquam ſpeculationē nos conuertimus ad b locum talis actus quo tranſitur ad b locum non eſt malus neqꝫ bonus moraliter. Sed dices iſte actus ex impetu vel ex imaginatione procedit propterea non eſt humanus qui debet eſſe eligens ſciens ⁊ propter hoc ſecundo ethicorū: bene: tamē eſt act⁹ hominis. ¶ Tertia concluſio. Non datur medium inter bonum ⁊ malum entitatiue probatur quocunqꝫ tali actu dato ipſe eſt bonus entitatiue: ergo de pronomine demonſtrante ipſum non negatur vtrumqꝫ extremum ergo non datur actus indifferens illo modo: conſequētia patet ex terminis. ¶ Quarta concluſio. Non datur actus indifferens inter bonum et malum ex genere. Probatur vel actus cadit ſuper obiectum indebitum ⁊ ſic eſt malus ex genere. ¶ Quinta concluſio. Non datur actus medius inter bonum moraliter ⁊ malum moraliter. Probatur concluſio: quia vel cadit ſuper obiectum indebitum et habet omnes circumſtantias requiſitas ad bonitatem actus et tunc eſt bonus moraliter ſi aliqua eſt circumſtantia ad bonitatem moralem requiſita: vel obiectum debitum deſit actus eſt malus. ¶ Secundo arguitur ad idem ſi iſtud quod iam dictuꝫ eſt nō ſufficiat ad bonitatem moralem hoc eſſet eo quia deſicit circumſtantia finis vltimi: ſed hoc non reqritur vt in queſtione ſequenti dicetur. ¶ Sexta concluſio quilibꝫ actus bonus moraliter in habente gratiam qui habuit propoſitum ſemel in vita cui non ſucceſſit contrariū ad referendam omnem operationem ſuam bonam in deū eſt bonus meritorie. Probatur hec concluſio quia ſi nō ſic hec cōcluſio vera hoc potiſſimū eſſet quia requireretur relatio actualis vel virtualis more aliorūꝫ: ſed neutra requiritur vt queſtione ſuperiori diximus. Ideꝫ probabile in illo qui habet actum ſimplicem circa deum ratione cuius deſcendit in actus bonos moraliter: dato ꝙ propoſitum generale de omnibus actibus ſuis reficiēdis in deum nunꝙ habuit: ꝙ contingit dare nolitioneꝫ vel volitionem ſimpliceꝫ in voluntate Patet: ſicut datur noticia ſimplex apprehenſiua in intellectu ⁊ affirmatio ⁊ diuiſio: ſic in voluntate datur volitio ⁊ nolitio ſimplex volitio ⁊ nolitio cōplexa: vt volo ꝙ bene ſit deo: nolo ꝙ male ſit proximo. Primū partim experimur ī nobis quando ſupina fronte actualiter cogitamus in deo actum ſimplicem voluntatis coniungendo qui amātē cū amato connectit: hos actus ſimplices pleriqꝫ habēt qui ad complexionem non pertingunt. ¶ Septima cōcluſio. Datur actus indifferens inter meritum ⁊ demeritū in habente gratiaꝫ ⁊ in actu deliberato. Probatur capiendo vnum adulterum venientem ad annos diſcretionis primo qui habuit gratiam baptiſmalem ⁊ cōfirmationis: tamen iſte diligit conſanguineū eius Et tūc ſic. vel illa dilectio eſt meritoria et ſi ſic relatio habitualis ſufficit ad merendum quod videtur inconueniens: tantum probabilitatis habet hec concluſio ꝙtum ſunt ſua contradictoria: de qua aliquid tetigimus queſtiōe precedēti. Stat dare duas propoſitiones cōtradictorias etiā in materia morum habētes equales apparentias vel ferme equales et ex parte doctorum et ex parte rationum. Suadetur hec concluſio per quoddam dictuꝫ Hieronymi in quadam ſuarum epiſtolarum ⁊ etiam in epiſtolis Auguſtini vbi dicitur Bonum eſt cōtinentia malum eſt luxuria inter vtrunqꝫ indifferens ambulare: digerere alui ſtercora: capitis naribus purgamenta proijcere: ſputa reūatis iacere: hoc nec malum nec bonum eſt ſiue enim feceris ſiue non feceris nec iuſticiam habebis nec iniuſticiam. ⁊ Gregorius in quadam omelia ⁊ recitamus in horis in communi apoſtolorum: namꝫ ſunt nonnulli qui diligunt proximos ſed propter affectuꝫ cognationis carnis: quibus tamen in hac dilectione ſacra eloquia non contradicunt: ſed aliud eſt quod ſponte impenditur nature: aliud quod preceptis diuerſis ex charitate debetur obedientie: hi nimirum ⁊ proximum diligunt ⁊ tamen illa ſublimia dilectionis premia non aſſequuntur: quia amorem ſuum non ſpiritualiter ſed carnaliter impendunt. Sed poteſt dici ꝙ iſtud intelligitur de actibus qui naturaliter contingunt ⁊ ꝙ iſtud non poteſt iuuare doctorem ſeraphicum: patet quia ſancti idem dicerent in religioſis iſto ſeptenario numero concluſionū ¶ Ad titulū queſtionis in vno ſenſu contenti ad ſecundum ſenſum deſcendamus oportet Circa illum varius eſt modus reſpōdendi hominū: vn⁹ eſt fratris Guillermi okam nō ponētis actū volūtatis indifferētē. Sed dicit aliquē talē eſſe intriſece bonuꝫ

aliorum alius eſt modus reſpondendi. Sed ad titulum in illo ſenſu ponam concluſiones aliquas. ¶ Prima eſt idem actus imperatus eſt primo bonus ⁊ poſtea malus. ¶ Secunda concluſio. non eſt idem actus elicitus nec in genere moris: nec in genere nature quo quis primo vult adire eccleſiam propter deū: ſecundo propter inanem gloriam. ¶ Tertia concluſio. nullus eſt actus voluntatis intrinſece bonus: ſed quolibet tali dato poteſt eſſe ſucceſſiue bonus ⁊ malus. Prima iſtarum concluſionum patet de actu imperato: ſi ponatur motus localis res diſtincta a mobili ⁊ a loco. Jam idē motus ſecundum continuationem partium poteſt imperari ab actu bono ⁊ malo: ergo erit bonus ⁊ malus. conſequentia tenet bonitatem et maliciam ab actu interiori elicito actus exterior accipit. Si dicas motus non manet ſed partes fluunt et influunt. accipito viſionem et multos alios actus ad manum. ¶ Secunda concluſio probatur. Illi duo actus ſpecie diſtinguuntur eſſentialiter: ergo non eſt idem actus cōtinuatus: cōſequentia claret ⁊ antecedens patet qꝛ obiecta illorū actuū interiorum ſpecie diſtinguuntur: ergo ⁊ illi actus. conſequentia eſt nota in philoſophia. Potentie diſtinguunt per actus: ⁊ actus per obiecta ſecundo de anima. ¶ Tertia concluſio ſic probatur ſi eſſet aliquis actus intrinſece bonus (vt dicit opināo) maxime eſſꝫ dilectio dei: ſed illa nō eſt intrinſece bona: ergo nullus actus eſt intrinſece bon⁹: conſequentia tenet a tota conditionali cum deſtructione conſequentis ad deſtructionē antecedentis: Probatio minoris illa poteſt fieri extra ſubiectum ⁊ tunc non erit bōa neqꝫ mala moraliter: Sꝫ dicis te itelligere de actu manēte ī volūtate ſꝫ de illo etiā ꝓbat̄ ꝓpoſitū ille act⁹ pōt eē ī volūtate ꝯtinuat⁹ ꝯtra ꝯſciētiā ſiue erroneā ſiue rectā ꝛ non refert: ſed omne quod eſt cōtra ꝯſciētiam eſt peccatum: vt patet per gloſam ad Romanos decimo quarto. ⁊ ex ſuperioribus dictis. ¶ Secundo arguitur ad idem Eliceat ſortes vnum actum cōtinuo per vnam horam in cuius ſecunda medietate illū actum prohibeat deus cum precipiēdo in priori medietate hore vel relinquens eum eſſe de conſilio Tunc ſic ille act⁹ qui erat meritorius ī priori medietate hore in poſteriori erit demeritorius: quia cōtra preceptū dei. Dicis ꝙ eſt alius actus non modo in numero: ſed ſpecie propter alietatem ſpecificam obiecti: circumſtantia precepti cadit in ratione obiecti in ſecūda medietate hore: hoc nō valet: licet ſit preceptum non oportet illud cadere in ratione obiecti: ſolum erit circumſtantia actum circūſtās Sortes poteſt habere hoc velle quo vult deo bonum: continuando illud in eadem intentione graduali vel actum parum remittendo: parum intereſt in vno tempore in cui⁹ poſteriori parte prohibeatur. Dicis habebit aliud dictamen in vna medietate hore q̄ in alia hoc modo impedit argumētū qꝛ illud nō cadit in ratiōe obiecti. Fortaſſis dicis: iſte actus eſt intrinſece bonus diligo deum: quia ſic dictatum eſt a recta ratiōe: ⁊ ille act⁹ non poteſt fieri malus: quia ſi ille actus voluntatis eſſet malus decedit recta ratio. ⁊ per cōſequens non manebit obiectum eius Qꝛ deficiente obiecto actus actū decreſcere neceſſe eſt. hoc non valet: ſed tacita mediocrium deceptio: quod probatur dictamē prudētiale nihil aliud eſt q̄ propoſitio ipſa dictans qualiter actu fieri debet vel aſſenſus propoſitionis dictantis ſiuē dictamen fuerit verum ſiue falſum quod eſt partiale obiectum in propoſito manet eadem propoſitio. ergo eſſentialiter manet idē obiectū licet vno tēpore dictamē ſit verum ⁊ alio tempore ſit falſum. ¶ Preterea arguitur ſic idem actus numero eſt primo minus peccatum mortale ⁊ poſtea maius: ergo per idem nullus eſt actus intrinſece bonus: antecedens patet: capio actum quo ſortes vult cognoſcere hanc demonſtrando bertham nondum coniugatam ipſo actum continuāte ineat ipſa fedus matrimonij per verba de preſenti in preſentia platonis qꝛ ſponſalia de eſſentia matrimonij non ſunt tūc volitio ſortis ab inſtanti matrimonij eſt adulteriū: ⁊ añ illud inſtās erat ſimplex fornicatio. Sed dices iſte act⁹ eſt ſolum adulterium volo cognoſcere hanc cōiugatā: et iſte actus eſt fornicatio ſimplex volo cognoſcere hāc ſolutam. Contra. Actus quos ſignaui ſunt circa venerea ⁊ nō ſunt caſtitates: ergo ſunt luxus. ⁊ ſub nulla ſpecie contenti niſi ſub fornicatione ſimplici et adulterio. igitur. Confirmatur hoc per actus quos ipſe das: continuat ſortes iſtum actum volo cognoſcere hanc ſolutā (ſicut poſuimus in priori argumēto:) tunc ſic. Ille act⁹ in ſecunda medietate ore vel temporis erit adulterium ⁊ in priori medietate fornicatio ſimplex. ergo propoſitum. Alioquin cōcedere habebis ꝙ iſte actus eſt fornicatio ſimplex volo cognoſcere hanc ſolutam demōſtrādo vxorem vicini tui notam eſſe talem: quo nihil abſurdius. ¶ Sed contra cōcluſionem iſtam arguitur ex ea ſequitur ꝙ actus de ſpecie in ſpeciem eſſentialem labetur quod eſt inconueniens: conſequentia patet quia primo eſt bonus ⁊ poſtea malus vel econuerſo. ¶ Secundo arguitur argumentis illius viri quibus probat ſuā poſitionem aliquis actus eſt contingēter ſtudioſus: ergo aliquis eſt neceſſario ſtudioſus: tenet conſequentia quia omnis actus ſtudioſus cōtingenter eſt de ſe indifferens ad eſſe vicioſum et ſtudioſum: ſi ergo ſit determinate ſtudioſus hoc erit per conformitatē eius ad alium actum interiorem ſtudioſum: aut ergo ille actus interior eſt contingenter ſtudioſus aut neceſſario. Si ſecūdum habetur propoſitum. Si primum queritur ſimiliter de illo ſecūdo actu ſicut de primo. ⁊ oportet dare tertium propter quem ſecundus ſit determinate ſtudioſus ⁊ ita fieret proceſſus in infinitum qui eſt impoſſibilis tunc enim nullus actus eſſꝫ ſtudioſus quia non poteſt deueniri ad primum propter quem alij dicūtur ſtudioſi. Quod autem omnis actus contingenter ſtudioſus fiat ſtudioſus determinate per alium actum ſtudioſum nouum probatur: quia non poteſt fieri actus nō ſtudioſus de nouo ſtudioſus niſi per mutationem aliquam ſcilicet productionem tantum alicuius noui: aut per deſtructionem alicuius preexiſtentis: quia non poteſt fieri tranſitus ſine mutatione. Non autem in propoſito fit illa mutatio ſiue tranſitus per deſtructionem: manifeſtum eſt ergo aliquod nouum producere. Illū autē non poteſt eſſe niſi actus nouus ſtudioſus libere a volūtate elicitus. Probat̄ quia impoſſibile eſt actum non ſtudioſum fieri ſtudioſum per actum naturalem ⁊ non liberum qui eſt ī poteſtate voluntatis. Quia propter actum naturalem nihil eſt laudabile vel vituperabile Omnis actus autem preter actum volūtatis: eſt naturalis ⁊ nō in ptāte volūtatis: ergo neceſſe eſt actū illū nouū per cuius conformitatē actus nō ſtudioſus fit ſtudioſ⁹ eſſe actum liberum et in poteſtate voluntatis. Ex quo ſequitur ꝙ actus non poteſt fieri ſtudioſus qui prius fuit non ſtudioſus per ſolam coexiſtentiam nouam recte rationis: niſi interueniat actus voluntatis quem libere elicit ſecundum dictamen rationis. Et propter hoc nullus actus fit de nouo ſtudioſus. Patꝫ de actu interiori elicito: Quia ſi fuerit in voluntate actus elicitus quo vult voluntas aliquid volibile conueniens

propter debitum finem cum ceteris circunſtantiis om̄ibus requiſitis excepto ꝙ non elicuit propter hoc. q̄ ſic ratio dictauit. Ille actus nõ eſt ſtudioſus quia q̄uis voluntas ſic eliciẽdo elicuit qđ iuſtũ eſt ſed non quomodo iuſte operatur. id eſt non quia iuſtum eſt ſic enim iuſti operantur que iuſta ſunt vt patet. ij. ethicorum. Ad primum negatur ꝙ actus de ſpecie eſſentiali in ſpeciez eſſentialem labatur: bene autem labitur in aliam ⁊ aliã ſpeciem moris ⁊ illic nullum eſt inconueniens Ad ſecũdum conceditur ꝙ aliquis actus eſt contingẽter ſtudioſus ſed nego ꝓpterea ꝙ aliquis actus ſit neceſſario ſtudioſus: ⁊ quando probas conſequentiam dicens ꝙ omnis actus ſtudioſus contingenter eſt de ſe indifferẽs ad eſſe ſtudioſum ⁊ vicioſum: hoc ego concedo: ſtat eundez actum ſucceſſiue eſſe bonum ⁊ malum nec erit determinate bonus per conformitatem ad alium actuz interiorem: immo ille eſt actus interior ipſius volũtatis habens obiectum debitum ſufficienter refertur in finẽ debitum: ⁊ prudentiam habet circunſtantem et hoc ſufficit ad bonitatem illius actus. Et quando arguens dicit ꝙ actus non ſtudioſus non poteſt fieri ſtudioſus niſi per productionez alicuius noui aut per deſtructionẽ alicuius preexiſtentis: falſum eſt. illud preceptũ et prohibitio que extrinceſe cadunt bonitatem in maliciam vertunt: et econuerſo prudentia circunſtans ſufficit: licet nõ cadat in ratione obiecti. Et ſi dicas: ſtat ſortem in intellectu habere hoc iudiciũ danda eſt elemoſina huic pauperi: ⁊ velle dare nõ q̄ ratio hoc dictat ſed ex mera libertate voluntatis ille actus voluntatis non erit bonus. et tamen ibi eſt conformitas actus voluntatis ad prudentiam. Iſtud nihil eſt dictu: ſi intellectus habeat hoc iudiciũ danda eſt elemoſina huic pauperi propter deum: et voluntas habeat hoc velle cõformiter ad hoc iudicium puta volo dare huic pauperi elemoſinam propter deum. Iſte actus voluntatis eſt multum bonus ⁊ tamen recta ratio non cadit in ratione obiecti. ¶ Secundo dando arguenti totum quod querit eſt bene remotus a propoſito Iſte actus volo dare elemoſinam: quia recta ratio dictat: huic cõtinuatus poteſt eſſe nõ acceptus quia deus mere gratis acceptat actũ ad premiũ immo poteſt eſſe deacceptus propter prohibitionẽ ¶ Tertio dicitur iſte actus eſt bonꝰ: volo dare huic elemoſinam dummodo eſt prudentia in intellectu poſita relatione: de qua loquuti ſumus in queſtione precedẽti: ⁊ cum actus bonus requirit coexiſtentiam prudẽtie vt patet ſexto Ethicorũ ⁊ poſthac in tertio patebit anteꝙ ponebatur prudẽtia actus nõ erat bonus: ipſa poſita actus erit bonus prudẽtia bene eſt in poteſtate noſtra ⁊ quando non eſſet in facultate noſtra propter illã non laudamur nec vituperamur: ſed per actum ſpontaneum voluntatis.

¶ Diſtinctionis. xli.
Queſtio. iij.

QUia magiſter in hac diſtinctiõe loquitur de actibus infidelium an ſint peccata vt patet in primis capitibus huiꝰ diſtictionis Gratia illius queritur an quilibet actus fidelis ſit peccatum (loquimur de īfideli nichil prorſus fidei habente q̄ de heretico ⁊ ſciſmatico non vertitur in dubium quin actus bonis habere poſſit. Circa hanc queſtionem due ſunt propoſitiones extreme quarum pars affirmatiua opinione mea eſt vera. Probatur ſic quia dato oppoſito concluſionis nec gẽtiles philoſophi vt Tullius ⁊ Ariſtoteles Cato vel Fabricius poterat habere actum moraliter bonum: ſed quilibet actus eorum (vt aduerſarij dicũt) erat peccatum quod non videtur eſſe dicendum. ¶ Secundo arguitur ad idem Ariſtoteles poterat habere rectum iudicium in intellectu de aliquo agendo vel omittendo (nõ ſecludo auxilium ſpetiale dei) ad quid aliud deſeruiuiſſet ei lumen naturalis intellectus: ⁊ voluntas poterat ſe conformare illi iudicio: ⁊ ſi naturaliter non poterãt deuenire ad hoc ꝙ actus eorum erant referendi in finem vltimum: nõ eſt dicendum propterea ꝙ peccarent. Et iſtud patet per Auguſtinum / Libro quinto de Ciuitate dei. capitulo decimoquinto. Quibus ergo non erat daturus deus vitam eternam cum ſanctis angelis ſuis ſine ꝙ hanc eis terrenam gloriam excellentiſſimi impij cõcederet non redderetur merces bonis actibus eorũ id eſt virtutibus quibus ad tantam gloriam peruenire nitebantur: ⁊ poſtea ſubiungit ꝙ de ſummi ⁊ veri dei iuſticia cõquerãtur: perceperunt mercedem ſuam alioquĩ incaſſum templum virtutis ꝓpe templum honoris locaſſent ad quod nulli aditus patuit niſi per templũ virtutis. Sed contra iſtam concluſionem arguitur ſic per gloſam ad Romanos quartodecimo ſuper illo verbo apoſtoli. Omne autez quod non eſt ex fide peccatũ eſt: vbi marginalis gloſa / omnis vita infidelium peccatuz eſt ⁊ nihil bonum ſine ſummo bono vbi deeſt agnitio veritatis eterne. ¶ Secundo infideles non referũt ſuos actus in deum ergo eorum actus ſunt peccata. ¶ Ad primum exponit gloſa interlinearis quod ſit contra fidez id eſt contra conſcientiam vt credatur malũ eſſe: ad gloſam marginalem: omnis vita infidelium peccatum eſt vno modo exponitur ſic: Omnis vita eorum: id eſt totalis vita eorum peccatum eſt: id eſt difformis rationi. Vel ſic omnis vita eorum eſt peccatum: id eſt in tota vita eorum manent in peccato. ¶ Tertio ſic vita eorum ex infidelitate procedens eſt peccatum. ¶ Ad ſecundũ cõcedo antecedens: ſufficit ꝙ ſuus actus referãt in aliquem finem honeſtum vt Cicero vult adire ſenatũ: vt oret: vult orare vt catilinam in ſua conſpiratione cõuincat ⁊ vt rempublicaz tueatur Hoc in lumine naturali videtur bonum honeſtum ⁊ ad bonitatem moralem ſufficit. ¶ Sed contra hoc arguit̃ ſequeretur ꝙ fruitio creature fieret ſine peccato cuius peccatum ex prima diſtinctione primi patuit: ⁊ conſequentia patz quia Tullius iſtum actum non refert in finem increatum: ſed ipſuz facit ob finez creatum in quo quieſcit. ¶ Ad hãc replicã negatur ſequela licet volũtas Tullij in fine creato maneat tamen actus ille eſt referibilis vlterius in finẽ increatum: ⁊ hoc ordinate: ⁊ ſic non eſt proprie fruitio ſi quenlibet actum voluntatis fruitionem voces quo manet actuale propoſitum in creatura: ſic termino capto non omnis fruitio eſt peccatum in prima diſtinctiõe primi: Dixi eſt de nomine cõtendere an ponatur actus medius inter vti ⁊ frui per vtriuſꝙ extremi negationẽ: puta qui nec eſt vti nec frui copulatim vel copulatiue ⁊ dependet ex relatione actuali vel habituali: illic diximus reputatos viros cõtẽdere de ſolo noĩe ⁊ ĩ ſẽtẽtia cõueniunt. Aliq̄ dicũt re rõe eiꝰ ẽ ꝙ actualiter fiat ꝓpť aliõ vt dilectio ſorti ꝓpť deũ: alij dicũt relationẽ hitualẽ ſufficere. ¶ Tertio arguit̃ ſine fide ĩpoſſibile ẽ placere deo

ad hebreos vndecimo. ⁊ Auguſtinus quinto de ciuitate dei. capitulo duodecimo. et multis ſequentibus de Romanis loquens dicit ꝙ non fecerũt veras virtutes.

¶ Ad tertium dicitur concedendo illud cum maneant in infidelitate et mortali peccato deo non placẽt: ſed ex illo non ſequitur ꝙ nullos actꝰ moraliter bonos faciant. ¶ Ad aliud de beato Auguſtino dicatur: ꝙ ipſe loquitur de actibus fructuoſis ad vitam eternam: ⁊ cũ charitatem non habeãt tales actus habere nequeunt: Charitas eſt forma virtutum id eſt dat actibus virtutũ eſſe meritorios vite eterne: et ſic intelligantur ſimiles auctoritates de hac materia loquentes.

## ¶ Diſtinctio. xlij.

CUm autem volũtas mala/et operatio ſint peccatum: queri ſolet vtruȝ in eodem homīe et circa eãdem rem hec duo vnum ſint peccatuȝ an diuerſa ⁊c. Et infra capitulo ſexto. Modi autem peccatorum varias i ſcriptura habent diſtictiones: in qua dicitur peccatum duobus modis committi: ſcilicet cupiditate ⁊ timore. vt Auguſtinꝰ tradit ſuper illum locum Pſalmi Inceſa igni et ſuffoſſa ⁊ cetera. Alibi vero dicit peccatum fieri tribus mōis: ſcilicȝ cogitatu: verbo et opere. His etiam aliquãdo additur quartus modus: ſcilicȝ cõſuetudinis: quod in quatriduano Lazaro ſignificatuȝ eſt. Dicitur quoqꝫ homo peccare in deum: in ſe: et in proximum. In deum: cum de eo male ſentit: vt hereticus: Vel qui que dei ſunt vſurpare preſumit indigne participãdo ſacramentis: vel quãdo nomen dei peierando contemptibile facit. In proximũ peccat/cum proximum iniuſte ledit. In ſe vero cum ſibi et non alij nocet.

### ¶ Diſtinctionis. xlij. Queſtio. i.

QUia in iſta quadrageſima ſecunda diſtinctione: capite ſexto. Magiſter ponit vnam diuiſionem peccatorum: Quero circa illud: an ſit aliqua pura omiſſio: hoc eſt querere an aliqs peccet nullum actum voluntatis habendo: Pla ȝ aliquibꝰ dicere ꝙ nullus omittit vel peccat nullum actum voluntatis habẽdo ſemper habet nolle impletiuum precepti vel velle facere aliquod incõpoſſibile illi precepto ¶ Sed contra hoc arguitur ſigno ſortem omnis culpe expertem: ⁊ pono materiaȝ precepti affirmatiui. in hac hora vel in eius medietate: puta dilectione dei vel honore parentum vel de extrahendo boue vł equo ſui proximi de puteo: volo ꝙ pro toto illo tempore ſortes nullum actuȝ eliceat non ſuffragando extrahere bouem de puteo: nõ pono ꝙ habeat nolle ſcꝫ licet ꝙ nollit extrahere. ſed caſus ponit ꝙ neqꝫ velit neqꝫ nolit: cum voluntas eſt libera poteſt pro breui mora quẽlibet actum voluntatis ſpontaneũ remouere: Dicere ꝙ habet interpretatiue actum poſitiuum eſt ponere puram omiſſionem ⁊ ſolum verbaliter diffugere. ¶ Secundo arguitur ad idem ponendo ꝙ quis habeat iudicium rationis: hoc eſt conſcientiam ꝙ aliquis actus voluntatis eſt eliciendus ⁊ nulluȝ eliceat: talis peccat cũ ſue conſcientie dictãte ꝙ tenetur ſub pena peccati mortalis actum elicere (ſicut ſupponimus) contrauenit. Sed dices de neceſſitate habet velle vel nolle in ſenſu compoſito ſed non in ſenſu diuiſo. ¶ Contra hoc arguitur quẽlibet actum voluntatis ſecludere poteſt volũtas ergo poteſt ſe facere ſine actu. Forte dicis quolibet actu voluntatis voluntas poteſt carere: et quolibȝ actu voluntatis ſiue poteſt voluntas eſſe: ſed volũtas non poteſt eſſe ſine actu voluntatis: in vna eſt determinatio accepta vnica acceptione cum ſuo determinabili ſub qua non licebat aſcẽdere copulatiue dato ꝙ diſtribuatur: ſed potius diſiunctim: ſecus eſt autem in alia. vbi determinatio non accipitur vnica acceptione cum ſuo determinabili: et ſic ex vna propoſitione vel aſcendente ad illam non concluditur alia. ¶ Sed cõtra hoc arguitur: quia tunc nihil intereſſet inter agens naturale et agens a propoſito quod eſt falſum. vt patet ſecundo Phyſicorum ⁊ contra omnem ſcholam. Et conſeqũtia patet: quia ſicut ignis non poteſt non cauſare calorem in paſſum applicatum et non impeditum: ſic volũtas de neceſſitate cauſat vnum actum ⁊ ſemper cauſabit actum potiſſimum in vigilia: quod eſt contra experientiam et omnem philoſophiam. Forte dicet protervus ignis paſſo applicato non poteſt non cauſare hũc calorem quem nunc cauſat: ſecus eſt de volũtate. actũ quem poteſt nunc cauſare poteſt non cauſare: vel actũ quem nunc nõ cauſat poteſt cauſare Et ſic ſaluatur ꝙ voluntas per iſtos actus meretur: ⁊ eſt libera reſpectu iſtius vel illius: ⁊ reſpectu cuiuſlibet eſt libera et tamẽ non poteſt carere actu. Contra hoc ſic argumentor. probo ꝙ hoc mihi det aditum ad principale cum ſortes debet extrahere equum vicini ſui de cauerna: pono ꝙ non habeat iſtum actum nolo extrahere equum habendo alios actus circa materias impertinentes et nõ extrahat equum. Iſto caſu vltra omnem actum poſitiuum. datur vna pura omiſſio quod pretendimus. ¶ Alterꝰ ſequitur ꝙ habendo hoc diſiunctum in voluntate volo vel nolo nõ merebor: cuȝ de neceſſitate habeo velle vel nolle et actus meritorius debebit eſſe liber. Iſta ratio non valet mox dicerent nõ eſt neceſſe habere iſtos actꝰ quia licet velle vel nolle voluntas ſemper habet extra ſomnum: tamen non oportet ꝙ velit nolle vel velle. Secundo diceretur ꝙ eſto ꝙ haberet illud diſiunctum de neceſſitate: hoc eſt vnã partem vel aliam tamen per vtrãqꝫ illarum mereretur. et ſic per totum ratione partium. ¶ Tertio dicitur licet neceſſe ſit habere diſiunctum in aliquo gradu: tamen voluntas ſua ſponte elicit actum in hoc gradu vel in illo. licet iſta ratio non concludat prior tamen propoſitum ſufficienter oſtendere videtur.

¶ Tertio arguit ſic. bene ſequitur ſortes tenet conteri de a/mortali hodie et non conteritur. ergo peccat ſʒ quicquid ſtat cum añte ſtat cum ꝯñte: omittere culpabiliter ſtat cum añte: ergo ſtat cum ꝯñte: et iſtud intelligo in vigilante et hñte vſum rationis: etiaʒ aduertẽte. Iſtud argumentuʒ et primum ad hoc deducunt ſic. Propterea dubium nullũ debet eſſe quin detur aliqua pura omiſſio ad culpam imputabilis nulluʒ actũ habendo pro tempore et loco quo homo tenetur habere. et miror quomodo Halenſis et Adam vvodhã nr̃ vicinus illam partem tueri ſatagebãt: viſo ꝙ clariore erãt ingenio: alijs doctorellis danda eſt venia in talib⁹ delirijs. ¶ Contra iſtam ꝯcluſionem multiplici argumento inſtabimus: vt veritas amplius pateſiat. Et p̃mum argumentum erit venando entitatem omiſſiõis: talis eſt modus theologi in philoſophia educati potiſſimuʒ apud recentiores. Et ſic argumentor: nihil ẽ peccatum omiſſionis. ergo nulla eſt pura omiſſio: ꝯña iſta eſt clara viſo ꝙ priuationes more aliorum renuo et capio nihil contra ens vel entia. hoc illud diſiunctum infinitando vnica infinitatione. añs ptʒ querẽdo de iſta omiſſione: vel iſte homo omittens vel anima: et ſic erit homo ratione partis vel aliquid aliud: nullum aliud dari poteſt: nec ꝙ homo ſit omiſſio patet ſic: ex hoc ſequuntur he concluſiones. ¶ Prima peccatuʒ omiſſionis habet vxorem et liberos. ¶ Secunda peccatum omiſſionis contrahit matrimoniuʒ cũ peccato omiſſionis. ¶ Tertia propoſitio. peccatuʒ omiſſionis ſcribit vel ſtudet tempore quo audienda eſt res diuina. Due prime propoſitiones clarent ex dictis. ¶ Rñdetur ꝙ peccatum omiſſionis eſt homo omittens: ſed hoc complexum peccatum omiſſionis nõ ſupponit abſolute ꝓ homine: ſed connotat ꝙ omittat facere quod tenetur: et tunc homo eſt peccatum omiſſionis. Ex iſto patet ꝙ propoſitiones illate ſunt veritati conſone quas concedo. ¶ Quarta ꝓpoſitio. Peccatum omiſſionis erit ĩ celo: patet. qꝛ hic homo erit ĩ celo hic homo eſt vel erit peccatum omiſſionis. ꝗ peccatum omiſſionis erit ĩ celo. Cum hac ſtant iſte due propõẽs nihil erit peccatum omiſſionis in celo/nullum peccatum commiſſionis ꝓprie capiendo terminum pro actu illicito. hoc dico propter membra impara ab actu interiore. ¶ Quinta ꝓpoſitio patʒ: quia anteꝗ̃ quis erit in celo auferetur illa omiſſio. Non dico ꝙ hec cõmiſſio auferetur quia nõ eſt ꝯñs ad aliam ob variam appellationem. ¶ Alia ꝓpoſitio datis duob⁹: lʒ magno et paruo equaliter culpabiliter omittentibus omiſſio maioris eſt res maior ſed non eſt maior omiſſio: ſed equalis omiſſio. ¶ Alia ꝓpoſitio. Stat dare d'ias omiſſiones equalis magnitudinis: et tamen erunt inequales omiſſiones. hoc eſt ſtat ꝙ vnus grauius omittat ꝗ̃ alter. Nec hec ꝯña eſt vlla ſortes eſt maior omiſſio ꝗ̃ Plato. ergo eſt res maior: nam arguitur ab inferiori ad ſuperius reſpectu totius extremi: et variatur appellatio. ¶ Secũdo arguitur. ſortes non poteſt habere actum ꝗ̃tecunꝗ intẽſionis nec ꝗ̃tecũꝗ remiſſionis. ergo voluntas non eſt libera in productione ſuoꝝ actuum. ergo probatio erat nulla. ¶ Tertio arguitur: ſequitur ꝙ ambulans põt ſimpliciter voluntatem ſuſpendere ab actu: et tamen continuo ambulabit. ꝯñs eſt falſum. ¶ Ad ſecundum conceditur capacitas actiua ſua eſt finita et terminat in maximo actu quem poteſt habere: licʒ potentia portatiua ſortis in minimũ pondus quod non poteſt portare terminetur: ſecus eſt de iſto actu animaʒ informãte ꝙ aliud extremũ negetur actus eſſe remiſſiſſimus.

¶ Ad tertium argumentum conceditur ꝙ homo frequenter incedit non habendo actum voluntatis ꝓ im̃petũ cauſatũ in mẽbris qui ſtim mouet ſcḋm loquẽtes in philoſophia. et hoc poteſt eſſe ex imaginatione: ſed non diu incedet homo ſine actu volũtatis: nec diu ſine illo manemus vigilantes. ¶ Quarto arguitur. ſi eſſʒ aliqua pura omiſſio ſequeretur ꝙ aliqˢ peccaret ꝓ tẽpore quo eſt impoſſibile ei implere preceptum. ꝯñs eſt falſum. Ad impoſſibile nemo obligat. ff. de re. iu. l. Impoſſibilium. et. ff. de ver. ob. l. Si ſtipuler. ꝯña patʒ ponendo ꝙ aliquis dormiat ea hora qua ſurgendũ eſt ad matutinas puta ſortes religioſus tũc talis omittit nõ ſurgendo ad horas. ¶ Forte dicis tenebatur poſuiſſe ſolicitudinem anteꝗ̃ iuit dormitum: et ſic hora debita ſurrexiſſet. ¶ Cõtra. illa ſolicitudine data poterat dormire: vt patet de clerico qui amiſit beneficium ob galli ſilentium cuius ante femur leſerat: et licet hec ficto fuerit tamen hoc quod pretendimus per eam eſt verum. ¶ Rñdetur ꝯña eſt nulla ponẽs ſe ad dormiendum de nocte etiam religioſus vel quicunꝗ alter dormiẽs tẽpore matutinarum non omittit culpabiliter. Probatio: quando iuit dormitũ dedit operam rei licite: ſcʒ ſõno in quo eius ratio ligatur. ergo tunc non peccat: qꝛ poterat ex laſſitudine itineris: ex comeſtione papauaris ⁊ multaꝝ aliarum herbarum vel ex plendidiori cena ſolito diutius dormire. ¶ Secunda propoſitio. Si quis dementiam vel ebrietatẽ ſine culpa incurrit illo tempore non culpabiliter omittit: patʒ quia tunc non eſt capax rationis: nec incapacitatem ex culpa ſua incurrebat. ¶ Tertia propoſitio. Si quis huiuſmodi impedimenta ex culpa prima puta temulẽtiam vel ſomnum incurrebat. illo tempore non omittit. Hec cõcluſio probata eſt in. 17. diſtinctione quarti de ebrietate. ergo a fortiori ita erit de impedimento per ſomnum: vel ſi per obliuionem ꝯtingat: ſi quis fecit vnum actũ malum per quem erat veriſimile ꝙ debebat omittere: grauius peccat via cõmiſſionis: vt exceſſiue bibendo: vel inutiliter protrahendo nocteʒ ꝑ ocioſas fabulas: ſed tempore quo dormit vel non cogitat: non imputabiliter omittit: tunc omittit cum actualiter conſyderat de precepto: et omnem actum voluntatis ſecludit. ¶ Vltima propoſitio. Si quis omittit opus quod tenetur facere pro tempore quo eſt in actuali ratione puta extra huiuſcemodi impedimẽta talis culpabiliter omittit. ¶ Ad hanc propoſitionẽ dergunt probationes concluſionis principalis. ¶ Sed contra primam concluſionem arguitur ſic. Scholaſticos non excitatos hora regens pcutit: nemo debet puniri ſine culpa ergo iſte iuuenis peccauit non veniendo ad lectionem hora quinta. Huic rñdetur. aliquis punitur ſine culpa ſed non ſine cauſa pena temporali. patet de religioſis qui puniuntur ob labefactationes ſtatutorum: ⁊ tamẽ huiuſcemodi traſgreſſiones non ſunt culpe: ſic regens non percutit iſtum ſine cauſa: vt ſolicitius in poſteruʒ cum excitatore colloquatur de eo excitãdo. Forte non petebat aditus illi. ¶ Secũdo non conſtat regenti de innocentia huius ſi crederet cum ſua cauſa in eo nunꝗ̃ reperietur error. ¶ Tertio quando eſt bonus ſtudens ẽ iſta apparẽtia de eius innocentia non eſt percutiẽdus: immo vbi interdum dormitat cum humanitate ẽ venia donandus: qui nimis emũgit elicit ſanguinem. ¶ Quinto arguitur ſic. Ex iſta concluſione ſequitur ꝙ de communi lege aliquis meretur ĩ infinitũ premiũ extenſiue. ꝯñs eſt falſum. ergo ⁊ añs. Falſitas ꝯſequẽtis relinquitur nota. et probo ꝯſequentiaʒ: quia cadẽ

vis aliquis pure omittendo poteſt mereri: quia Deus non eſt pronior ad cōdemnandum q̄ ad miſerendum: quod ſi cocedas. ergo in quolibet tempore q̄tuncunq₃ paruo et dormiendo merebitur/ quod non eſt admittēdum. ¶ Forte dicis ꝙ non ſemper merebitur: ſed quādo eſt in preſentia obiecti ad exeundū in actum malū et nullum actum elicit: vt puta ſortes venit in domū in qua reperit aurum qđ furto auferre poteſt non tamen furatur: nec habet nolle furari: quia per illud nolle mereretur: nec de hoc contendimus: ſed nullū actū habendo merebitur. ¶ Sed contra. iſto dato vigilando ſemper mereberis ſine aliquo actu volūtatis quod non eſt concedendum: quod ſic patet. ſemper in preſentia tui habebis materiam furti: rapine luxurie: et aliorum preceptorum negatiuorum: et ſaltem talis materia ſemper erit preſens obiectiue: ſic homo merebitur non occidendo ſeipm̄ nullum actum voluntatis habēdo: quia ipſemet homo ē materia homicidij. ¶ Forte dicis quando obiectum multum allicit: nullū actū habendo homo meretur. ¶ Cōtra. boni libri pulchre veſtes: mulieres: et multa alia alliciunt: et ſic non euitatꝫ concluſio quā inducimus. Hic pōt homo dicere duobꝰ modis ꝙ homo poteſt mereri per puram omiſſionem: ſed illa omiſſio non erit ſine actu bono/ qui illam omiſſionem imperat. hoc eſt qui facit hominē omittere malum: vt ſic volo ſeruare precepta dei in preſentia ſcutorum repertoꝝ non eliciendo nolle: ſed ꝙ hec volitio q̄ volo ſeruare precepta dei imperat omiſſionem de furto: et ſic mereor et per omiſſionem: et per actum poſitiuum voluntatis: et ſic non ſequitur ꝙ quis merebitur premium infinitum: quia non erant iſte omiſſiones meritorie ſine bonis actibus que imperant eas: et q: tales poſitiui actus non ſunt infiniti: nec infinite erunt omiſſiones meritorie. ¶ Sed contra hoc arguitur. Si volitio de ſeruādis preceptis dei vel dilectio dei imperat iſtam omiſſionem meritoriā: vel hoc erit naturaliter cauſa inferens vel ſponte. Si primū: videtur ꝙ nō debet eſſe meritum diſtinctum ab illo actu poſitiuo. Si ſecundum: q: ille actus poſitiuus poteſt inferre illam omiſſionē: ſic ſemper habebitur illatum. ¶ Secūdo arguitur cōtra vtrunq₃ membrū querendo abs te: quis bonus actus infert illā omiſſionē: vel aliquis ſic: et aliquis non: et probo ꝙ hoc non potes dicere quia ſi vnus actus poſitiuus bonus et meritorius inferat omiſſionem meritoriam propter apprehenſionē materie precepti negatiui: et cum illa materia vbiuis locorum reperiatur: ſemper habebitur omiſſio meritoria. ¶ Forte dicis quando homo habet iudicium completum ꝙ non eſt furandum: nullū actū habendo hō merebitur. Et ex illo iterum non ſequitur/ ꝙ quis merebitur infinitum premium intenſiue: quia non habebit infinita dictamina cōpleta de non furando. ¶ Cōtra. nō ſtamus an ſequatur illatum ſcimus vtrunq₃ iſtorum dicēdo. non ſequitur: ſed videamus an rationabiliter loq̄ris: ſemper homo per te merebitur quando habebit tale iudicium completum de non furando. ergo ſimiliter quando habebit notitiam ſimplicē materie precepti negatiui: et ſic ſemper merebitur. ꝯſequentia patet: q: notitia ſimplex ſufficit ad demeritum: vt in ſexta diſtinctione huius dictum eſt: et ſi hoc non ſufficiat ad meritum deus erit pronior ad condēnandum q̄ ad miſerendum quod pro inconuenienti inter arguendū reputabatur. ¶ Preterea ſi iudicium cōpletum de non furādo ſufficiat ad meritum: iudicium cōpletum de furādo ſufficiet ad meritum ſine actu voluntatis. ergo per iudicium erroneum ſine actu voluntatis continue quis merebitur. Amplius ad quodcunq₃ petiū ſufficit iudicium ad idem petiū ſufficit notitia apprehenſiua ſimplex. ergo habebitur ꝙ quelibet noticia dei vel creature erit meritum: immo et etiam demeritum: quia idem erit obiectum precepti affirmatiui et negatiui. Plato erit obiectum dilectionis dei: propter deum et obiectū precepti negatiui de homicidio: igitur licꝫ quis tergiuerſationes de omiſſione meritoria inuenire poteſt: nec poteſt rationabilior modus q̄ de iſtis imaginationibꝰ factis quarum nulla in preſentiarum mihi plene ſatiſfacit. ¶ Propterea nego ꝯñam principalis argumenti ꝙ quis merebitur infinitum premium intenſiue nemo meretur ſine actu poſitiuo: plura requiruntur ad bene agere q̄ ad male agere: ſolū vno modo q̄s eſt bonus multis modiſq₃ nephandus ſcđo Ethycoꝝ. Et q̄n dicis deus eſt pronior ad miſerendum q̄ ad damnandū Diſtingo: vel ꝙ magis puniat actum malum q̄ puniat actum bonum: et hoc nego: vel ꝙ aliqua pura omiſſio imputatur ad demeritum: et nulla ad meritum et ſic conceditur. ¶ Sed cōtra iſtud arguitur ſic: quia ex illo nullū diſcrimē eſſet inter precepta affirmatiua et negatiua quod ſic oſtenditur: quia ſicut homo non meretur ſine actu precepti affirmatiui. eodemmodo ſine actu precepti negatiui nō merebitur. Preterea ſi quis det alicui habituato peccare in penitentia ꝙ non vlterius iuret: et talis non iurans adimplet penitentiam: et eſt in gratia vt ſupponitur. ergo nullum actū habendo merebitur. ¶ Amplius ſi Achan in occulto reperiēs pallium coccineum: et regulam auream oēm actū ſecluſiſſet inuentum relinquens meritus fuiſſet. Pari formis ſi Joſeph cum reliquit pallium vxori Putiferis oēm actū ſecluſiſſet meritus fuiſſet. ¶ Ad primū iſtorum nego ꝯñam et in hoc non eſt diſcrepantia inter precepta affirmatiua et negatiua. ꝙ quis ad impletionem preceptorum affirmatiuoꝝ debet habere preceptum negatiuum: et negatiua adimplet nullum actū habēdo quo ad mereri: Sed in iſto eſt diſcrimen. negatiua precepta ſemper obligant: et pro ſemper: ſic ſcilꝫ ꝙ homo debet taliter ſe habere qualiter per precepta negatiua denotatur tota ſua vita: patet exemplariter in vno. Non furtum facies. Illud preceptum prohibꝫ furtum hoc eſt precipit non furari: et homo debet taliter ſe habere in quolibet tempore ꝙ non furetur. Precepta affirmatiua ſemper obligant: ſed nōn pro ſemp hoc eſt homo non tenetur ſic ſe habere pro quolibꝫ tēpore qualiter per precepta affirmatiua denotatur: et patet in vno de cultu dei homo non tenetur pro quolibet tempore ſe conformare illi actui: et hoc ampliꝰ patet de precepto affirmatiuo de honore impendēdo parentibus. Jntra viginti annis preteritis honorem nō impendi matri. nec me in hoc tranſgreſſorē reputo ꝓpter loci intercapedinem. ¶ Sed contra iſtud arguitꝫ Homo non tranſgreditur precepta negatiua cum taliter ſe habꝫ qualiter per illa denotatur: ſed nunq̄ vnū actum eliciendo taliter ſe habet: ergo ad impletionē preceptorum negatiuorum nunq̄ tenetur actum elicere. et tamen in multis preceptis affirmatiuis actū tenetur elicere: ergo citius pro ſemper precepta affirmatiua obligant q̄ negatiua cuius oppoſitū clamat omnis ſchola. ¶ Rñſio. Si homo debeat mereri per precepta negatiua. oportet habere aliquem actum poſitiuum: vt in preſentia pecunie nolo furari/ non volo capere alienum inuito domino. ¶ Secunda propoſitio. Non video ꝙ vir eſt tranſgreſſor p̄cepti negatiui nullū

actum habendo: quod patet in vno: eadem eſt ratio in
omnib⁹ in preſentia pecunie vel ego teneor habere nolle
furari vel nō velle. et hoc vel erit ſemper dum pecunia
fuerit preſens vel materia precepti negatiui: et hoc nō
modo eſt falſum. ſed noſtras vires exuperat ſi interdū
aſſigno tempus: et hoc facile poteſt impugnari. Ex iſto
ſequitur q̄ preceptorum negatiuorum ſatiſfactio ab
actibus poſitiuis ortum habet. ¶ Secundo patet q̄
interdum implentur per propoſitionem negatiuā me
ritorie dum tamen eſt actus poſitiuus: vt non volo fu-
rari. ¶ Tertio patet. Licet plerunq̄ tranſgreſſiones
preceptorum affirmatiuorum per omiſſiones fiant ta
men etiam pretermittuntur interdum per actus poſi
tiuos. Prior pars eſt nota. et ſecunda patz de illo qui
facit irreuerentiam detrahendo parenti p̄ tempore quo
deberet reuerentiam exhibere ſi fuerit preceptum mi-
tum: vt vnum cole deū qḋ eſt propoſitio exponibilis
excluſiua: proportionabiliter de alia dicatur ratione p̄
tis affirmatiue et negatiue. ¶ Ad ſecundum argumē-
tum conceditur q̄ illa penitentia eſt rationabilis: ſed
ad mereri requiritur habere actum poſitiuum: ad non
tranſgredi ſufficit omittere habitum peccādi. ¶ Ad
tertium ſolutio patet ex dictis. ¶ Sexto argumentor
probando q̄ pure omittens diligere deum pro tempo-
re quo tenetur eum diligere nullo modo peccat: et ſi ſic
concluſio quā oppugnam⁹ eſt nulla. Aſſumptuz ſic p̄
batur: quia ex illo ſequitur hec cōcluſio. q̄ aliquod ē pec-
catum nullius determinate malicie: et ex illo ſequitur
vna alia q̄ deus neſciret illum punire ſecundum legē
eius poſitam cum nulla ſit ſignanda culpe grauitas.
Hec due cōcluſiones ab omni veritate aliene ſunt. ergo
et concluſio que antecedit ad eas / p̄ña tamen detegit
ſi ſic ſortes in nullo gradu dilectiōis tenetur diligere de
um. ergo omittens deum diligere non peccat. patet cō
ſequentia: ſcḋm proportionem actus quā do. no tenet
elicere creſcit omiſſionis grauitas quod ſic lucide ptz.
Si deus precipiat ſorti diligere eū vt quatuor: plato
ni vt duo: Ciceroni vt vnum: et ita in aliis infinitis geo
metrice decreſcendo in actu. et omittant omnes iſti: ſor
tes plus peccat q̄ plato: quia ad plus obligatur et ma
iori actui ad quē tenebatur obuiat: ergo plus peccat:
quia ſi ſunt duo diſos actus omittente maiorem actū
omittens plus peccat q̄ minorem: et per idem Plato
plus peccat q̄ Cicero: et ſic in abyſſum: ita q̄ ꝯcedere
oportebit in infinitum paruum eſt aliquod peccatū in
hac multitudine: ſed addatur hec propoſitio in qua ē
color argumenti Joannes qui nūc tenetur diligere de
um omittens minus q̄ quicunq̄ iſtorum peccat: patet
quocunq̄ illorum dato omiſſio illius eſt metiēda ſecū-
dum actum dilectionis quā tenetur habere. ſed Joā
nes nunc ſecundum legem ad nullum actum tenetur.
igitur. Non valz dicere quilibet tenetur diligere ex to
to corde: et ex tota mente: quia hoc non debet intelligi
gradualiter: quia tunc nemo ſciret quando impleret p̄
ceptum de dilectione dei et pauciſſimi implerent: ſed il
lud intelligitur appreciatiue. Inſuper dato caſu (qui
poſſibilis eſt) oportet reſpondere ad formam argumē
ti. Dicis datur minimū naturale. act⁹ qḋ p̄t per ſe ſta-
re quem actum homo elicit in inſtanti: et ſecundū mē
ſuram illius actus metienda eſt grauitas illius omiſſi
onis. ¶ Contra hoc arguitur. Eſto q̄ voluntas poteſt
actum aliquem elicere in inſtanti. poteſt tamen actū
elicere pure ſucceſſiue: et dato q̄ teneatur minimū na-
turale in corporalibus non conſtat q̄ illud debet defē-
di in actibus anime: et vt argumento locum dem. Sup
ponatur oppoſitum quod eſt rationabili⁹ hoc adieci
quia difficilimum eſt reuocare ſic reſpōdētē a ſua poſi
tione. ¶ Rn̄detur concedendo iſtas propoſitiones.
¶ Prima eſt. Ad nullum gradum dilectiōis homo te
netur. patet quocunq̄ dato ille eſt alicuius intentiōis
ſed ad tantam intentionem homo non tenetur: immo
medietas illius ſufficit: et ſi illam medietatē dederis
eam in binas partes ſecabo: et reedificabo argumentū
¶ Secunda propoſitio. Neceſſe eſt ſi ſortes debet im-
plere preceptum de dilectione dei q̄ eliciat vnum gra-
dum dilectionis: ita q̄ neceſſe cadat in totam conditio
nalem: patet alioquin nō poteſt adimplere preceptū
de dilectione dei. ¶ Tertia propoſitio. Quēcūq̄ gra-
dum dilectionis elicit adimplet preceptum dei de dile
ctione: patet. talis eſt alternatiue vel diſiunctiue obli
gatus: modo in talibus ſufficit cuiuſcunq̄ partis ad-
impletio. ¶ Secūdo poteſt dici q̄ quemlibet gradum
dilectionis ſortes debet deo pro implēdo illo precepto
ſed ſufficit quencunq̄ gradum dare pro ſatiſfactione
eiuſdem ſicut ſolet declarari in illo ſophiſmate debeo
tibi equum q̄ oēm equum debeā: et quencunq̄ equū
dando ſatiſfacio ſtipulationi de equo: ſed hoc non ſatiſ
facit argumento theologice q̄ nulla determiata pena
pure omiſſioni reſpondeat. Et ad illud deus imputat
illam omiſſionem ad aliquam culpam. pro qua certū
gradum pene imputat quem ipſe nouit. Et ſic licet ad
nullum gradum dilectionis obligemur: tamen eſt pe-
na alicuius determinati gradus ei reſpōdēs. De hoc
argumento in. 46. diſtinctione quarti loquuti ſumus:
et per illum modum ſoluitur talis obiectio vbi vni eēt
preceptum diligere deum quatuor gradib⁹: alteri dili
gere deum quatuor gradib⁹: et vltra: et ambo omittāt
cur dr̄ q̄ ſecund⁹ grauius delinquit q̄ primus: et lz ad
nullum determinatum gradum vltra iſte tenetur dili
gere deū: tn̄. eſt vnus determinat⁹ grad⁹ pene ad quē
deus illam omiſſionē deacceptat que nos fugit: ſicut
de multorum peccatorum penis quo ad gradum con-
tingit. ¶ Septimo arguitur ſic. Pono duos ſortem et
Platonem deuinctos diligere deum in a / hora: omit-
tat ſortes et odiat Plato: tunc ſic ſi ſortes peccat pu-
re omittendo ſequitur q̄ peccatum platonis erit infi-
nite magnum in malicia cui rn̄det infinita pena inten-
ſiue. hoc ꝯn̄s liquet eſſe falſum: ergo aīs eſt falſum. p̄
bo ꝯſequentiam. quelibet pars proportionalis pecca
ti platonis eſt peior tota omiſſione ſortis. Infinite ſūt
partes proportionales cathegorematice non cōicā-
tes in odio platonis. ergo habet infinitas partes qua
rum quelibet erat ita mala vel peior omiſſione ſortis:
q̄ quelibet erat ita mala patet ſic: quia vltra omiſſio-
nem includit actum poſitiuum. ¶ Rn̄detur negando
q̄ illud odium erit infinite malicie: et nego iſtas propo
ſitiones quelibet pars ꝓportionalis illius odii eſt pe
ior hac omiſſione ſecludendo omiſſionem inuolutam in
commiſſione. ¶ Octauo arguitur probando q̄ adhuc
ſequatur q̄ aliquis peccaret infinitis peccatis alia via:
et hoc ſic. Precipiat ſuperior inferiori cōfiteri quodli
bet peccatum vel reuelare quodlibet peccatum quod
ſit facturus cras ante horam duodecimā: et committat
[illegible]tes duo peccata mortalia gratia exempli de per-
iuria que non confitetur: nec reuelat in tempore prece
pto: tunc ſic talis peccat infinitis peccatis patz in pri
obus periuriis: et in vna omiſſione qua omittit: et ſi ſūt
tria peccata que non reuelat dicatur illa omiſſio a. Si
militer erit omiſſio illius omiſſionis cum illam nō cō-
fitetur dicat b / et ſic erit circuit⁹ in infinitum omiſſio-

nibus: et per conſequens infinite peccabit: quod erat ꝓbandum. ¶ Reſpondetur negando ꝙ iſte infinitis peccatis peccet: ſolum erit in tribꝰ peccatis ex hypotheſi: ſcilicet in duabus commiſſionibus: et in vna omiſſiõe. Et ad neruum argumẽti ꝙ erat vna omiſſio illiꝯ omiſſionis et vna ſecunde et vna quarte et ſic ſine ſtatu. Reſpondetur ꝙ illa peccata omiſſionis que tu imaginaris ĩ illa omiſſiõe prima naturalem concathenationem habent ad primam omiſſionem imaginatam: dico imaginata .i. quia ſolum ẽ vna omiſſio. ¶ Nono arguitur ſic Ponendo caſum ꝙ deus precipiat ſorti diligere eum ꝑ hanc horam totam. et omittat: iam ſunt infinite omiſſiones non communicantes. Patet ĩ qualibꝫ parte ꝓportionali huius hore ſortes deuincitur diligere deum ſub pena noui peccati: quia ſi dilexiſſet in prima parte proportionali non diligendo in ſecunda peccaret omittendo. Similiter ſi Plato diligeret in duabus primis partibus non diligendo in reliquis omitteret culpabiliter: et in qualibet parte proportionali quilibet iſtorum poteſt elicere nouam dilectionem dei. hoc ẽ poteſt inchoare nouam cum ſubito poteſt. ponantur infiniti homines vel angeli quibus deus cunctis / ⁊ ſingulis precipit diligere eum per vnam milleſimam partẽ vnius hore vel ꝗtũlibet paruum tempus preceptio: non eſt preter rationem: ⁊ adimplebitur a quolibet iſtorum: et ratiocinatio eſt equa de puſillo et grandi: gratia exempli vtamur rudiori minerua: ſcꝫ integra hora: iaꝫ quilibet iſtorũ omittit demonſtrando iſtos infinitos plus a / primus ꝙ b: ponatur ꝙ a / dilexit in prima parte partitione geometrica: et b / in duabus: et ſic ſeriatiꝫ per nomĩa elementorũ plus b / omittit ꝙ c: quia c / diligit in tribus primis partibus diuiſiõis noſtre: ⁊ c / plꝰ omittit ꝙ d / et cum ſint infiniti. infinite paruũ peccatum datur in hac multitudine. hoc eſt in infinitũ parua eſt aliqua omiſſio in hac multitudine a / peccatum ẽ maximum: ſed ponatur ꝙ ſortes penitus in nulla parte diligat: tam ſortis delictum eſt infinite magnum.

¶ Videtur. caſus non eſt poſſibilis de lege: quia veniendo ad partes proportionales minutas non poteſt actum reſecare ad nutum: opereprecium eſt ſuum actũ durare vltra partẽ illam: ſed data imaginatione ꝙ deus crearet creaturas que actum reſecare poſſunt: vel non libere. ſaltem continuare. hoc eſt continuationem ſpontaneam ad nutum abolere: eſto ꝙ in infinitũ parua eſſet aliqua huius omiſſio. nõ ſequitur ꝙ ſit aliqua infinite magna: ſicut in ſimili in infinitum parua eſt aliqua pars promõtorij bernici: et totum promontoriũ eſt finitum. ¶ Forte dicis tunc habes ꝙ aliqua omiſſio in illa multitudine eſt infinite parua / quod tibi ſufficit: quia non videtur quomodo illa eſt punibilis. etiam hoc eſt impoſſibile: ⁊ ad impoſſibile ſequitur quodlibꝫ: ergo habes ꝙ eſt aliqua omiſſio infinite magna. ¶ Reſpondetur. Imitaris cõditiões canis lanij / qui relicto corpore bouis in obiectum fruſtulũ irruit: quia nondũ conceſſum habes aliquam omiſſionem eſſe infinite paruam: immo quelibet iſtarum omiſſionum eſt finite magna. et quelibet iſtarum eſt finite parua / paruum ⁊ magnum ſolum relatiue opponuntur hic a / omiſſio hariſſima eſt finita: ſic ſi ſortes nullatenus diligit illo tempore finite omittit ad nodũ argumenti. Nego ꝙ ſint infinite omiſſiones equales: quando in qualibꝫ parte eſſet noua omiſſio nõ ſequitur ꝙ tota erit immẽſe magna: quia omiſſio in minore tempore eſt minor: ac ſi acciperes b / pedale ipſum diuidẽdo in partes proportionales proportione dupla vel tripla continuo addẽdo a pedali vnam partem: nunꝗ aggregatum erit tripedale qualibet hora futura: addendo vnam portionẽ nullo die futuro totum erit bipedale. omiſſio in minore tempore erit minor. Sed pone ꝙ deus dicat imputabo ſecundam omiſſionem parem in culpa cũ prima ſi omittat. et tertiam equalem cum ſecunda. Rñdeo nõ inconuenit de potentia dei abſoluta ꝙ quis infinitis omiſſionibus delinquat. ¶ Sed dicis ponamus ꝙ deꝯ precipiat ſorti diligere eum in tota iſta hora: ita ꝙ in ꝗlibet parte proportionali hore reputabitur peccator: cui reſpondet vnus dies pene in inferno preceptũ eſt rationabile ſortes poteſt iſtud implere. cum per totã horam poteſt deum diligere: vel capiatur minus tempus: iam talis infinite peccat. Rñdeo incaſſũ laboras deus ſi voluerit poteſt precipe aliquid ſorti qḋ ſortes poteſt tranſgredi: et reputabitur ad infinita peccata ſi voluerit: ſed non eſt ita nunc de lege quod poteſt ſic declarari. poteſt precipere ſorti diligere eum in qualibet parte ꝓportionali hore: ſub pena equali ſortes poteſt iſtud preceptum implere: quia poteſt deum per totam horam vel horulã diligere: nec requiritur ꝙ diſtincte minutas partes temporis ſortes cognoſcat (prout aliqui rati ſunt) ad hoc ꝙ peccet. patet de dormiendo inſula Sardos ſolũ protegere laboro ꝙ nulli de lege infligitur infinita pena gradualiter vel in acerbitate.

¶ Decimo arguitur in qualibet commiſſione eſt omiſſio. ergo non eſt danda omiſſio de qua loquuti ſumus. añs patꝫ: et capio actum furti quem ſortes habꝫ. Et ſic argumentor ſortes tenetur non habere iſtum actũ furti quem habet: ergo omittit. ¶ Undecimo arguitur. Supponendo ꝙ ſortes nunc primo peccet mortaliter qui prius erat in gratia. Tũc ſic ſortes tenet̃ ſeruare ſuã gratiam quam habet. ergo peccat omittendo gratiã: et ſic quicunq; peccat primo mortaliter peccato commiſſionis et omiſſionis ſimul peccabit. ¶ Ad decimũ negatur añs: ⁊ ad probationem conceditur ꝙ tenetur illum actum non habere: et propterea bene concludit̃ ex illo ꝙ peccat: ſcꝫ peccato cõmiſſionis. omiſſio eſt qñ tenetur habere actum quem non habet. ¶ Ad vndecimum admitto caſum: et diſtingo ꝯñs ꝙ peccet omittẽdo gratiam: vel exponendo illam de gerundio per dum et ſic conceditur: quia tunc peccat mortaliter quando omittit gratiam. eodẽmodo ſi exponatur per ſi. Si exponatur per quia ſic nego ſortes non tenetur ſeruare gratiam ſub pena alterius peccati diſtincti a peccato per quod gratiam amittit. ¶ Duodecimo arguitur. probando ꝙ aliquis omittit faciendo actum precepti tempore quo eſt preceptum. pono caſum ꝙ ſortes non poteſt dicere horas ſuas in minori tempore ꝙ ĩ vna hora: et ꝙ teneatur dicere ante meridiem: et inchoet dicere horas. media hora poſt vndecimã. Tũc ſic ſortes facit actum precepti tempore quo eſt preceptum: tamen omittit. ergo propoſitũ. Deductio patet. ex hypotheſibus in argumentatione poſitis. Diſtigo ꝙ faciat actũ precepti tempore debito: vel ſi loquaris de parte actꝰ et ſic concedo: modo in particiunda illa parte non delinquit ſi loquaris de toto actu cathegoreumatice: nego ꝙ illum faciat tempore quo eſt preceptum. Suppono ꝙ non habeat legitimum impedimentũ temporis protogandi: quia ſtat dare cauſam in qua non tenetur dicere horas vllo pacto: dato ꝙ ſit in ſacris: vt puta lãguet: ⁊ graui morbo laborat quẽ loq; tedet. iſte nõ tenetur dicere horas neq; ſupplere per alium: vt de ieiunio in ſimili caſu contingit. poteſt eſſe cauſa non excuſans pro tota die: ſed ad differendum habet concionẽ facere

in clero vel aliquid quod ſuo officio incumbit/quod requirit totum hominem ante meridiem nolumus tunc dicere ꝙ differre horas ad horam pomeridianam peccatum ſit vllum: ſed hic animaduerſione non indignū eſt retento caſu argumenti/qui per maiorem partē temporis omittit plus peccat ceteris paribus: qui horas oſſuno omittit ante meridiem: plus peccat ꝙ ille ꝙ dicat per mediam horam: et plus peccat ꝙ omittit ꝑ tres quartas vltime hore: ꝙ ille qui omittit per duas tertias talis hore potes tales nexus coniungere ꝙ vnꝰ dicat vnum verbū illa vltima hora: vt Dñe: alius dicat duo verba Domīe labia. tertius tria verba. Dñe labia mea. et ſic per ordinem quouſqꝫ hore complete dicant ab vno querendo de proportione peccatorum ab iſtis commiſſorum: ſed huiuſceñodi intricaturas nunc tibi extricari relinquimus. A talibus quiſquilliis aliūde ſatis retrahimur. ❡ Duodecimo arguitur ſic. Omne peccatum eſt voluntarium: pura omiſſio non eſt voluntaria. ergo pura omiſſio non eſt peccatum. ꝯña tenet ī quarto ſcðe. Et minor patet. voluntas non habꝫ velle quo vult omittere: quia tunc non eſſet pura omiſſio.

❡ Rñdetur ad hoc argumentum negando minorē: qꝛ voluntas ſua ſponte deſerit opꝰ precepti quod poteſt tunc implere voluntas dicitur libere omittere.

❡ Dubitatur vtrum pura ignorantia ſit peccatum.

❡ Rñdetur ꝙ non: ſed homo crebro per ignorantiam incurrit peccatum indoctus tranſiens ad ordines peccat: quia non habet ſcientiam quam tenetur habere in tali dignitate. Similiter peccat capiendo prouinciam ſuis humeris imparē: vt puta magnam curam animarum: nec ex iſto ꝯñs eſt ꝙ homo nō poteſt euadere peccatum: curam animarū habens poteſt officium relinqre: ineruditus ſacerdos non poteſt a tergo ordines derelinquere/qui oſſibꝫ immobiliter adherent: penitet tamen puta de capiendis ordinibus per quem actū peccabat: et non per ſolam ineruditionem: et tunc non erit in peccato. ſuppoſito ꝙ operam improbam nauet pro acquirenda doctrina ſuo ſtatui accommoda.

## ❡ Diſtinctionis .xlij.
## Queſtio ſecunda.

Quia ſolet eē difficultas de reatu peccati: et magiſter vmbratice in littera tangit: ſic multi ſiū. Aliqui relationem rationis ipſum ponētes. Aliqui alio modo calliginoſo procedunt ꝗ circa ad illius queſiti intelligētiam huncritulum queſtionis ꝗrā. Quid remanet in peccatore tranſeunte actuꝫ peccati a quo dicatur peccator. In pmis aliquas concluſiones premittam quibus explicatis patebit illa partitio de peccato ⁊ reatu peccati. de reatu culpe/et reatu pene. ❡ Prima concluſio eſt hec Poſtꝗ ſortes actualiter peccat: nec ſuum peccatum deteſtatur: ſed non amplius cogitat: ſed dormit ſortes eſt peccator: ſed in nullo peccato actuali eſt. prima pars eſt ſuppoſitio ad concluſionē. Prior ergo pars concluſionis: ꝙ eſt actualiter peccatum demōſtrando eum dormientem: verum eſt dicere Iſte eſt actualiter peccator patet: ſi ſic decederet damnaretur perpetuo: et nullus damnaẗ niſi peccator. ❡ Secunda pars patet: licet non proprie homo ſit in peccato: vt patet per modos eſſendi in quos Ariſtē numerāt. Inſunt pars toti ſpecies genus: et calor igni. Rex in regno: res in ſine loco ꝗ locatum. Nec per modos quos grammatici ponunt dicentes. in valet ad propter ſub. in inter vim gerit: et per in contra motum loca tempora priuat et auget: ſed dicimus hominem eſſe in peccato denominatiue capiendo eſſe in: ſecundo intētionaliter vel homo eſt in peccato: id eſt peccator ſicut ſortes eſt in debito. i. debitor. ❡ Tūc probatur ſecunda pars Sortes nullū actum habet in ſomno: ergo nullum peccatuꝫ actuale habet: ergo nō eſt in actuali peccato. ꝯña prima tenet a toto in modo ad ſuam partem negatiue. Scða tenet ab equiualentibus. ❡ Secunda concluſio. Habitus peccati non ſufficit ad ſaluandum aliquem eſſe peccatorem. Probatio. Habitus non eſt homini imputabilis ſtat poſt penitentiam ꝙ maneat habitus non eſt ſcitum in facultate viri poſt productionē actus reſecare mox habitum: ſed vt pulchre exemplificat Ariſtoteles tertio Ethicoꝝ deiaciente a ſe lapidem qui nō poteſt ipſum reſumere ad nutum: ſed homo poteſt ſtatim actuale peccatum ſuum auellere. ❡ Scðo ſtat hoīem eſſe in magna gratia: et habere habituꝫ peccati: nec eſſe debitorē in culpe vel pene. ❡ Tertio habitu totaliter extincto: ſi homo ſuum peccatum non deteſtatus ē adhuc remanet coram deo peccator: et tamen hoc non poteſt tunc ſaluari per habitum: ſed oportꝫ aliud inuenire gratia cuius dicatur peccator quo inuento in caſſum eſt ad habitum volere. ❡ Tertia cōcluſio. Iſte ſortes dormiēs de quo loquimur eſt in reatu peccati. hec concluſio patet ex cōmuni conceſſione oīm. ❡ Quarta concluſio. Reatus peccati eſt aīa vel homo peccatoreus. Probatur hec concluſio. Reatus peccati eſt aliquid ꝑ tertiam precedentem: et non eſt actꝰ: vt ptꝫ per primam concluſionem: nec eſt habitus vt in ſecunda concluſione probatum eſt: et adhuc ſuppetias opꝫ habere ab alia ꝓpoſitiōe ꝙ nihil aliud poteſt ſignare quod ſit reatus peccati: ergo quarta concluſio vera.

❡ Contra primam concluſionem ſic argumētor. Ipſa incompoſſibilia aggregat: ergo eſt male poſita. ꝯña liquet et aňs patet. Idem eſt eſſe pctōrem/⁊ eſſe in actu peccati. ❡ Contra quartam concluſionem arguitur. Ex ea ſequitur ꝙ reatus peccati preceſſit peccatum actuale quod eſt contra om̄em ſcholam. ꝯña patet loqmur de tempore quo ſortes erat ephebus mox poſt regenerationem. Tunc ſic Hic demōſtrando ſortem preceſſit actum peccati. Iſte eſt vel fuit reatus peccati. ergo reatus pctī preceſſit actum peccati. ꝯſequentia tenet cum maiore: ergo oportet dicere ꝙ minor eſt falſa ꝗ eſt quarta concluſio. ❡ Ad primum reſpōdetur. negādo ꝙ incompoſſibilia ipſa colligat. dicimꝰ Aiax Oilei eſt optimus curſor tēpore quo dormit: ſic de Bucephalo in ſtabulo dicimus: ſic in propoſito de peccatore dicendum eſt. ❡ Ad aliud argumentum pono propoſitiones quarum prima eſt. Reatus peccati fuit aň peccatum actuale: et vt meandros ſecludamus originale a propoſito miſſum faciamus. ❡ Secunda propoſitio. Nihil fuit reatus peccati ante peccatum actuale: illa patet propter terminos connotatiuos poſitos a parte predicati: vt non comedi crudum: et piſces crudos comedi. ❡ Tertia propoſitio. Reatus peccati erit qñ non erit reatus pctī. Probatio ſortes erit quando nō erit reatus peccati: ſortes eſt vel erit reatus pctī ergo. ❡ Quarta propoſitio. Reatus peccati eſt in prandio

cum reatu peccati. Multe propoſitiones tales ex hoc fonte inferri poſſunt: ſed quia faciles ſunt pertranſeo: ſufficit vt intelligas quid ꝯſequenter concedere debeas. ¶ Iam circa explanationem iſtorum terminorum pauca ſubiungemus: Reatus pctī capitur duob⁹ modis. Unomodo intranſitiue et tunc eſt peccatū. Alio modo capitur tranſitiue: et tunc ab actu peccati diſtinguitur. De illo in hac queſtiōe mentionem fecimus. et duplex eſt reatus peccati/ quidā eſt reatus culpe aliꝰ autem eſt reatus pene. Reatus culpe ſupponit pro homine vel creatura rationali cōnotando ꝙ eſt in culpa. Reatus pene cōnotat ꝙ eſt debitor pene: et ſtat talem non eſſe in culpa: vt patet de exn̄te in purgatorio: non habente venialia: vel qui oīa peccata ſua in hoc mundo deteſtatus eſt iſte non eſt amplius in culpa: ſed eſt debitor pene: quia in iuſtitia diuina pena eſt reordinatiua culpe. ¶ Dubitatur an ſit maior difformitas ī conuerſione ad creaturā vel in auerſione a deo. ¶ Circa hanc dubitationem pleriq; patres multa verba inculcantes prolixum proceſſum faciunt. ¶ Propterea pono propoſitiones huic dubitationi rn̄ſiuas. ¶ Prima eſt. Aliquod eſt peccatum in quo nulla eſt conuerſio ad creaturam: ptꝫ de odio dei et de peccato in deum commiſſo immediate. ¶ Secunda propoſitio. Aliqđ eſt peccatū in quo nulla eſt auerſio a deo: niſi ꝑ hoc ꝙ peccator precepto diuino contrauenit: patꝫ in inuidia contra fratrem. ¶ Tertia propoſitio. Q̄tuncunq; homo intenſe conuertit ſe ad creaturam de deo non cogitando. non propterea peccat: immo ſtat in hoc multū mereri. diligo ſortem nec eſt prohibitum diligere eum intenſe: immo q̄to magis intenſe eum diligo: et hoc ordinata dilectione de qua loquor tanto magis mereor. Secus eſt quando homo diligit creaturam plus app̄ciatiue q̄ deum vel inordinate. Amor dei appreciatiue maior ciuitatem dei facit vſq; ad contemptum diligentis: et terrena diligendo ſe: vel creaturam ad contemptum dei: ſicut Aug. dicit. 14. de ciuitate dei. cap̄. vltimo inquiens. fecerūt ciuitates duas amores duo terrenam ſcꝫ amor ſui vſq; ad contemptum dei: celeſtem vero amor dei vſq; ad contemptum ſui: ergo non oportet amplius inſiſtere circa illud: quia conuerſio ad creaturam ordinata peccatum nullum eſt: ſed auerſio a deo. hoc eſt infringendo precepta dei eſt peccatum.

## ¶ Diſtinctionis. xlij. Queſtio tertia.

TErtio circa hanc diſtinctionem queritur. An quelibet pars peccati ſit peccatum. non capimus peccatū more Ariſtotelis ſecundo Phyſicorū dicētis. Monſtrum in natura eē peccatum: ſed capimus peccatū ꝓ actu culpabili cui debetur pena. Hoc preſuppoſito pono concluſiones queſtionis euacuatiuas. ¶ Quarum prima ē. Quelibet pars peccati commiſſionis mortalis ē peccatum. ¶ Secunda concluſio. Quelibet pars peccati venialis eſt pctm̄. ¶ Tertia concluſio. Sicut quelꝫ pars peccati mortalis eſt peccatum mortale: ita quelibet pars venialis peccati eſt pctm̄ veniale. ¶ Quarta concluſio. Non quelibet pˀs peccati originalis eſt peccatum originale. ¶ Quinta concluſio. Non quelibet pars pctī omiſſionis eſt omiſſio. In tribus primis concluſionibus loquimur de pctō commiſſionis: et actu elicito voluntatis/ qui ſolus proprie eſt pctm̄ commiſſionis. Probatur. iam prima concluſio. da eius ꝯtradictoriam. Non quelibet pars peccati eſt pctm̄: tunc aliqua pars pctī non eſt pctm̄: et aliqua pars eſt pctm̄: vel nulla pars peccati eſt pctm̄. Si dicis ſicut dicit Roſetꝰ. Nulla pars pctī eſt peccatum: ſicut nulla pars hominis eſt homo. ¶ Secundo dicis. Aliqua pars pctī eſt pctm̄: et aliqua pars pctī non eſt pctm̄: datur aliq̄ pars propter paruitatē que non eſt peccatum. et alia maior eſt peccatum. Q neutrum iſtorum valeat arguitur ſic: et gratia exempli capio actum homicidij intenſum vt octo: et tunc ſic: homicidium vt quatuor ſeorſum eſſet peccatū: ſed non minus deſinet eſſe pctm̄ in ſuo toto. patet per diffinitionem pctī/ que parti actus ſicut toti actui conuenit: quia eſt actus elicitus cōtra preceptum dei. ¶ Secundo arguitur ad idem. Ex hoc ſequitur. Aliquis actus eſt nunc peccatum qui per appoſitionem alterius actus illi deſinit eſſe peccatū qđ abſonum eſt dicere. Hec ꝯña patet: ſi ſortes habet homicidium intenſum: vt quatuor in voluntate. Iaꝫ ille actus eſt peccatum: intendendo actum deſinet eē peccatū. ¶ Ulterius ſequitur ꝙ ſortes infinita pctā perdit in hac hora. hoc patet. ſuppoſito ꝙ continuo actum peccati intendat per vnam horam. Iam in nullis duobus inſtantibus manebit actus pctm̄/ qui eſt peccatū in a/ inſtanti propter gradum ſuperadditū in b/ inſtāti deſinet eſſe peccatum. Et eodemmodo actꝰ qui erit in b/ inſtanti ſolum manebit peccatum in b/ inſtanti et nunq̄ manebit pctm̄ poſt illud inſtans: et ſic de infinitis inſtantibus argumentabor. ¶ Ulterius ex iſto ſeq̄tur ꝙ actus qui erat non peccatū per remotionē actꝰ ab illo erit peccatum: actus vt tria: pars actus vt quatuor eſt non pctm̄: tolle vnum gradum: et non pctm̄ incipiet eſſe peccatum. Euadendo vel proteruiēdo. poteſt homo hic dicere. Iſte ꝯcluſiones illate ſunt concedende: et negetur ꝙ ratio pctī actui partiali conueniat oportet dicere totalis. ¶ Cōtra aliam partem ad q̄ iā magis declinat arguit̄ ſic. Aliqua pars pctī eſt peccatum: et aliqua pars pctī non eſt peccatum propter pˀuitatem. ergo eſt dabilis maxima pars peccati que nō eſt peccatum: vel minima pars pctī que eſt pctm̄. ꝯña iſta liquet apud intelligentem materiam de maximo et minimo/ maximo quod non/ et minimum quod ſic. Falſitas ꝯſequentis pro vtraq; parte ſic detegitur. Si detur minima pars pctī que eſt peccatū. Tunc ſic ſignetur actus ille: et ſint duo gradus: tunc vel quelibet pars illius actus eſt actus indifferēs: vel actꝰ bonus vel pctm̄. Si primum pro illis partibus nulla debetur pena: immo ex vno membro debetur ꝓ partibꝰ premium: ergo oportet dare tertium membrum. ꝙ q̄libet pars illius actus eſt peccatum quod erat probandum. Eodemmodo argumentabor ſi dederis maximā partem que nō eſt pctm̄ tunc illa non eſt pctm̄: et quelibet maior eſt pctm̄. Et quero abs te. an illa maxima pars eſt actus indifferens vel meritum cum eſt actus humanus: neutrum dare potes. vt patet ex impugnatione membri precedentis. ¶ Forte dicis datur remiſſiſſimus actus totalis qui poteſt volūtatem vn̄ aliter immutare: et ille eſt minimum peccatū circa talē materiam. ¶ Sed contra. Ex illo probo ꝙ contra teipſum acies oppoſitas moliris: nec euitas ꝓpoſitū. ¶ Poſ

mum ſic probo: ſi detur remiſſiſſimum quod aīſ̄az vl taliter immutatā iam illud produceretur in inſtanti cuius oppoſitum tu negas aſſerens nullam creaturā aliquem effectum poſſe producere in inſtanti. Etiaz dato ꝙ ille actus producatur in inſtanti non negas illuz habere partes. Et queram vt ſupra de illis partibus: an ſint peccata. Si des maximuz actū qui non poteſt per ſe exiſtere illud ſine diſcolia defendi nō poteſt: vt ↄtra Gregorium in .17. diſtinctiōe primi probare niſi ſum⁹. Propterea dico quamlibet partem peccati eſſe peccatum: et vtrumqꝫ mēbrum quod ipſe concedit falſuz. Color eſt nullus de homine qui toti compoſito competit: et non partibus. Cum primo. Hoc eſt falſum abſolute vtendo vocabulo. Pars itegralis hominis eſt eiuſdez ſpeciei ſpecialiſſime cum toto compoſito: ⁊ conceptus hominis qui eſt ſpecies ſpecialiſſima talis res repr̄ſ̄tat propter conuenientiam eſſentialem quam inter ſe habent. ¶ Secundo concesso ãn͠te non eſt color in ꝯña: qꝛ ratio peccati cuilibet parti peccati de quo loquor competit ſicut et toti. patet per diffinitiones quas ſuperi⁹ recitauimus. Pari facilitate tibi inficiar ꝙ pars albedinis ſit albedo: vel ꝙ pars ſubſtantie: vel accidentis ſit ſubſtantia vel accidens. Et qualitercūqꝫ in nomine diffugium queris inter dentes tuos ſemper proijciam: cuiuſlibet partis peccati mortalis maliciam in ordine ad peccatum veniale quod te attonitum facit. ¶ Secunda concluſio poteſt eiſdem medijs probari: vel quelibet pars peccati venialis eſt peccatuz: vel aliqua eſt pctm̄: et aliqua non eſt peccatum: vel nulla eſt peccatum: et tunc deueniendum eſt ad partes querendo an ſint actus meritorij vel indifferētes: vt ſupra argumētati ſumus. ¶ Tertia concluſio habet duas partes q̄rum prior eſt. Quelibet pars peccati mortalis eſt peccatum mortale. quā partem ſic probo. Quelibet pars peccati mortalis eſt pctm̄ ex prima: et non eſt originale peccatum: nec omiſſionis: nec veniale: relinquitur ꝙ ꝙ ſit mortale pctm̄ a ſufficienti diuiſione. Aſ nulla ps peccati mortalis erit peccatum veniale patz: quia tūc mortale componitur ex venialibus quod eſt a veritate alienum: quia tunc multa venialia mortale conſtabunt: ⁊ ſic peccata que cuz gratia infuſa ſtant eā e medio tollunt. Inſuper nulla pars peti venialis eſt pctm̄ mortale. ergo pari ratione nulla pars peti mortalis ē pctm̄ veniale. ¶ Secunda pars patet cū quelibet ps peccati venialis eſt pctm̄: ⁊ non mortale/origiale/vel omiſſionis. relinquitur ꝙ quelibet pars eſt pctm̄ veniale a poſitione generis: negando oēs ſpecies dempta vna vltimam ponere neceſſe eſt. ¶ Quarta concluſio probatur. Originale peccatum non habet partem. ergo quelibet pars eius non eſt peccatū. ergo non quelibet pars eius eſt peccatum originale. ꝯña iſta tenet a ſubalternante ad ſubalternatam ex parte ſubiecti: ⁊ a toto in modo ad ſuam partem negatiue a parte predicati. ¶ Circa quintam concluſionez non ſerioſe inſiſtēdum eſt: quia ſi ponatur ſua oppoſita non multum refert: totus homo eſt pctm̄ omiſſionis et ſi vna pars ei⁹ eſt peccatum omiſſionis quelibet pars eius erit peccatum omiſſionis: et ſic pes eius erit pctm̄ omiſſionis: ⁊ oculus eius erit peccatum omiſſionis quod nō eſt neceſſe dicere. ¶ Contra tertiam concluſionem arguit̄ ſic. Si quelibet ps peccati mortalis eſt peccatum mortale: vt illa concluſio aſſerit quodlibet mortale erit infinite graue: et ſic nullum mortale erit grauius alio qꝺ eſt error Stoycorū. ꝯñam deduco capiendo a/mortale octo vel quatuor graduum in intentione/et b veniale: et mendacium iocoſuz: tunc ſic b/eſt alicuius determinate malicie: ⁊ quelibet pars ipſius a: mortalis eſt peior b/veniali cum quodlibet mortale veniale quodlibet in malicia exuperat: ſed infinite ſunt partes licet inequales in a/mortali. ergo a/mortale eſt īfinite graue. iſta ꝯña videtur tenere vtrobiqꝫ ſi b/eſt alicui⁹ quātitatis et quelibet pars a: vel ſaltem infinite partes a ſic ſe hn̄t ꝙ quelibet earum eſt maior b/oportet ꝙ a ſit infinitum. ⁊ ita in alijs formis de infinito inducere potes. ¶ Confirmatur hec concluſio. quodlibet mortale habet infinitas partes: et quelibet eſt peccatum mortale: vt dicit concluſio. ergo quodlibet mortale erit infinite graue quod eſt probandum: ⁊ ſic argumētari potero de infinita grauitate peccati venialis infinitas ꝑtes eius capiendo. ¶ Ad primum iſtorum nego ſequelam et ſequens. Vnomodo poteſt reſponderi ꝙ mortale: et veniale non comparantur in malicia: ſicut acetū ⁊ ſtillus in acutie: bene autem poſſunt comparari in ḡdu: vel in perfectione entitatiua: ⁊ illud poteſt roborari ex Ariſtotele .7. Phyſicorum. Alio modo dicitur ⁊ magis ad rem concedendo ꝙ quelibet ps peccati mortalis eſt peior in malicia q̄ hoc veniale: quia cuilibꝫ pti huius peccati mortalis r̄ndet infinita pena extenſiue in inferno: licet finita in gradu veniali reſpōdet pena finita ſolum in inferno vel in purgatorio: ſed ex iſto non eſt ꝯñs ꝙ mortale ſit infinite malicie: ſicut in ſimili non ſequitur quelibet pars huius albedinis hac nigredie totali eſt perfectior entitatiue: et infinite ſunt partes in hac albedine. ergo tota hec albedo eſt infinite perfecta. et ſic in multis alijs formis arguēdi. Scalas intelligentie dare eſt facile: ſed hec forma arguēdi eſt bona/a habet infinitas partes equales non cōmunicantes b/corpori. ergo a/eſt infinite magnitudinis. ¶ Confirmatio eſt facilis cōcedendo ꝙ qlibet ps peccati mortalis eſt peccatum mortale: ſed nullo pacto ē ꝯñs ꝙ quodlibꝫ pctm̄ mortale ſit infinite grauitatis: quia ex infinitis partibus inequalibus infinitum minime conflabis. Maior eſt difformitas in medietate actus q̄ in tertia eius: et grauius mortale eſt vna quinta pars actus q̄ vna ſexta: immo in infinitum paruum mortale eſt aliqua pars peccati mortalis. ¶ Alia propoſitio. Nō datur aliqua pars peccati mortalis in infinitum parua. Probatur hec propoſitio. quacunqꝫ ꝑte data illa eſt alicuius intenſionis/et eſt maior ſua ſecunda. ¶ Alia propoſitio. Nō datur minimum peccatum mortale. Probatio. quocūqꝫ tali ablato pars ei⁹ eſt ipſo minutior: et hoc eſt perſpicuum videre in continuo. Infinitas partes quodlibet continuum hꝫ quia requeiz eſt determinate magnitudinis. quod patet ꝑ aſcenſum: et tn̄ ex illo concludere nequibis magnitudinem vllam quam habemus immēſe magnitudinis.

## ¶ Diſtinctionis .xlij. Queſtio quarta.

QUarto circa hanc diſtinctionem queritur. An bona circūſtantia maliciam actus diminuat. Circunſtantia proprie cadit extra rationem obiecti et totalis et partialis et actum circūſtat: et vis vocabuli alludit: circunſtantia quaſi actuz circūſtāſtans: qui plures ſunt: vt ptz ter

ſio Ethicorum. Et in hoc carmine cõtinẽtur Quis/q̃d/vbi/quibus auxilijs/cur/quomodo/quando. Si interdum ingrediantur rationem obiecti minus principaliter adhuc vocando eas circunſtantias cadentes in ratione obiecti: et non circunſtantias circunſtantes/parum refert. De vocabulorum ſignificantijs non ẽ theologi ſerioſe inſiſtere: quia ex philoſophia liquet. Illud eſt obiectū voluntatis in quod actus eius fertur ſiue totaliter ſiue partialiter: ſicut illud eſt obiectū intellectus in quod actus intelligendi dirigitur. ❡ His p̃libaris ponitur hec concluſio. Circunſtantia bona diminuit rationem peccati: que concluſio ſic probatur. Circunſtantia mala peccatum aggrauat: ergo peccatum attenuat circunſtantia bona: pñia claret. Tum cõuenienti ſimilitudine: tum ex mia dei mixta cum iuſticia. Et añs patet: ſiue circunſtantia circunſtat ſiue cadat in ratione obiecti. Maius eſt peccatum rapere: vt deſtruatur reſpu. q̃ rapere tantum. quod p̄z: quia in priori actu ſunt virtualiter duo peccata: et dato q̃ act⁹ ſit vnus duobus peccatis equiualet non autē in ſecũdo actu. ❡ Secundo arguitur ad idem: mentiri p̄ ſaluanda vita hominis peccatū mendacij alleuiat vt ſit veniale: et officioſum minus q̃ alias eſſet: ſic obſtetrices hebreorū Raab meretrix Iudith: et multe tales partialiter excuſantur. ❡ Tertio arguitur. Ignorantia vincibilis a tanto excuſat: et inuincibilis a toto: et vtraq̃ illarum eſt circunſtantia circunſtans: ergo circunſtantia peccatum alleuiat ſicut ſcientia maliciam peccati auget: vt patet ſexta queſtiõe prima ca. Quero et .25. diſtinc. vnum orariũ. §. Criminis. hoc expreſſe tenet Aug. in lib. cõtra mendacium dicens q̃ eo q̃ obſtetrices vitam innocentum ſeruare volebant a mortali excuſantur. ❡ Sed contra hanc concluſionē arguitur ſic. Circunſtantia bona diminuit peccatum que eſt primo adducta: ſignetur gradus vel portio quã a peccato euellit: et malicia ipſius actus non eſt infinita: ergo eſt finita ſignetur tota eius latitudo: et ſit octo graduum: gratia exẽpli prima circunſtantia bona ab illa malicia vnum gradum ſubſtraxit vel medietatem grad⁹: non intereſt: tantũdem ſecunda circunſtantia tollit: et tertia circunſtantia tantum ſicut ſecũda: et ſic octaua circunſtantia totam maliciam peccati aufert. Voluntarium eſt dicere q̃ ſecunda circunſtantia ſubduplum ad primam tollit. et tertia ſubduplum ad ſecundam cum ſupponatur eſſe equaliter bona: et ſi ſecunda non fuerit ita bona ſicut prima, addantur due que prime equiualeant: quo facto cum tota malicia ab actu ablata fuerit manebit actus deliberatus cadens ſuper obiectū indebitum: non malus quod ſi concedas addemus adhuc vnam circunſtantiam: vel plures quo ad actus fuerit bonus. ❡ Secundo arguitur ad idem. ponendo q̃ ſortes occidat Platonem: vt Cicero Innocẽs carceres euadat: et Titius cognoſcat Berthã ne ipſa peccet mortaliter. tunc per concluſionem datam peccatũ ſortis eſt minus q̃ eſſet propter circunſtantiam piam et ſic eſt peccatũ. Titij. modo circunſtantia pcti titij ẽ infinitum melior q̃ circunſtantia peccati ſortis: ergo ſortes minus peccat propter circunſtantiam bonã Titius nullatenus peccabit. propter circunſtantiam infinitum meliorem. ❡ Hoc primũ argumentum eſt ſenticoſum: et aliquid formidinis ſecum affert. Ad qd̃ dr̃ vel loqueris de circunſtantia cadente in ratione obiecti vel de alia. Si primum ſemper erit alius et alius actus: et ſic non habes actum bonum ob circunſtantiarum appoſitionē. Iſti duo actus ſpecie diſtinguntur volo furari/et volo furari: vt ſuccurram indigenti: ſed ſecundum peccatum eſt priori min⁹: nec actus iſte poteſt eſſe ſine illis circunſtantijs: ſed de circunſtãtijs circunſtantibus: iſtud dicere non poſſumus: nec argumentū eneruat de circunſtantia cadente in ratione obiecti: vt patet: capiatur tota pena debita vni actui malo puta furto que erit grauis: vt octo per appoſitionem bonarum circunſtantiarum: ſiue fuerit variatio actuum interiorū in ſpecie eſſentiali ſiue non: diminuitur pena debita ſemper apponendo bonas circũſtãtias. ❡ Rñdetur q̃ erit difficile addiſcere tot circunſtantias. Secundo circunſtãtia vna plus tollit a peiori actu q̃ alia circunſtantia equaliter bona a minus bono actu: et ſic poſteriores circunſtantie min⁹ tollunt: et hoc patet. vna eſt circunſtantia vnum gradum malicie a peccato mortali tollit: et tamen ſimilis circunſtantia non tollit totam penam debitam: nec totã maliciam peccati venialis: et tamen quodlibet mortale quodlibet veniale in malicia exuperat. ergo iudicium eſt q̃ circunſtantia adueniens actui minus malo minus malicie ab eo tollit. patet extra hanc materiam de contritione q̃ totam culpam mortalem e medio tollit: et vnam partē pene debite eidem: et tñ contritio a minori culpa nõ tollit totam culpā et penam. ❡ Tertio tot circunſtantie adduci poſſunt q̃ tota malicia tollitur: vt patz. ſi ignorantia imputabilis crementum caperet ad inuincibilem vſq̃. Similiter minus rationis peccatum attenuat vbi nihil rationis eſt: vt in amente tota malicia aufertur. ❡ Alterius dicitur. Malicia p̄ueniẽs ab actu cadente ſuper tale obiectum que eſt eſſentialis et intrĩſeca non diminuitur: licet accidentaria diminuatur. ❡ Sed contra iſtud arguitur. ponẽdo q̃ omnes ille circunſtantie ſimul adducantur. iam non potes dicere q̃ ſcda circunſtantia min⁹ diminuit q̃ prima/nec q̃ tertia minus diminuit q̃ ſecũda: et ſic de qualibet alia circunſtantia. cum omnes ſimul adducũtur equaliter diminuunt: ſed vna circunſtantia aliquid diminuit: et alia quelibet tantundem. ergo tota malicia aufertur. Inſuper improbatur hoc quod dices de pena eſſentiali pena reſpondens huic culpe cadenti ſuper tale obiectum eſt finita: et circunſtantia cadens in ratione obiecti: vel circunſtans aliquid tollit: et tota malicia eſt finita. ergo nihil malicie relinquetur. ❡ Rñdetur aſſigna actum et circunſtantias: et videbis q̃ argumentum non concludit. ❡ Et quicqd ſit: hoc argumentum eſt argumentum ſophiſticum: et concludet q̃ rationes thopice oẽm formidinem ab opinione auferent: et cum illi argumẽto ſatiſfecerint ſm modũ quẽ tenent rñſionē inter pedes habent. Item alie inſtãtie pñt ĩpedire argumentū: vt de graui poſito in medio p̄ rarefactionẽ mediorum quod non deſcendit ĩ inſtanti: ſaltem ſi moueatur in pleno quantumcunq̃ raro: et tamen eandem formam edificare potes: ſic palam eſt q̃ lapis in aqua dulci mouetur velocius q̃ ſimilis lapis in oceano: ponatur q̃ lapis in oceano deſcendit per certum ſpaciū in vna hora alius lapis per tantū ſpaciũ in aqua dulci deſcendit in minori tempore: puta in quatuor quintis vnius hore. tertius lapis in aere deſcendit in trib⁹ quintis vnius: et lapis ſimilis grauitatis deſcendit ĩ igne in duabus quintis vnius hore: et ſic per ſubtiliationem mediorum lapidẽ dabis qui deſcendit in inſtãti etiam in pleno quod patebit eſſe falſum: et ſolutio illius quam pro nunc pertranſeo tuo argumento ſatiſfacit. ❡ Ad aliud nego q̃ Titius in infinitũ min⁹ peccat q̃ Sortes: nec circunſtantia ſua in infinitum plus

diminuit de peccato q̄ circumſtantia alterius quemadmodum aduerſarij habent dicere de circumſtantijs bonis: q̄to circumſtantia eſt melior in actu bono ceteris paribus tanto actus eſt melior: ſi ſint duo/et vnus velit liberare proximum bono medio: et licite a morte et alter proximū bono medio/et licito: nec peccet mortaliter vel damnetur: actus ſecundi non eſt in infinitū melior actu primi. ¶ Secundo arguitur. Pia intentio auget peccatum: et ipſum cauſat. ergo non diminuit peccatum. Tenet ↄſequentia nihil auget/et minuit idem. aſſumptum probo ſic: ſortes habens pietatem de platone paupere nihil habet ei dare iſta pia intētio mouet ſortez furari: vt ſuccurrat platoni: vel maius q̄ faceret vt ei ſuccurrat. ¶ Inſuper ſequeretur ꝙ pia intentio in infinitum plus diminueret de mortali q̄ veniali. conſequens eſt inconueniens: igitur. probatur cōſequentia. circumſtantia bona diminuit partem latitudinis malicie mortalis: et quodlibet mortale/quodlibet veniale improportionabiliter in malicia exuperat. ergo quelibet talis circumſtantia ſufficit quodlibet veniale extinguere. ¶ Rñdetur diſtinguendo ꝙ pia intentio auget et cauſat peccatum vel de per ſe. et ſic negatur occaſionaliter: et per accidens: et ſic nonnunq̄ facit virtus. habeo piam intentionem ſuccurrere centum pauperibus: nihil habeo vado et furor centum duodenos vel denarios: vt cuilibet dem vnum: et ſic illa pia intentio circa plures eſt cauſa occaſionaliter quare plus furor: ſed ratione huius pie intentiōis minus eſt furtum q̄ furari centum propter malam circumſtantiam: vel ſine iſta bona. eſto ꝙ nulla alia circūſtantia inuolueretur. ¶ Ad aliud argumentū vbi arguis ꝙ pia intentio in infinitum plus diminuit de mortali q̄ veniali. dicitur ꝙ non inconuenit: contritio q̄tūcunq̄ parua plus in infinitum diminuit circa mortale q̄ circa veniale: ſi circa vtrunq̄: vt dictum eſt. ¶ Tertio arguitur. Ponatur ꝙ ſortes habeat tot circumſtātias bonas/quot malas et econuerſo. ſequeretur ꝙ actus ille nec eſſet peccatum: nec non peccatum: vt facile eſt diſcurrere. Rurſus ponatur ꝙ ſortes furetur propter auariciam plato propter auariciam: et vt iuuet proximum. Tunc circumſtantia bona non diminuit peccatum. ergo male poſita eſt: aſſumptum patet. quicquid malicie eſt in primo actu. eſt in ſecundo ergo ſecundus actus eſt ita malus ſicut primus. ¶ Ad tertium dicitur ꝙ iſte actus eſt malus (q: vna mala circūſtantia totum actum inficit) ſed non eſt ita malus ac ſi nullam bonam circumſtantiam haberet. ¶ Ad aliud dicitur ꝙ plato minus peccat q̄ ſortes: et cōceditur ꝙ eſt circūſtantia ita mala in ſcđo actu ſicut in primo: ſed cū hoc eſt bona circūſtantia. ¶ Quarto arguitur auctoritate beati Aug. in omelia: et recitatur. 14. que. q̄nta. Forte inquit aliquis cogitat et dicit: multi ſunt chriſtiani diuites. non habebo peccatū ſi ſua ab illis abſtulero: et pauperibus dedero. Et ſequitur nam ſi totum tribuat pauperibus quod abſtulerit. addit potius pctm̄ q̄ minuit. ergo beat⁹ Aug. vult dicere ꝙ circūſtantia bona non minuit pctm̄. ¶ Rñdetur ꝙ in iſto caſu ſūt duo peccata. Primū eſt velle furari a diuite: vt detur pauperi. Scđm peccatum eſt dare pauperibus alienum et nolle reſtituere ablatum. ¶ Dubitatur circa iſtam queſtionem: an peccatum veniale mortale pctm̄ letifere augeat. In primis ad dubitationē vtrinq̄ argumētabor: vt v. in rationū pre oculis mentis contēplemur: et ad partem affirmatiuam ſic argumentor. ponēdo ꝙ ſortes velit occidere hominem: et mentiri iocoſe ꝑ eūdem actum volendo illos duos fines. tunc illa volitio ſortis eſt mortalis et grauior q̄ ſi non fuiſſet poſit⁹ iſte finis partialis de mēdacio: vel de inani gloria veniali et non eſt venialiter grauior propter poſitionē illius finis. ergo eſt mortaliter grauior. Qꝫ nō ſit venialiter grauior probatio: quia tunc ille idem actus erit pctm̄ mortale et veniale copulatum/et copulatiue: quod ſi ↄcedas contra hoc inferius argumentabimur. ¶ Confirmatur hec ratio ponendo alium caſum ſic. q: ſit a/actus indifferens et b/veniale peccatum: voueat ſortes neutrum committere: vel iuret ꝙ neutrum committet exorbitet tamen in vtroq̄ vtrunq̄ committendo. Tūc ſic: vtriuſq̄ voti vel iuramenti labefactatio eſt mortale peccatum et potiſſimum de iuramento: et tamē vna tranſgreſſio eſt alia grauior: puta committendo b/qđ patet ſic: b/eſt prohibitum ſub pena peccati et iurat ꝙ non committet b/ergo actus ille pluribus difformitatibus eſt irretitus q̄ actus quo contrauenit iuramēto de a/et non venialiter: quia tunc vnum mortale aliud exuperat per ſolum veniale. ¶ Ad partem negatiuā ſic argumentor. Si veniale mortale ſolum venialiter aggrauaret. tunc idem peccatū erit veniale et mortale: vt patet in actu homicidij in primo caſu: et hoc ipſū patet in ſecundo caſu: puta duo ſunt. vnus committēs mortale/et veniale per duos actus: et vnus per eūdem actum eque grauiter cum illo peccabit: quod ſi concedas Arguitur ſic: a/act⁹ eſt peccatum mortale/et veniale: ſed nullum veniale gratiam infuſam remittit vel eam de medio tollit totam gratiam quodlibet mortale euellit: ſed non auferre aliquid a b/vel ipſam b/et ipſum eradicare eidem actui non conueniunt. ¶ Secundo ſequitur hec concluſio. ꝙ peccatum veniale eternaliter punietur in inferno. etiam quolibet alio ab eo diſtincto circumſcripto contra omnem poſitionem. Et ꝙ ſequatur concluſio patet ſic. hoc mortale eternalr̄ punietur ī inferno. pono ꝙ iſte decedit ſine gratia. hoc peccatum mortale eſt hoc veniale. ergo veniale punietur eternaliter in inferno. ¶ Tertio ſequitur ꝙ aliqđ eſt veniale: quod nullo pacto de lege ſtat cum gratia. ¶ Quarto ſequitur ꝙ de venialibus homo tenetur cōfiteri ſe de neceſſitate ſalutis ſue: iungatur cū alijs mortalibus ſiue nō. ↄtra oēm modū opinandi. ¶ Quīto ſequitur ꝙ mortale ē venia dignū: q: qđlibꝫ veniale eſt venia dignū. hoc mortale eſt veniale. igitur. ¶ Sexto ſequitur ꝙ mortale ex venialibus ↄſtatur: q: addam alias circūſtantias veniales: Multe tales cōcluſiones iferri pñt q̄ primo obtuitu pegrine cēſebuntur ducēdo riuos ꝑueniat⁹ occultos a duob⁹ fontib⁹ venialis culpe et mortalis cōicantib⁹. ¶ Fortaſſe mihi dicis negādo ꝙ mortale eſt veniale: q: de rōne venialis ē ꝙ nullo pacto cū mortali cōīcidat: ſed ↄſiteris veniale ſolū venialiter aggrauare pctm̄ mortale. Ex quo nō ſequitur ꝙ idē actus eſt pctm̄ mortale/et veniale. iſtud nō claudit aditū ad dubiū ꝑncipale: ſꝫ in ſortib⁹ ceteris luctatur. ¶ Secundo ꝑncipalr̄ ar̄. probando ꝙ circūſtantia venialis mortale nō aggrauat mortalr̄: et hoc ſic: pono duos ſortē et platonē: hēat ſor hūc actū vnū q̄ vult occidere: et mētiri iocoſe. hoc ē ꝑ eūdē actū ſimplicē mortalr̄/et venialr̄ vult peccare: hēat plato duos act⁹ diſtictos et nūero/et ſpē ſup ſibi duo obiecta cadētes. vn⁹ act⁹ erit volo occidere: alt⁹ act⁹ erit volo mētiri. Tūc ſic: plato tm̄ peccat ꝑ duos act⁹ ſicut ſortes ꝑ vnū: ſꝫ plato ſolū vno mortali: et vno veniali peccat: ſic ꝙ veniale mortale nō reddit in ↄg̃ mortiferū. q̄ſinis venialis nō reddit actū ſortis malū mortalr̄: ſꝫ ſolum venialr̄. Amplius ſi eſſet aggrauatio mortalis in infinitum peius eſſet habere vnum actum q̄ duos quod non videtur dicendum.

¶ Ulterius in penis mitior pars eſt tenenda vbi ſufficienter non docetur de oppoſito: ſed nulla ratio vincit circumſtantiam venialem aggrauare mortale mortaliter: igitur minus eſt rationabile illud tenere. Uiden ad quancunq; partem modum dicendi flexerimus rationum ſcintillas aduerſas: ſed impreſentiarum hanc partem diſiunctiue eligo q circumſtātia venialis mortale ſolum venialiter aggrauat ſiue dicatur ille actus ſolum mortale peccatum: ⁊ nullo pacto veniale: nec copulatim: nec copulatiue: ſed ſolum q veniale vel circūſtantia venialis mortale venialiter aggrauat. parum diſcriminis eſt alteram partem concedendo concluſiones quas intulimus concedere operepreciū eſt. Nec hoc debet eſſe erudito viro extraneum quando dicim⁹ venialē noxā nō confitendam vel cauſa charitatis nō diminutiuam intelligimus de veniali ſimplici: puta q̄ non eſt mortalis: non vocamus eam ſimplicē eo q ex partibus non conflectur: ſed quia eſt venialis: et nullatenus eſt mortalis: vel ſic ea ratione qua venialis eſt nullum mortale ſtat cum gratia ſimpliciter: et ſic de talibus ſecūda imaginatio erit q iſtud peccatum de quo certamus eſt mortale et nullo pacto veniale: ſed bene venialiter aggrauatur: et ſic concluſiones illate negabuntur. ¶ Sed contra priorem iſtorum imaginationē adhuc ſic arguitur. Ex ea ſequitur q mortale peccatū remiſſius/ et remiſſius in inferno punie᷑ ſiue ante diē iudicij: ſiue poſt diem iudicij quod non ſolet concedi. Q ſequatur patet ſic: ponēdo q quis decedat cū vno mortali quod eſt veniale. Supponendo vlterius q veniale ſolum temporanee in inferno punitur: quod eſt vero ſimilius. ¶ Iſtis ſuppoſitionibus datis ſortes ī principio pro duplici peccato vel duobus equaliter punietur tota pena perſoluta que illi peccato inq̄tū venialis eſt reſpōdet Mitius iſte punietur: quia ſolū ratione mortalis noxe hac via venie romani pontificū et ſuffragia deuotorum in hac valle miſerie proderunt mortali peccato. ¶ His rationibus reſpondetur q ꝓſunt et inq̄tum venialis eſt: ſed non ea ratiōe qua mortalis eſt: ſed ratione illius eternaliter cruciabitur.

¶ Contra ſecundam imaginationē arguitur. Si q̄s velit aliquid propter deum ⁊ inanem gloriam ſimul talis actus eſt ſimpliciter malus ob peiorem finem: ⁊ nō bonus et malus copulatiū vel copulatiue. ergo ſi act⁹ cadit in duos fines: ſcilicet mortalem et venialem: vel ſi quis velit vnico actu mortale/ et veniale talis actus denominabitur tātummodo a peiori parte. ergo talis actus erit mortalis tantum: et de veniali participabit nihil. Hec ratio nō vincit. Unus actus non poteſt eſſe bonus/ ⁊ malus ſimul moraliter. Bonū eſt ex integra cauſa ſecundum Dionyſium quarto capitulo. de diuinis nominibus. A malicia vnius finis totus actus eſt infectus non ibi denominatur a peiori fine: quia vnus non eſt malus: nec requiritur q erit denominatio a peiori fine quando ſunt duo fines mali: quia tunc vtriuſq; naturam ſapit in recto: nec iſta circumſtantia eſt confitenda: quia non eſt neceſſe cōfiteri veniale vocaliter. Nō eo inficias quin alique circumſtantie peccatū mortaliter coinquinantes ſunt vocaliter confitende.

## ¶ Diſtinctionis .xlij. Queſtio quinta.

Queritur vtrum idē act⁹ ſit bonus/ et malus meritorie/ et demeritorie vel moraliter. ¶ Reſpondetur. Nullus actus eſt ſimul meritorius/ et demeritorius. Probatur hec cōcluſio. Nam da eius oppoſitū a/ eſt meritorius. ergo eſt dignus p̄mio eterno vel temporali. Et iterū ſequitur a/ eſt demeritorius. ergo eſt pena dignus. Eodemmodo de bono moraliter ſi a/ actus eſt bonus habet omnia requiſita ad bonitatem actus/ et ſola illa. Si eſt malus vel ponitur finis illicitus: vel circumſtātia illicita vel aliquid bonitatem peruertens. ¶ Contra hanc concluſionem arguitur ſic. Idem actus primo eſt bonus: ⁊ poſtea malus: vt in hac diſtinctione ſuperius probatum eſt. Sed dicis hoc eſſe verum ſucceſſiue non tamen in eodē tp̄e. ¶ Contra hoc arguitur. Utamur hac hora pro tempore preſenti in cuius priori medietate actus erit bonus: in poſteriori mal⁹ iam in eodem tempore preſenti. Sed dicis hoc nō eſt in eodem tempore adequato: vel inſtanti: et placet non implorare auxilium ſecularium pro his que dicemus Arguitur ſic. De actu exteriori qui imperatur a duobus actibus interioribus vno bono: et alio malo: vt in materia de auxilio ſuperius diſputauimus. ¶ Secundo arguitur ad idē Sephora et Phua obſtetrices ſimul fecerunt actum meritorium/ et demeritorium q actū demeritorium fecerunt. patet Exodi primo dicentes Pharaoni. non ſunt Hebree ſicut Egyptie mulieres. ipſe enī obſtetricandi habent ſcientiam: et priuſq̄ veniamus ad eas pariunt. ergo mētite ſunt: et earum act⁹ erant mali: quia mendacium inuolutam maliciam habet: ⁊ tamen pro illo actu erant premiate: quia eis edificauit deus domos: vt dicit littera. Reſpondetur de actu exteriori imperato non eſt inconueniēs q ſit meritorius/ et demeritorius in eodem tempore adequato. ¶ Sed tunc dices probatio cōcluſionis ſi aliquid concluderet idem inconueniens deduci de actu exteriori: ſicut de interiori. puta q actus eſt dignus premio eterno: et pena temporali. Iſtud non vincit: quia pro actu exteriori: nec datur ſupplicium: nec premium vltra penam: et premium actus interioris. vt in decima ſeptima diſtinctione primi probatum eſt. Secus eſt de actu elicito de quo loquimur. Secundo poteſt homo dicere q ille actus exterior nullomodo eſt bonus: non ſufficit q ab actu interiori bono partialiter emergat. ad hoc q bonus denominetur: ſed oportet q ab actu interiori preciſe bono prodeat: ⁊ poteſt eſſe replica quicquid dicatur de actu elicito voluntatis: et imperato ſimul: vt volo diligere deum propter inanem gloriam. ⁊ volo diligere deum propter deum: iam illa dilectio eſt actus elicitus. et cum hoc imperatus. Sed quicquid ſit de illo contra concluſionem non pungit. ¶ Ad ſecundum nego q idem actus erat bonus/ et malus in obſtetricibus. habebant varios actus: ſcilicet bonos ⁊ malos pro bonis deus eis reddidit premia: ſcilicet domos quia conuerſe ſunt ad fidem et coniuncte matrimonialiter cū habentibus domos Peccarunt mentiētes: et pro mendacio nihil boni dabatur a deo: ſed propia affectione de ſeruandis paruulis. ¶ Tertio arguit᷑ contra eandem concluſionem precipiat deus ſorti diligere cū duobus gradib⁹ ꝓhibendo ei diligere cū vltra duos grad⁹ diligat ſortes deum vltra duos grad⁹: vt puta quatuor gradibus tunc ſic iſte actus eſt merito-

riuꝰ: et idem eſt demeritorius. ergo propoſitum ꝙ ſit demeritorius patet. et ꝙ ſit meritorius arguitur ſic. Aliqua pars eiꝰ eſt meritoria: et non eſt potior ratio de vna parte ꝙ̄ de alia. ergo quelibet pars eius eſt meritoria: et per conſequens totꝰ actus ē meritorius.

¶ Quarto arguit ad idem. pro aliquo actu datur gratia: et ille actus ad peccatum mortale eſt imputabilis ergo idem actus eſt meritorius: et demeritorius. Aſſūptum arguitur ponendo ꝙ ſortes capiat corpus chriſti in vno tempore ſcilicet a/ in cuius priori medietate ſit in peccato mortali: ⁊ poſteriori deteſtetur illud mortale caſus eſt poſſibilis. poſtea ſucceſſiue capitur. ergo ſtat ꝙ homo ſit in peccato mortali pro vna parte temporis: et in alia parte erit in gratia In priori parte tēporis indigne capit: et per conſequens iudicium manducat. prime Corinthiorū vndecimo. In ſecunda parte temporis eſt in gratia. ergo tunc digne capit corpꝰ chriſti: Sed hic dicis: ſicut dicendum eſt. meretur in vna parte temporis: et demeretur ī alia: nec hoc eſt cōtra concluſionem. ¶ Contra. Iſte habebit totam gratiam euchariſtie cū eſt bene diſpoſitus tempore quo eam capit: et gratia euchariſtie confertur homini ſucceſſiue ſecundum ꝙ homo capit: et ſi homo eſſet in gratia ſucceſſiue dabitur ei gratia virtute operis operati: ſicut virtute operis operantis. ¶ Ad tertium reſpondetur admittendo caſum nego ꝙ tunc idem actꝰ eſt meritorius/et demeritorius: diligat eum remiſſe ſicut poterit ne trāſgreſſor precepti inueniatur: ꝙ ſi ponas ꝙ precipiat ſorti diligere cum duobus gradibus adequate: ⁊ non pluribus neq; paucioribus niſi habeat duos gradus diligendi: tunc caſus eſt irrationabilis cuius cauſa eſt: quia non poteſt conſtare ſorti de impletione illius precepti: neq; de tranſgreſſione eiuſdē: quia fugit nos quot gradus habemꝰ in actu: ſed ſi daret ſorti noticiam diſtinctam. De notitia iſtorū graduum eſt replica. ponendo ꝙ habeat quatuor gradꝰ duo gradus ſunt meritum: et eſt par ratio de quibuſcunq; duobus gradibus. ergo nihil eſt dictū. ¶ Ad ſolutionē argumēti. Reſpondetur: talis in iſto caſu eſt in peccato mortali: et per conſequens nulla pars actus eſt meritoria: ſed illud non ſatiſfacit: quia ponatur ꝙ prohibeatur ſub pena peccati venialis: et tunc dicitur vel ſucceſſiue elicit: vel in inſtanti. ſi ſucceſſiue duo primi gradus eliciti ſunt meritorij: et reliqui demeritorij. ſi in inſtanti omnes illos gradus eliciat. illic non eſt ciuitas refugij: ſed vltra Iordanem ad duas tribus cum dimidia ciuitas refugij habeatur ꝙ duo gradus de quibus deo placet acceptantur: et alij duo ſecundum beneplacitum dei imputātur ad culpam: et hoc ſi precipiat elicere duos gradus: et prohibeat elicere vltra duos.

¶ Ad quartum inter arguendum reſponſū eſt ad magnam partem argumenti: in cuius calce multa ambigua aſſumuntur. Et pono propoſitiones. ¶ Prima. Pro actu meritorio virtute operis operantis deus infundit gratiam ſui ſucceſſiue vel in inſtāti ſecundum ꝙ homo meretur. ¶ Secunda propoſitio. Deus non infundit gratiam que confertur virtute operis operati ſecundum tempus in quo capitur ſacramentum: neq; ſecundum quantitatem ipſius ſacramenti. quia da oppoſitum. Tunc tarde capiens euchariſtiā vel magnā hoſtiam plus gratie habebit virtute operis operati ꝙ̄ celeriter eam capiens: vel magnam hoſtiam quod nō eſt dicendum. ¶ Tertia propoſitio. Dubium eſt an deus gratiam conferat virtute operis operati in diſpoſito capiente ſacramentum. dato ꝙ ſit diſpoſitus in breui mora illius temporis. Si dicatur ꝙ ſic quod eſt probabile: et nunc dat in principio: et nunc dat in fine: et videt caſum futurum iſtius capientis dat ei totam gratiam ſacramentalē quando eſt in gratia: quia videt eū indiſpoſitum pro alia parte temporis: ſecus eſt de gratia que confertur virtute operis operantis. ¶ Probabile eſt etiam ꝙ deus dat ſucceſſiue gratiam virtute operis operati: toto tempore quo quis capit euchariſtiam ſic ſcilicet: ꝙ deus equaliter magnam gratiā cū magna hoſtia: et parua. ita ꝙ tantum gratie dat cum parua particula parue hoſtie ſicut cū maiori particula maioris hoſtie. Et quicquid dicatur in omnibus iſtis: non habetur ꝙ quis ſimul mereatur/et demeratur.

¶ Quinto arguitur ſic. Pro aliquo actu facto in peccato mortali confertur gratia: et nulli confertur gratia niſi pro actu meritorio. ergo idem actus eſt meritorius/et demeritorius quod erat probandum. Aſſumptum patet. Suppoſito ꝙ aliquis velit baptiſari complacendo in peccato mortali cui poſtea peccatum mortale diſpliceat poſtꝙ̄ eſt baptiſatus: tunc iſte habebit gratiam baptiſmalem. ergo propoſitum. ¶ Sexto arguitur. Poſito ꝙ precipiatur ſorti diligere deum ante a/inſtans et ſortes incurrat amentiam vel ebrietatē ante a/inſtans pure ſucceſſiue: ſic ſcilicet ꝙ nihil rationis habeat in a/inſtanti: ſed immediate ante a/inſtās tenendo etiam facta in ebrietate nō imputabilia: et in omiſſionibus homo non primo omittit in inſtanti terminante tempus: ſed in tempore terminato ad illud inſtans. ¶ Ad iſtas rationes alibi reſponſum eſt: vide in quarto. ¶ Septimo arguitur. Iſte actus eſt meritorius/et demeritorius. Vellem occidere iſtum ſi non eſſet prohibitum: arguitur. Aſſumptum patet: quia ē demeritorius ꝙ auctoritate propria quempiam occidere vellem: et eſt meritorius: et ad hoc ſufficit probare ꝙ ſit moraliter bonus: ſed pono ſortē habere cetera requiſita ad meritū. quod patet: quia iſte abſtinet ab actu propter preceptum dei. ergo actus ſuus non eſt malus. Eodemmodo argumentari poteris. Nolles celebrare horas canonicas ſi non eſſet preceptū. ¶ Pro materia argumenti dicitur multipharia: quis poteſt habere tales actus. Vnomodo ſic ꝙ homo habet volitiones conditionales ad exeundum in opus: ſed quia deeſt ei facultas ad exeundum in illud: ita ꝙ per eum nō ſtat: et de talibꝰ actibꝰ tam ē difficultas: vt vellē alere inopes ſi ſuppeditarent facultates: vellem occidere ſortem ſi poſſem. Alij ſunt actus conditionales ī ære: vt ſi eſſem rex vterer tali conſilio: et ſic habenas regni moderarer: ⁊ adhuc iſti actus ſunt boni: ſuppoſito ꝙ bene ſceptrum regni (ad quod nullam apparentiā habet) dirigere vellet: cū anima noſtra inſtar rote molendini vel galli erei in turbine mouetur: crebro in tales actus nobis impertinentes eximus: et potiſſimū melancolici imaginationem fortem habentes: nec illud vicio ſemper ē dandum quod dulcedine imaginādi caſtra in heſperia vltima (vt aiunt) itinera tedioſa ⁊ multa ſimilia ſine anxietate pertranſeunt multos [illegible]ſtrum ad hoc experientia doctos ſuſpicor. Alij ſunt actus de quibus eſt maior difficultas: vt nollem dicere horas ſi non eſſet de precepto. Vellem eum occidere: ſi non eſſet prohibitum: et a nullo iſti actus damnantur tanꝙ̄ mali. Rationabilius eſt cū communiter [illegible] quentibus dicere eos eſſe bonos. Iſtud nolle nō retrahit a dicēdis horis. nec iſtud velle ad homicidiū: ⁊ quō amplꝰ eſt non īpedit: nulla inter iſtos actꝰ eſt incōpoſſibilitas. nolo occidere iſtū: et vellem iſtum occidere:

ſi non eſſet prohibitum: ſicut habemus volitiones cathegoricas: vt volo eum percutere: ita actus voluntatis habemus ſuper obiecta conditionata cadentes.

## ¶ Diſtinctionis .xlij. Queſtio ſexta.

Reſtat pauca inquirere de peccato veniali. Circa quod quero hunc titulum queſtionis: an veniale poteſt eſſe mortale: ⁊ de diſcrimine inter veniale et mortale. Supponatur ſicut in ciuilibus. Aliqua ſunt delicta pro quibus vltimum ſuppliciū: ⁊ mors infligitur. Aliqua ſūt errata minutiora que minutioribus penis mulctantur: ſic in foro dei tranſgreſſio pauca ſi etern⁹ cruciatus infligitur mortalis appellatur: vel inferretur: ſi quis penitudine non ducatur: quelibet alia tranſgreſſio vocatur venialis. Hoc ſuppoſito ponā duas cōcluſiones. ¶ Quarum Prior eſt. Veniale peccatum poteſt eſſe mortale: aliqui titubantes: et ſeipſos non intelligentes poſtꝙ veniale poſſe eſſe mortale fatentur non audent confiteri ꝙ illa res que eſt veniale peccatum vnꝗ in mortale labatur. q: tunc ꝙ dicunt res de ſpecie eſſentiali in ſpeciem eſſentialem migraret: et non ſolum plebei theologi hoc dicunt: ſed populares. Sed probatur concluſio aſſumpta. Veniale poteſt eſſe mortale ſecūdum cōmuniter loquētes. ergo hoc quod eſt veniale vel poteſt eſſe veniale. poteſt eſſe mortale per explicationez terminj: et ſi poteſt eſſe ponatur in eſſe. ¶ Sed dicis modus vulgaris intelligit ꝙ veniale poteſt eſſe mortale: ſicut dies poteſt eſſe nox: quia poſt diem ſequitur nox. vere in nullo ſenſu homo poteſt eſſe bos: ſed de hoc non cōtendamus. ¶ Aliter arguitur ad concluſionem prohibeat deus aliquid in prima medietate hore ſub pena peccati venialis. in ſecunda medietate hore ſub pena peccati mortalis committat ſortes actum per totam illam horam tam in priori medietate hore peccat venialiter. et in ſecunda medietate hore mortaliter: igitur propoſitum. ¶ Tertio arguitur. ſecundum legem poteſt eſſe aliquod peccatum veniale quod ſortes cōmittit: vt puta velle mentiri: et ipſo continuante actum libere dictet et ſua conſcientia ꝙ mortaliter peccat. Iaz palam eſt ꝙ mortaliter peccat: et tamen eſt idem act⁹ numero. ¶ Quarto arguitur ſic. Faciat ſortes aliqd in occulto quod eſt veniale. in propatulo factū erit peccatum mortale. ponantur aliqui ſuperuenientes: ⁊ ſcādaliſati in hoc facto. pone continuationem actus interioris / et exterioris: et cetera q̄ promouent robora argumenti: iam quod erat veniale eſt mortale. ¶ Quinto arguitur. Faciat ſortes aliquod furtum veniale neſciens eſſe ſacrilegium ipſo continuante actum ſciat ipſe eſſe ſacrum: non obſtāte tollat eam. Iam quod erat veniale erit mortale. ¶ Sexto arguitur. Idem actus elicitus ſucceſſiue poteſt eſſe bonus et malus: etiam mortifere. ergo a fortiori actus venialis poteſt eſſe mortalis. ¶ Septimo arguitur. Idem peccatum primo fornicatio: et poſtea adulterium: et per ꝯſequens primo minus graue: et poſtea grauior: ergo veniale poteſt eſſe mortale. Conſequētia tenet. probatur antecedens ponendo ꝙ ſortes habeat iſtam volitionem: volo cognoſcere hanc mulierem demonſtrando mulierez ſolutam: ipſo continuante actum contrahat ipſa matrimonium per verba de preſenti ſine ſponſalibus: iaz actus qui prius erat ſimplex fornicatio: et peccatum minus. efficitur poſtea hoc vīculo matrimonij pergrāde delictum. ſuper hoc vlterius patebit aliquid in primis motibus. Non adduco plures probatiōes ad hāc concluſionem quicquid dicant alij: certum eſt apud intelligentem philoſophiam ꝙ veniale et mortale ſunt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime entitatiue indefinite / ⁊ particulariter: vt loquutus ſum: et ſcandalum: et non ſcādalum peccatum occultum et publicum eiuſdem ſpeciei in genere nature vel entis: quicquid multi ſomniātes dicant. ¶ Circa ſecundum queſitum in titulo queſtionis dicitur ꝙ non poteſt dari vna regula. Nō ſufficit dicere. per hoc differunt: quia mortale tollit gratiam: et veniale ipſam non tollit: licet hoc ſit verum per hoc nihil cognoſcitur. ¶ Secundo non ſufficit dicere more aliquorum ꝙ mortale eſt immediate contra deum et veniale contra proximum vtrunꝗ ſtat dare contra proximuz. Non inſiſto in refellendis varijs modis dicendi friuolis in hac parte. Propterea dicitur ꝙ nō datur vna regula: ſed oportet currere ad precepta iuris nature dei: et ſuperiorum hominum: et videre in quibus eſt tranſgreſſio mortalis: et in quibus venialis: quia et mortalia / et venialia in materia mendacij voti homicidij furti / luxurie et in ceteris id genus inuenies: ⁊ iſtud prouenit propter multitudinem materiarum occurrentium: ita ꝙ vna circumſtantia peccatum auget alia materiam attenuat. Et probatur iſtud per locum a ſimili: et per neceſſitatem docti viri ad curam animaruz requiſiti. Si peteres a phyſico naturali quis morbus inducit mortem. ¶ Reſponſionem generalez nullam habere potes cum aliqui lenta febre: ⁊ parua terſtiana vitam in mortem commutant. Aliqui Nephreſim colicam: immo iliacaz que eſt deterior Pleureſim et epydimiam euadunt. Oportet tangere pulſum adire laborantem videndo ſuperflua prime et ſecunde digeſtionis. Sic eſt de phyſico ſpirituali quē hic medicū vulgo appellamus. oportet ꝙ videat impulſum quez habuit peccator ad delinquenduz: audire circumſtantias per linguam non erubeſcendo de fetoribus / ⁊ ſordibus quas in cōfeſſione alter detegit: quare opus ergo erudito ad concionandum: et nullus ita ſcite verbū dei euangelizabit iſtis ſicut ille qui patientem in confeſſione cognouit ſecundum verbum chriſti. Si cec⁹ cecum ducere debeat: ambo in foueam cadunt. ¶ Sed contra iſtud arguitur quilibet quodlibet peccatum tenetur euitare ſub pena peccati: et mortale tenetur euitare ſub pena mortis: veniale ſub minori pena. ergo tenetur quodlibet cognoſcere eſſe tale: quia nō bene euitatur niſi cognoſcatur. ¶ Reſpondetur negando conſequentiam: licet ſit in ea color quando homines dubitant inquirant ab alijs: ſi exponant ſe diſcrimini eis imputabitur. Propterea ſcientia multuz conducit ad iſtos anfractus cognoſcendos: quia tunc peccatorum vortices homo ſagacius euadit: etiam in multis poſitiuis ignorantia inuincibilis excuſat. ¶ Circa hanc queſtionem aliquas dubitationes mouebim⁹. ¶ Prima dubitatio: an peccatum dicatur vniuoce de mortali / et veniali. ¶ Secundo dubitatur. An peccatum veniale ſit contra preceptum dei. ¶ Tertio dubitatur. An veniale per aſſuefactionez peccatum mortale faciat.

¶ Quarto queritur de illa diuiſione venialis in fenū lignum/et ſtipulam. ¶ Quinto dubitatur vbi et quomodo punietur ille qui cū originali/ et veniali decedit. ¶ Sexto dubitatur: an quis poteſt committere veniale: ne frater eius peccet mortaliter. ¶ Septimo: an de duobus malis minus eligendum eſt. ¶ Octauo: an aliqua culpa venialis in alio ſeculo dimittatur. ¶ Nono dubitatur: an volens peccare venialiter peccet mortaliter. ¶ Ad primum dicitur ꝙ peccatum dicitur vniuoce de mortali/et veniali. patet per diffinitionē quā cunq; peccati eſt actus difformis rationi recte: et licet pctm̄ mortale ſit grauius veniali: tamē nō plus participat rationem peccati ꝙ veniale: vt in ſimili patet: licet homo ſit perfectior entitatiue boue: tamen nō plus participat rationem animalis ꝙ bos: ſic eſt in propoſito. ¶ Ad ſecūdum: placet multis dicere ꝙ peccatum mortale non eſt prohibitum: ſed cohibitum: placet alijs dicere ꝙ non eſt contra legem dei: ſed preter legem dei. Iſtud eſt ſolum certare de nomine: et multiplicare ſine ſententia multa vocabula. ¶ Propterea vno vbo dicitur peccatum veniale eſt contra legem dei. Deus prohibet aliquid ſub pena peccati mortalis: et illius precepti labefactatio eſt peccatum mortale. aliquid prohibet ſub pena peccati venialis: et illius precepti trāſgreſſio eſt ſolū venialis ſicut in foro ciuili prohibetur homicidium ſub pena mortis. prohibetur furtum ſimplex prima vice ſub pena vberis: et tamen vtraq; iſtarum tranſgreſſionū in foro exteriori eſt prohibita: igitur. ¶ Ad tertium dicitur ꝙ non. Probatio: ſi primus actus mentiendi ioco ſe ſit peccatum veniale ſecundus ſimiliter pctm̄ veniale: et ita de quolibet alio actu habitum ſequente: et ſic ſola conſuetudo non facit de veniali mortale. ¶ Sed cōtra hoc arguitur. per illud qđ habetur vigeſima quinta diſtinctione vnum. §. alias ante me. ¶ Reſpondetur. ſola conſuetudo non facit illud: ſed frequenter conſuetudo eſt cauſa illius circunſtantiam mortalem inuoluens: faciens hominē ita ppenſum ad illum actum: ita ꝙ interdum ha et hoc propoſitum ꝙ non contineret ab illo actu prohibito quādo eſſet pctm̄ mortale: et ſic intelligit illud cōmune Auguſtini ꝙ nullum peccatum eſt adeo veniale quod non fiat mortale dum placet: vt patet vigeſima quinta diſtinctione vnum orarum. §. Criminis. ¶ Ad quartū quod tangit apoſtolus prime Corinthiorū tertio. Inquiens. Si quis autem ſuperedificat ſupra fundamentum hoc aurum/argentum/lapides precioſos/ligna/fenum/ſtipulam/vniuſcuiuſq; opus manifeſtum erit. Baſim hanc explicuit chriſtū: vbi gloſa Auguſtini hec Tria edificent cōtemptores ſeculi/qui ſua omnia pauperibus dant per ligna venialia maxima: per ſtipulaz minima: per fenū mediocria intelligātur. Q; venialia intelligat patet per litterā ſequentem: ipſe autem ſaluus erit: ſic tamen quaſi per ignem. ¶ Quinto dubitabatur de originali/et veniali. Beatus Thomas in prima ſecūde negat caſum poſſibilem de lege: et coloratur negatio caſus: licet ante annos rationis homo non baptiſatus ſit in peccato originali cum adoleſcit: et ratione vtitur tenetur ad ſuſceptionem ipſius ſacri baptiſmi quod ſi nō ceperit mortaliter peccat: et ſic ſi decedat in peccato actuali ī mortali decedere neceſſe eſt. ¶ Cōtra iſtud ſic argumentor: datur iuuenis cum primum ad annos diſcretionis venerit tempus induciarum. vt de qua lege eſſe voluerit conſyderet. ꝙ pro illo tunc non obligatur ad actus preceptorum affirmatiuorū Stat tamen talem contrauenire precepto negatiuo de furto veniali vel de aliq alio veniali cui conſ ſa dictet ꝙ properam agit: cum ponatur iam in vſu rationis. ergo tūc venialiter peccat. Primo pono ꝙ tunc occumbat vel qualitercunq; decedat. Iſte decedit in originali/ et veniali. ergo propoſitum. ¶ Propterea videtur rationabilius ꝙ caſus eſt de lege poſſibilis: ſed caſu admiſſo contra eum arguitur ſic (tenēdo ꝙ veniale temporanee punitur in alia vita) vel iſte quando deceſſit ibit ad infernum: et tunc ſuo peccato illic expiato puerorum limbum adibit: et ſic aliquis ab inferno liberabitur vc. punietur in purgatorio primo: et tunc ſequitur ꝙ aliquis punitus in purgatorio perpetuo punietur: quia pena damni. iſte punietur perpetuo in puerorum limbo poſt penam venialis perpeſſam. ¶ Reſpondetur locus nō ſolum facit ad penam: ſi anima beati Petri eſſet in igne inferni non puniretur: et aliqui ſpiritus in eodem igne magis aliqui vero minus puniuntur. Similiter demones in hoc mundo exiſtentes puniuntur. ¶ Secūdo dicitur ꝙ talis punietur primo in purgatorio pro veniali quod non coniungitur mortali: poſtea adibit limbum puerorum: et ſola pena damni punietur. ¶ Ad ſextam dubitationem dicitur ꝙ nō charitas incipit ab ipſo habente. homo citius tenetur veniale euitare in ſe ꝙ quodcunq; peccatum in alio. Nec ſtat dare caſum in quo quis faciens circa fratrē quod poteſt ad retrahēdum eum a peccato ꝙ peccare venialiter neceſſitabit. ¶ Sed contra hoc arguitur. Quis poteſt venialiter peccare anteq̄ occidatur: quod patet: ſi occidetur non amplius merebitur: et habet probabilitatem moralē: ꝙ bene viuit: et multum merebitur. ergo iſte conſulto ſuam vitam prolongando mentitur venialiter. Et confirmatur hec ratio per apoſtolū qui cupiebat eſſe anathema pro fratribus ſuis. ¶ Tertio ſic arguitur. Aliquis rationabiliter poteſt velle ſufferre penam peccato veniali debitā ad hoc qđ euitetur mortale ī fratre. ergo poteſt velle peccare venialiter: ſi poteſt velle ꝯñs. quare non poterit vel antecedens. ¶ Ad primum iſtorum nego antecedens ad Romanos tertio. Non ſunt facienda mala: vt inde eueniant bona: citius mille genera mortis perferre debet anteq̄ peccet: et deum offēdat. ¶ Ad ſecundum: apoſtolus cupiebat eſſe anathema pro fratribus ſuis. Romanorum. ix. Hoc intelligitur pro tempore in quo perſequebatur chriſtianos ex zelo legis iudaice Actuum octauo. ſic etiā poteſt exponi pro tempore poſt conuerſionem ſuam in quo predicabat fidem in quo optabat ſeparari a chriſto per dilationem ſue glorie: vt operam daret de Iudeis cōuertendis. ſecundum illud ad Philip. primo deſiderium habens diſſolui et eſſe cum chriſto: permanere autem in carne neceſſarium eſt propter vos. Et Romanorū nono. Optabam enim ego ipſe anathema eſſe a chriſto pro fratribus meis qui ſunt cognati mei. ſecundū carnem/qui ſunt iſraelite: vbi Gloſa interlinearis primā dat expoſitionem ſecundum carnem dicit eadem Glo. de tribu Beniamin de qua erat apoſtolus. ¶ Ad tertium concedo antecedens/et nego conſequentiā. Interdum homo licite vult conſequens: non autem antecedens: ſicut Carolus magnus voluit habere Rolandum: ſed non modum quo habebatur: et mater magiſtri ſententiarum volebat habere filium quando videbat eum reipublice chriſtiane apprime vtilē: et tamen non volebat antecedens ad hoc puta modum per quē producebatur: ſaltem rationabiliter volēdo ſicut loquimur: quēadmodū aliqs vult añs rōnabilr nolēdo ꝯñs vt ptʒ in hac ꝯña ſortes penitet. ergo ſortes peccauit.

¶ Ad ſeptimum diſtingo vel de duobus malis pene: ⁊ ſic pōt eſſe verum: vel de duobus malis culpe: et ſic negatur nullum malum eſt eligendum: ſed minus malū eſt minus fugiendum. Vel ſic de duobus malis culpe minus eſt eligendum capiendo abuſiue comparatiuum ſic ꝙ exponatur per ſuum oppoſituz. Nec ſtat dare caſum vnq̄ quod dictū eſt q̄n hō pōt euadere a pctō. ¶ Sed contra iſtud arguitur. 13. diſtinc. dicit Gratianus ca. Item. ꝙ aduerſus ius naturale nulla diſpenſatio admittitur: niſi forte duo mala ita vrgeant: vt alterum eorū neceſſe ſit eligi: et in ca. duo mala dicit: licet oīno cautiſſime ſint precauenda: tñ ſi periculi neceſſitas vnum ex his ꝑpetrare cōpulerit: ⁊ debemus ſoluere ꝙ minori nexu noſcitur obligari: et illud erat ordinatum in cōcilio Tolle. ¶ Ad primū dicit in primo capite duo ſunt min⁹ benedicta. Unum ꝙ circa ius naturale cadit diſpenſatio. Scdm ꝙ alterum illoꝝ malorum neceſſe ſit eligere: q2 ſic eſſet perplexitas ſm xritatem in lege diuina/quod eſt falſum. Non negamus ꝙ alqs poteſt eſſe perplexus ex ſuo delirio in lege diuina: vt ſi habeat ꝯſcientiam Judeus ꝙ Xp̄us erat occidendus. tunc peccaſſet chriſtū occidendo: et eū non occidendo peccaſſet cōtrauemendo ſuo falſo iudicio ſi homo faciat quod in ſe eſt ſemper ſufficientē aperturā inueniet: ne in pctm̄ incidat conſulendo ſapiētes non oberrabit ſicut Judei tenebant adherere teſtimonijs ꝓphetarū et patriarcharum ꝙ iam meſſias venerat ꝓmiſſus i lege. ¶ Sed cōtra hoc arguitur. Si homo haberet vnū panem paruum de quo poteſt releuare ſolum indigentiam vnius: tūc erit ꝑplexus in pctō cuicunq3 dederit. Si dcr patri habz motiuum in oppoſituz ꝙ debet diligere illud quod eſt aliquid ſui. modo filius eſt aliquid pr̄is: et nō econuerſo. 8. Ethicorum ſm Ariſtotelē. In oppoſitum habet motiuū. Magis filius a patre depēdet q̄ econuerſo: ſed magis eſt inclinatio rei ad illud a quo dependet q̄ ad illud a quo nō dependet. Item plura beneficia accepit a patre q̄ a filio. ergo talis vtrinq3 habet rationem: ꝙ quicq̄d facit peccabit omittendo. Non valet dicere ꝙ ꝯſulendi ſunt ſapientes in illo caſu: quia interea temporis vterq3 inedia extinguetur.

¶ Reſpondetur: ſi aliquid mali contingit hoc ex ſuo delirio ei euenit. ¶ Secundo dicitur ꝙ debet panē hūc porrigere patri filio relicto: licet naturalius filium diligat tanq̄ effectum eius q̄ patrem: et motiua ad patri ſuccurrendum ſunt maiora. Nec eſt de iure nature filio ſuccurrēdū in illo caſu. ¶ Tertio dicitur quando homo eſſet dubius: et parti ſaniori lubens condeſcenderet quicquid agit ex errore inuincibili omnis peccati expers euadit. potiſſimum homo ineruditus de quo loquor. ¶ Ad octauum reſpondetur. hic ſunt poſitiones oppoſite: vt Magiſter in vigeſima ꝑma diſtinctione dicit: ſed magis condeſcendo in illam partem ꝙ veniale poteſt remitti in alio ſeculo. ¶ Ad nonum dicit. ꝙ conſentiens in actum peccati venialis quem ſcit eſſe venialem ſolum venialiter peccat. ad quod propoſitum mortaliter peccaret: cum materia eſt prohibita ſub pena peccati venialis ſolum. et hoc conſtat iſti. ergo habetur ꝙ veniale volens facere ſcitum eſſe tale ſolum venialiter peccat: et iſtud palam eſt de eo cui placet ille actus qui eſt venialis. Diſplicet ei tamē ꝙ ille actus ſit venialis vellet illum actum non eſſe peccatū ſed hic eſt magis difficultas: volo peccatum veniale facere: quia actus voluntatis cadit ſupra cōnotatum termini: et hoc eſt loqui de illo: qui facit peccatum veniale cui placet illud peccatum eſſe veniale: nec videtur ꝙ iſte peccat mortaliter: adhuc ſtat q̄ ſi ſciret eſſe mortale non vellet illud facere: et ſcit illud eſſe prohibitum ſub pena peccati venialis. quare ergo peccabit mortaliter: licet placet ei ſub ea ratione qua eſt peccatum. Non debemus aliquid reputare peccatum: niſi vbi motiuum ſufficiens ad hoc habemus. ¶ Decimo adhuc dubitatur penes quid peccatorum magnitudo attenditur. ¶ Undecīo dubitatur. An omne peccatuz ſit contra vnum preceptum decalogi. ¶ Duodecimo dubitatur penes quid peccatorum diſtinctio ſumitur.

¶ Ad primum trita eſt diſtinctio ꝙ vnum peccatuz eſt maius alio extenſiue: quia circa plures extēditur vnū peccatum eſt maius alio occaſionaliter: ⁊ originaliter quia eſt origo plurium peccatorum: ſed de talibus mēbris non eſt nobis cure. loquimur ſolum de magnitudine intenſiua non ſolum capiendo intenſiue: ſicut ī materia de intentione/et remiſſione forme: ſed vnum peccatum eſt maius alio intenſiue: quia abominabilius et maiori diſformitati eſt innodatum: vel pluribus diſformitatibus eſt inuolutum. hoc eſt contrauenit pluribus legibus: non ob aliud fr̄ minor plus peccat comedendo carnes in paraſceue q̄ die iouis: eccleſia ꝓpter paſſionem chriſti in quadrageſima prohibuit eſuz carniū: ⁊ ſpālius illo die q̄ paſſus eſt. Etiā hoc eſt iure cautum quolibet die veneris anni. hoc habet etiaz ex ſua profeſſione: et ſi hoc adhuc ex voto haberet grandius eſſet peccatuz. Hoc ſuppoſito dicitur. Magnitudo peccati eſt conſyderanda ex parte obiecti: ita ꝙ iniuria cōtra obiectum nobilius eſt maius: ſicut contra Pythagoricos philoſophus oſtendit quinto Ethicoruz. non eſt tamen talis proportio actuuz inter ſe qualis eſt obiectorum: quia tunc quodlibet peccatū immediate cōmiſſum contra deum eſſet infinite malū: et infinite imputabilitatis. Q̄ȝ patet: quia deus infinite quamlibet creaturam excedit: non ſolum reſpiciendum eſt ad obiectum: ſed etiam ad iniuriaz ipſam. hoc eſt conſyderare oportet modum iniuriandi. quia niſi ſic quodlibz peccatuz contra precepta prime tabule eſſet maius q̄ quodcunq3 peccatum contra precepta ſecūde tabule. et per ꝯſequens periurium: immo tranſgreſſio ſabbati a quolibet ſi ſit mortalis erit maior q̄ homicidiū quod eſt falſum. et ꝯſequentia patet: quia homicidiū eſt immediate contra creaturam: et tranſgreſſio ſabbati immediate contra deum: ſed modus iniuriandi in homicidio per quod homo e medio tollitur ē maior q̄ diſplicentia commiſſa immediate contra deum: ſed ad imaginationem ſi quis poſſet tollere deum de medio vel ſi quis niteretur hoc (licet ſit impoſſibile) illud peccatuz eſſet maius q̄ homicidium: et non ſolum iſta conſyderanda ſunt: ſed intentio gradualis act⁹ circumſtantia temporis: quia peccatum continuatum per horam eſt maius q̄ peccatum continuatum per mediam horaz. Ingratitudo eſt menſuranda. plus peccat iniuriam faciens contra illum cui eſt multuz obnoxius: q̄ contra alium cui nō eſt deuinctus. Sic gratitudo eſt maxime extollenda. Quocirca veteres gratiarū templū ī medio ciuitatis ponebant: vt inquit philoſophus quinto Ethicorum. Ut accepti beneficij homines eſſent memores. Ingratitudo erit monſtruz indeteſtabile. Hoc peccatum Jude aggrauabat ī chriſtuz/qui non ſolum eum creabat: ſed ſpeciali familiaritate ad apoſtolat⁹ culmen vocabat. Conſyderanda eſt propinquitas ſanguinis: et ſic Nero matrem occidens plus peccat q̄ occidens fratrem conſiderandū eſt quo ſine id fiat: ⁊ quis eſt qui occidit: vt ſi monachus/ſacerdos/vel laicus.

Multe alie circunſtantie que vix ſub arte cadunt ĩ magnitudine peccati conſyderande ſunt. Sed aliqua iã de potiſſimis narrauim⁹. ¶ Ad vndecimũ dr̃ ꝙ nõ oẽ peccatum eſt contra vnum preceptum decalogi. patet de fractione ieiunij quatuor tẽporum vel alicuius ſancti: ſed hic diceres ꝙ hoc eſt contra iſtud preceptum de honore parentibus impẽdẽdo: ſcʒ parendo mr̃i eccl'ie. ¶ Secundo arguitur ad idẽ. Rapina nõ eſt ↄtra vnũ de illis preceptis. patʒ inductiue currendo ꝑ precepta Exo. 20. numerata. Sed dices rapina prohibeť in furto tanꝙ maius in minori. Contra. ſaltem habebitur ꝙ fornicatio ſimplex nullo iſtorum preceptorum eſt prohibita: q2 ſi ſic maxime per mechiam: ſed hoc non: mechia eſt adulterium. modo nõ oportet ꝙ ad prohibitionem maioris peccati prohibeatur minus: q2 non includitur in eo tanꝙ ↄñs in añte. Secus eſt de rapina que includitur in furto non ſolum: quia eſt pcũ maius ꝙ furtum: ſed q2 tanꝙ ↄñs in añte inuoluitur. hoc eſt lucide dicere. omnis ratio quare ꝓhibetur furtuʒ repeniť in rapina et aliqua alia. ¶ Tertio arguitur ad idem. Mendacium nõ prohibeť in vno iſtorum p̃ceptorũ: q2 ſi ſic maxime eſſet in periurio: ſed hoc nõ. Periuriũ eſt maius pcũ ꝙ mendaciũ crebro: vbi mendaciuʒ eſt veniale circa aliquã materiam. periuriũ circa eandeʒ eſt mortale. modo ad ꝓhibitionem maioris non prohibetur minus. ¶ Quarto arguitur. Peccans ↄtra ↄſciẽtiam peccat: et non opʒ ꝙ hoc ſit ↄtra aliquod p̃ceptũ decalogi: igitur: ↄñs tenet cum maiore: et minor patet: ſi conſcientia ſortis dictet ꝙ peccat ſi comedat illotis manibus comedendo ſine manuũ lautione peccat: et tñ non videtur contra quod preceptum decalogi peccat. igiť. ¶ Quito arguitur. poſito ꝙ aliquis habeat tale velle quo vult peccare contra vnum p̃ceptum decalogi vel peccare ſimpliciter. talis peccat et contra nullum preceptum decalogi/ quod ptʒ currendo inductiue per oĩa. Quare dico ꝙ non oĩs traſgreſſio mortalis vel venialis eſt contra vnum preceptũ decalogi: et per ↄñs homines ſe inaniter fatigant: oẽs peccatorũ tranſgreſſiones. contra vnũ preceptum decalogi reducere conantes. ¶ Sed contra iſtud arguitur ſequereť ꝙ deus in penthecoſte non ſufficienter tradiderit ſuo populo legem cum per illam non poterant omĩa pctã dignoſcere. hoc ↄñs eſt falſum. ergo et añs. ¶ Rñſio. ↄſequentia eſt nulla. Oĩa precepta decalogi ſunt moralia dempta ſanctificatione ſabbati quoad talẽ diem et per ↄñs ſine precepto impatiuo ſapiẽtes illa cognouiſſent: ſed enucleate pro ſapientibus et inſipientib⁹ illa precepta tradita ſunt. Cum ſecundo. Deus dedit populo decem precepta decalogi: et ſuccinte ad q̃ populus maxime obtuitum conuerteret. Multa alia p̃cepta iudicialia: et cerimonialia demptis p̃ceptis decalogi populo tradidit: et curam Moyſi: ⁊ ſenioribus Iſrael reliquit ⁊ multis alijs ſicut in lege gratie eccleſia paſtoribus poteſtatem reliquit condende legis ꝓ vtilitate populi. Nec ſequitur vlla inſufficientia ex parte legis diuine: quia quãlibet tranſgreſſionem per legem indicatiuam in cordibus noſtris ſcriptam: vel imperatiuaʒ per noſipſos vel alios cognoſcere poſſum⁹. ¶ Ad duodecimum dicitur ꝙ peccata diſtinguntur ꝑ ſua obiecta totalia: ſicut actus et habitus quorumcumꝗ viciorum.

¶ Diſtinctionis. xlij.
Queſtio ſeptima.

QUero an actus exterior addat maliciam ſuper actum interiorem. Super ꝓpoſita q̃ſtione due ſunt partes oppoſite q̃rum vna tenet partem affirmatiuam quam in q̃olibeto cõterraneus tenet: ſed q2 contra hãc partem ſunt rationes difficiles a ſuis ſequacibus non teneť ad ſuam mentem: ſed tortuoſe flectitur in partẽ oppoſitã per premiũ et demeritũ accidentale. ¶ Sed ↄtra poſitionem eius nulla demonſtratio occurrit. hoc eſt argumentum expugnans oppoſitum: multa tñ motiua ruunt glomeratim q̃ partẽ illã acriter oppugnant: ſed illis rationibus aliquas rñſiones dare niſi ſumus: vt patuit in. 17. diſtinc. primi. In partẽ negatiuam et cõmuneʒ q̃ nobis rationabilior apparuit aĩm flexímus. ¶ Sed quia circa illius queſtionis elucidationem illa parte late ſecundũ tpˢ oblatũ (prout potuim⁹) ſcripſimus dicta illa non refricabo: ſed q2 ibi vnũ diximus ꝙ habens actum exteriorem cũ interiori ſicut cõiter loquentes dicunt in hac pte: is pluribus pctis peccat extenſiue ꝙ actũ interiorẽ habens nobis occaſionem aliquid dicendi miniſtrauit cuʒ. 20. diſtictionẽ huius pertranſiuimus: apud Calchographos a quodã amicorũ oblatus eſt Dionyſius Ciſterſienſis/ qui illum moduʒ dicendi cõem tanꝙ falſum elidere laborat: cuius argumentatiões ſi concludãt modũ cui innixi ſum⁹ cũ alijs infirmant. ¶ Propterea duo in hac pte faciam. Unũ erit paucis ꝓbando illud q̃ð illic diximus. Scðm erit rationes huius viri detegere inſufficiẽtes. ¶ Primũ igitur a me ꝓbandũ eſt hoc ꝙ faciẽs actum interiorem et exteriorem eſt peior extenſiue: hoc eſt plurib⁹ pctis peccat ꝙ hñs actũ interiorem tñ. Probatur hec ↄcluſio. Actus iterior ẽ vnũ pctm̃: lʒ ipe currat ad cõplexe ſignificabile cũ Greg. nõ curo. et act⁹ exterior ẽ vnum pctm̃: q̃ñ impať ab actu interiori oĩno malo: cuius ꝓbatio ẽ efficax: nõ eſt act⁹ meritori⁹: nec actus indifferens: ⁊ eſt act⁹ hũan⁹. ğ eſt demeritori⁹. Hui⁹ ↄcluſionis ỽitatem ita notã in theologia exiſtimo ꝙ ad eam fulciendã plures rõnes nõ appono: et act⁹ exterior realiter diſtinguitur ab actu interiori. ğ ſunt duo act⁹ realiter diſtincti. ğ fundamentũ clarũ. Iam rñdebo ad rationes: nõ autem oẽs: q2 in aliq̃bus auctoritatib⁹ btĩ Aug. de mendacio ⁊ de actu interiore mentiẽdi cõtra Grego. inſiſtit: ſed mea non refert inter eos tantas cõponere lites: ſʒ ꝓ quãto motiua videť eſſe ↄ nos. Propterea ad illa rñdebim⁹. ¶ Prio ſic ỽtuaľr argumẽtatur. Si ſoꝛ. aliq̃d velit: et hic ſeq̃tur volitũ: ⁊ plato eq̃liter velit: ſʒ ĩpediť a volito vterq3 eſt eq̃ iniuſt⁹: ſed nõ ẽ imagiabile ꝙ ſoꝛ. hẽat duo actualia pctã: q̃n hẽat duas iniuſtitias. Si igiť habet vnã equalẽ toti iniuſtitie platonis: et aliã iniuſtitiã quã nõ hʒ Plato. Videť ꝙ ſortes ſit magi iniuſt⁹ ꝙ plato: et plurib⁹ q̃dib⁹ iniuſtitie iniuſt⁹: ğ eſt peior: et magis re⁹ apud deũ ſortes ꝙ plato. ꝓpter p̃ciſe opari exteri⁹ q̃ð eſt ↄ Aug. primo de libero arbitrio cap̃. tertio dicentẽ ꝙ nõ min⁹ reus eſt ꝙ in ipſo facto deprehenderetur. ⁊c. ¶ Reſpondetur admittendo caſum. Et quando dicit: non eſt imaginabile ꝙ ſortes habeat duo actualia peccata. hoc non eſt verum quando malicia vnius peccati dependet a malicia alterius. Neceſt opus amplius. ad hoc reſpondere: quia prolixe hoc deduximus loco preallegato. Et propterea ꝙ quia a multis crude videbatur tactum.

¶ Secundo argumentatur: quia ſi fundamentuʒ hoc ſit verum ſequitur ꝙ aliquis operando extra: et volẽdo operari pluribus pctis peccat: ſed nõ efficitur magis reus: ſequitur ꝙ quis infinitis pctis peccat: et tñ non erit magis reus quod eſt falſuʒ. Probo ꝯñam: qꝛ b/vult occidere c/⁊ b/mouere brachiũ nõ eſt b/velle occidere. Item b/velle euaginare gladium vſq; ad primã medietatem non eſt b/velle occidere c: et velle euagiare vſq; ad medietatẽ ſcd̃e medietatiſ. et iterum vſq; ad medietatem alterius medietatis: et ſic in infinitum ſecundum partes ꝓportionales. Uere nõ intelligo quãti ponderis eſt hoc argumentũ: ſi vult probare ꝙ quis peccet pctis infinitis equalibus non cõicantibus inequalibus: notum eſt apud oẽm intelligentẽ in phia et theologia ꝙ ita in quolibet pctõ cõtingit. Inſuper iſte non habet tot diſtinctas volitiones ſecundum numerum partiũ ꝓportionabilium enſis euaginati In fine dicit non ſunt diſtincta peccata: actus exterioꝛ ⁊ interioꝛ non ſtat in peccare: ⁊ in complexo ſignificabili. Nec Grego. ꝯtra quem digladiatur: ſed de iſtis actibus: ſʒ non eſt opus niſi facere et hoc argumentum logicale. Actus interioꝛ eſt: et ſimul tp̃e eſt actus exterioꝛ: et actus interioꝛ non eſt exterioꝛ. ergo actus exterioꝛ diſtiguitur ab actu interioꝛi. ꝯña tenet ab exponẽtibus ad exponibilẽ: et actus interioꝛ eſt pctm̃: et ſic eſt actꝰ exterioꝛ. Item ſi actus interioꝛ/et actus exterioꝛ ſũt vnũ peccatum: ẽ vnum hoc pctm̃ vel vnuʒ illud hoc peccatum poſita conſtãtia. ꝯñs eſt diſiunctiua: cuius q̃libet pars eſt falſa: ergo totũ ꝯñs eſt falſum. da vnã partem veram quocunq; demõſtrato actus interioꝛ/et actꝰ exterioꝛ ſunt vnũ hoc pctm̃. ẽ ſunt vnũ hoc ens: vel loco de termino vnum ponaẽ terminꝰ idem: ſi vna aĩa eſſʒ in duobus hoĩbus non eſſent idẽ aĩatum: ſed duo aĩata Nec valet dicere: ꝙ iſtud copulatũ ꝯfundit cõfuſe tm̃: quia vir iſte de talibꝰ eſterinis eſt Innocẽs: dicit tñ aliquid in eadem q̃ſtione de euentu ꝙ interdum euentus ab ope exterioꝛi imꝑatus et ꝯdiuiſus aggrauat culpã quod ꝓbat de illo qui credit ſagittando occidere feraʒ in ciuitate: et occidit hoĩem. talis grauius peccat q̃ꝙ ſi non occideret: quia dedit operaʒ rei illicite: ſed ſubſtractio euentus cõdiuiſi ab opere exterius imperato non alleuiat culpã dicit. Patet de eo q̃ vult ꝑcutere pr̃em et percutit ſtatuam credẽs ſe ꝑcutere patreʒ: talis nõ minus reus habetur apud deũ: licet nõ tm̃ puniaẽ in p̃ſenti foro: ſcd̃m leges humanas. ¶ Prioꝛ pars huius dicti eſt ꝯtra illa q̃ diximus in illa q̃ſtione: ſed qꝛ ſoluʒ dicit et nõ probat nõ r̃ndemus illi: noſtre ꝓbationes illius partis alibi patẽt. Uideat queſo etiã ſi i ſe acies oppoſitas in duobꝰ dictis ꝓximis moliaẽ. Si credẽs occidere ferã/et volens illã occidere plus peccat occidendo hoĩem: qꝛ dedit operaʒ rei illicite. ẽ eodẽmodo debet eſſe alleuiatio percutiendo petram/et non percutiendo patrem. dato ꝙ credit percutere patrem: an ſibi repugnauerit non curo. poteſt eſſe aliquis exitus fortaſſis de illo. ¶ Secundum dictum eſt verum: et p̃muʒ rationabile: ſed duo proiiciant duos lapides per feneſtram in vicũ: alter occidit: alter vero non ceteris omnibus paribus. hoc dempto equaliter peccant cuʒ vterq; dedit operam rei illicite. Alioquin ip̃e deſtruit concluſionem principalẽ de actu interioꝛi ⁊ exterioꝛi.

¶ Diſtinctionis. xlij.
Capitulum. viij.

PReterea ſciendum eſt ſeptem eſſe vitia capitalia vel principalia: vt Gregorius ſuper Exod. ait. ſcʒ inanem gloriam. iraʒ inuidiam. acidiam. vel triſtitiam. auariciaʒ. gaſtrimargiam et luxuriam. Que (vt ait Joannes chriſoſtomus) ſignificata ſunt in ſeptem populis qui terraʒ promiſſionis Iſraeli promiſſam tenebant. De his quaſi ſeptem fontibus cuncte animarum morti fere coꝛruptele emanant. Et dicũtur hec capitalia: quia ex eis oꝛiuntur omnia mala. Nullum enim malum eſt quod nõ etiã ab aliquo hoꝛum oꝛiginem trahat.

¶ Diſtinctionis. xlij.
Queſtio. viij. De Gula.

IN huius diſtinctiõis capite octauo magiſter diuiſioneʒ ſeptenariam peccatoꝛum moꝛtalium tangit: gratia cuius pauca de eis impreſentiarum tangere ſatagemus: inter libellum et Epitoma mediuʒ tenentes non nũq; exempla q̃ noſtre materie conducunt in medium afferemꝰ quia illa ad virtutes incendũt: et a viciis retrahũt auditoꝛem. a gula q̃ eſt nobis magis innata incipientes. Et queritur: an om̃is gula ſit moꝛtifera: et maxime exprobranda. in primis rationem nominis explicabimꝰ Secũdo concluſiue ad queſtionis titulum cum quibuſdam obiectionibus. contra eaſdem reſpondebimus.
¶ Gula poteſt diffiniri per habitum: vel per actũ eiꝰ: quia vterq; eſt gula: ſed facilioꝛ intelligentia habitus per actum cognoſcitur q̃ꝙ contra de actu loquendũ eſt. Gula ergo eſt volitio qua quis cibum vult capere: vel potum plus q̃ ratio poſtulet. Opponitur duabꝰ ſpeciebus temperantie cardinalis. Temperantia ſecundum Ariſtotelem tertio Ethicoꝝ. que in ſenſu tactus et guſtus conſiſtit. hoc eſt habitus eius eſt inſultuuʒ i his duobus ſenſibus inſurgentium cohibitiuus circa venerea habet caſtitatem: circa potum ſobrietateʒ cuius extremum in ſuꝑhabundãdo eſt ebrietas moꝛalis circa cibum habet temperantiam regularem abſtinẽtiam: et ieiunium. Inſenſibilitas eſt extremum in deficiendo: circa temperantiam cardinalem virtutem gula ebrietatem tanq̃ ſpeciem eius icludit: cuius extremum oppoſitum eſt inſenſibilitas in cibo/et potu. Latitudo temperantie in his tribus conſiſtit: ſcilʒ ꝙ non capiatur plus cibi vel potꝰ q̃ corpori ſufficiat. Uel ſic et melius non capiatur cibi vel potus exuberanẽ i coꝛpoꝛis vel anime iacturam: ſed tantuʒ capiatur q̃tum coꝛpoꝛis incolumitati ſufficiat. cum hoc habendo oculum ad animã: quia dato ꝙ coꝛpꝰ maneat incolume: ⁊ petulãter laſciuiat ꝯtra ſpm̃ nõ eſt latitudo tẽꝑantie.

¶ Ulterius oportet ꝙ cancellos diuitiarum eius homo non ſupergrediatur: et hoc in fine .xi. capitis tāgit philoſophus inquiens. Uir autem temperās in his mediocriter ſeſe habet: nec enim iis gaudet quibus intemperans maxime delectatur: ſed potiꝰ moleſte fert: nec iis omnino quibus delectari non decet: nec vehemēter illis rebus huiuſcemodi delectatur: neq; ſi abſint dolet neq; cupit, niſi mediocriter ſemper: nec magis ꝙ oportet: nec quando non oportet vlla res omnino talis ipſum delectat. Mediocriter autē et vt oportet eas res appetit que voluptate quidem afficiunt ad ſanitatem autem et bonam corporis habitudinem cōferunt: et reſ ceteras voluptatis effectrices identidē ſi nec impedimento ſint dictis habitibus corporis: nec honeſtatis cōcellos: nec facultatum metas egrediantur. ¶ Ex his dictis ariſtotelis inferā aliqua correlaria. Primum non eſt eadē latitudo temperantie Miloni et Platoni. patet: cum prior bouē poterat comedere ī die cibus Platoni ſufficiens Miloni non ſuffeciſſet: et ſic nō manſiſſet bona habitudo corporis et anime. Secundo ſequitur diues lautioribus cibis vtendo ꝙ pauper manet in latitudine temperantie vbi pauper eā egreditur ſaltē ſi de proprijs emat. Tertio ſequitur. Nobilis et diues poteſt ſplendidioribus cibis vti ꝙ diues ignobilis. Quarto ſequitur. Infirmus poteſt multa plura exponere in cibo ꝙ ipſe poteſt in ſanitate: Probatio recta ratio dictat ꝙ debet corpori ſuccurrere caducis bonis fortune neglectis: et ſi negligeret deliqueret. Quinto ſequitur Ubi corpus bene paſtum et ſanum bellum ciuile in toto homine mouet et effrene ad illecebram tendit: ipſum ē redigēdū in ſeruitute dato ꝙ hō ī īfirmitatē corpis labit. Probat p verba Ariſtotelis allegata quia alioquī cācellos honeſtatis tranſgredietur. Ulterius ſequitur Si quis carnibus humanis more Scytharū veſcatur latitudinem temperantie egreditur: patet per verbum illud cancellos honeſtatis. Ultimo ſequitur. Tēperantia violat in pdicamēto qlitatis quātitatis et in pdicamento quando hoc eſt nimis delicate: nimis in quantitate vel extra tempus comedendo: cognita latitudine medij extremorum latitudines cognite euadunt: quia oppoſitorum eadem eſt diſciplina. Iſtis notatis pono concluſiones. ¶ Prima. Non omnis gula eſt peccatū mortale: immo aliqua eſt venialis. Probatur. Aliqs eſt paruus exceſſus extra latitudinē temperantie: ergo talis non eſt peccatum mortale: conſequentia tenet quia illic non eſt notabilis iactura corporis vel anime Cōfirmatur hec ratio. Si aliquid obſtaret maxime eſſ; quia gula inter peccata mortalia reputatur: ſed hoc nō obſtat: furtum prohibetur vno precepto decalogi tamē aliquod furtum eſt veniale: quod patet ſic de ablatione boni non notabilis. ¶ Et iterum hoc confirmatur Omnis actus deliberatus qui nō eſt caſtitas. circa venerea et luxuriam: ſed aliqua talis eſt venialis: vt patet de aliquo luxu inter virum et vxorem eius: et hoc ipſum patuit in quarto. ¶ Secunda concluſio. Sanctis et perfectis viris qui iam temperantiam virtutem ſecundū temperantie gradum attigerunt neceſſitas non eſt regula ſic ſcilicet ꝙ eā ſupergrediens peccet ¶ Pro iſtiꝰ concluſionis intelligentia ſupponimus ꝙ neceſſitas bifariam accipitur. Uno modo ſecundum ꝙ neceſſariū dicitur ſine quo res non poteſt eſſe aut conſiſtere: quomodo cibus dicitur neceſſarius ei qui eſt in extrema neceſſitate poſitus: et de hac neceſſitate non loquor. Secundo modo capitur neceſſitas ſecundum ꝙ dicitur neceſſarium illud ſine quo res non poteſt conueniēter eſſe: volo dicere ꝙ regula intemperantie non eſt menſuranda ſecundum hanc neceſſitatem: ſic ſcilicet ꝙ omnis ille peccet per intemperantiam qui cibo vtitur aut potu pro tēpore, p q̄ nō eſt hac neceſſitate neceſſariꝰ Probatur hec concluſio quelibet latitudo medij in quacunq; virtute etiam reſpectu cuiuſlibet eſt diuiſibilis: ergo quicunq; manet in quacunq; parte illius latitudinis manet in medio: ergo ſic manendo non peccat: ſed manendo in inferiori parte illius medij homo capit illud quod ſue ſuſtentationi ſufficit: ergo capiēdo aliquid in partibus ſuperioribus medij capit aliquid vltra ſine quo homo bene poterat eſſe alitus: ergo et cetera. ¶ Tertia concluſio. Aliqua gula eſt peccatum mortale. Probatur Omnis actus quo aſſumitur aliquid quod eſt in notabilē iacturā corporis et anime eſt peccatum mortale: aliqua gula eſt huiuſmodi. ergo aliqua gula eſt peccatum mortale: probatio minoris multas īfirmitates per gulā homo incurrit vt nephreſim morbum: arterialem et cetera id genus ſecundū prouerbium cōe plures occidit gula ꝙ gladius. calor naturalis a multitudine ciborum extinguitur: et humores putridi in membris generantur: hinc Hippocra. ſecūda pticula Apho. Aphoriſmo. xliij. Craſſi valde ſecundum naturā citiꝰ moriuntur magis gracilibꝰ: hoc iterum patet per ebrietatē que eſt ī gula que ingenium obtundit memoriam diſſipat: neruos infringit et totum corpus denique lacerat. ¶ Et iſtud patet per abbatem abdomie plenum ꝙ appetitum omnem amiſerat. Propterea montem peſſulanū pro remedio habendo adiuit: cui obuiam factus quidam nobilis itinere opum indigus myſterio cognito dominum abbatem in imo carcere incluſit egre et panem et aquam ad ſatietatē mediam ſubminiſtrans: ita in breui tēporis curriculo fecit vt pater abbas falſa ſancti bernardi vſus eſt: etiam poſt aſſumptum cibum eius la voce clamitans ſi medie ſue nobilis non ſuccurreret dira fame vitam in mortem cōmutaret: certe multo melius curabatur noſter abbas in portione egentis nobilis ꝙ curatus fuiſſet in lauta menſa in monte peſſulano inter phyſicos ¶ Secundo arguitur ad idem. Omne illud peccatum quod eſt multorum peccatorum origo eſt peccatum mortale: ſed gula eſt huiuſmodi: igitur: cōſequētia claret cū maiore: pbatur minor: incētiuū de per ſe luxui ſubminiſtrat ſecundum illud comici. Sine cerere et baccho friget venus et Prouerbio. xx. Luxurioſa res eſt vinum. et. xxxi. eiuſdem Noli regibus dare vinū Propterea eccleſiaſtes. ij. Cogitaui abſtrahere a vino carnem meam. Et eccleſiaſtici nono. Uinum et mulieres apoſtatare faciunt ſapientes: et iſtud potiſſimum ī iuuene vel ad illecebrā inclinato ſecundū illū Hier. Nō ethnei mōtes non vulcani ignes ita eſtuant ſicut iuueniles medulle vino et dapibus inflammate: ex exceſſiuo vino homicidia adulteria rerum publicarum proditiones et teterrima monſtra prodeunt Pater p alexādrū macedonē qui temulentia chariſſimos quoſcunq; ad interitum durit. Holofernes vino madidus occubuit. filius Thomeris cū toto exercitu ſcytharū a Syro perēptus eſt. Benedabret Syre temulētus per pueros principū prouinciarū interijt. Diues epulo quotidie epulabatur ſplendide et ſepultus eſt in inferno. Luce. xvi. Sedit populus comedere et bibere et ſurrexerunt ludere. Exodi. xxxij. hoc idem patet de mure macro qui p anguſtam rimam doliūm ingrediens ad triticum impīguatus abire nequibat. Sardanapalum ad veſtes muliebres capeſſendas et ad nēdum inter ſcorta impulit: et celebrare aſſyriorum imperiū ī coſuffocauit et quod

amplius eſt tanta nota infamie illitus euaſit quaꝫ nul
la vetuſtas abolere pōt. ¶ Quarta cōcluſio. Licet gu
la non ſit grauiſſimuꝫ peccatum: tamen hoīē maxime
deijcit a ſtatu hominis. Prior pars huius concluſiōis
patet de īuidia/odio/blaſphemia/idolatria/que gulā
malicia exuperant. Secunda pars patet. Illud pecca
tum quod facit nos maxime coincidere cū peccatorib⁹
eſt maxime infame: ſed ſic eſt de intemperantia ſecun-
dum Ariſtotelē. iij. ethicoꝝ. Inſ up illō peccatuꝫ quod
more pice reddit diaculos maxime ē exprobrabile: ſed
ſic eſt de gula ebrietate potiſſimum in ſanguineis qui il
la tempeſtate cantāt: ridēt: et ſine lege loquūtur. Cole
rici temulenti iraſcuntur. rixas ⁊ ꝓlia mouēt: Flegma
tici efficiūtur hebetes pigri: ⁊ ſomnolenti iſtar porcoꝝ
Melancolici fiunt triſtes et deſolati plorantes peccata
ſua: tunc de religione veſperi computant: ſed ī craſtina
luce nihil ſoliditatis permanet: ⁊ Tullius de ſenectu-
te Nulla peſtis capitalior ꝙ voluptas: et ſecūdo. ethi
corum dicit philophus fugiendū eſſe a voluptate ſicut
ſenes troianorum fugerūt ab helena. Et Cato. Indul
gere gule noli. Anteꝙ fedas labes ex hoc ſcelere emer
gentes numerare poſſem me deficeret dies. Contra ꝓ-
mam concluſionem arguitur ſic per rationes Martini
quibus probat vel probare elaborat ꝙ non omnis diſ-
ceſſus a medio eſt peccatum ad hoc ariſtotelem intro-
ducit ſecūdo ethicorum. Sed hoc in quarto ſufficiēter
reꝓbaui: nec vllū verbū inueniet. Ari. ꝓſe in ſcđo ethi.
Ari. ī ſcđo Et alibi expreſſe in oppoſitum monſtraui ſed
dicta repetere nolo. Propterea aliter arguitur. ſtat
ꝙ vir comedat plus ꝙ parſit: et tamen non peccat: pa-
tet: qꝛ ipſo comedēte appetitus eſt apertus: vt expe-
rimur. Preterea gula eſt peccatum mortale. ibi eſt ꝑ
dicatio gñris de ſpecie ꝗ oīs gula ē pctm̄ mortale qꝛ ge
n⁹ ꝑdicat vniuerſaliter de ſua ſpē. Rñdet. ſicut ſuperi⁹
diximus: latitudo temperantie diuiſibilis quando ho
mo comedit tantum quantum ei ſufficit: poteſt vlteri-
us comedere: manendo in ſua latitudine nec peccat ſed
quando excedit per ignorantiā inuincibileꝫ adhuc nō
peccat: ſed an debeat dici temperantia vel intemperan
tia in parte eſſet contendere de termino. ¶ Si dicam⁹
ꝙ eſt intemperantia: et gula non omnis gula erit pecca
tum Quod non videtur admittendū/quo circa dicitur
ꝙ eſt temperantia et cum omnibus que de temperātie
latitudine diximus addatur: vel inuincibiliter cre-
ditur eē latitudo temperantie tēpore quo homo come
dit quādo venit primo in diſcretione vix poteſt cogno-
ſcere. quantū ei ſufficit: Et ratio eſt: qꝛ adhuc cibus nō
confortat membra: ſed per horam poſt cōeſtionem hoc
cognoſcit: quia tunc cib⁹ habet ſuaꝫ actionem: quia in
magno tp̄e cib⁹ facit quod nō poteſt in breui: et hoc ex
perimur in nobis. Similiter videat cum quibus cibis:
et in quanta quantitate bene ſe hꝫ: et in qua quātitate
male ſe hꝫ vel cum quibus cibis: ⁊ ſecūdū hoc habet re
gulam a qua ſi deuiat nō erit ex ignorantia inuincibilis
qꝛ futura rōcinando per preterita menſurat hō p⁹ pa-
ſtillos: vel poſt ſplendidam cenā de nocte non dormit:
ſed terribilia patitur ſomnia: vel incubo laborat ī die
ſequente poteſt cōiecturare vñ illud ortum habuit qꝛ
in mediocri cena: vel in carthuſienſiuꝫ cena homo nūꝗ
ꝗ incubum patietur potiſſimum ſi ī alterutro laterum
dormiat. Nūc introducā argumēta Martini: quib⁹ ni
titur contradictoriaꝫ/ quam falſam reputo / probare.
Arguit ſic. Sancti et perfecti pro regula habēt que a
lii non habent niſi pro cōſilio: ſed neceſſitas reſpectu ī
perfectorum eſt in conſilio ergo reſpectu perfectorum
videtur eſſe ī regula. Secūdo ſic arguit ꝗto quis ma
gis proficit in aliqua virtute tanto magis nititur ac-
cedere ad verum: et indiuiſibile medium et apud eū di
minuitur latitudo medii colorat hoc non illepide in ſa
gittantibus ꝗto enim quis magis exercitat⁹ eſt: et ꝑ-
fect⁹ vituperatur ſi regulariter nō proximus accedat
ad medium ſigni ꝙ minus exercitatus et perfectus: ſꝫ
vir perfectus in vſu delectabilium in eis eſt multuꝫ ex
ercitatus. ergo cōtinue debet magis: ac magis accede-
re ad verum: et indiuiſibile medium: et per conſequēs
medium apud euꝫ debet eſſe ſtrictius: ⁊ minoris latitu
dinis ꝙ apud imperfectum: et inexercitatum. Ad pri-
mum licet ſua maior ſit vera non concludit propoſitū.
quia adhuc ſua latitudo ē diuiſibilis Ponatur. gratia
exempli paruus pā[n]is ſub cinericius ad quantitatē pu
gni: ꝙ ille ſufficit in meridie cū ceteris eſculentis. Po
natur. ꝙ ſit inſenſibilitas ſub vna medietate: illius
panis: ſed reliqua pars cum illa medietate includitur
in latitudine medii: et per conſeqñs cuꝫ trib⁹ q̄rtis illi
us panis bene ſe habebit quo ad corpus et animam et
tamen ſi apponat aliam quartam non male agit: ſꝫ ma
net in latitudine medii Ponam⁹ omnia iſta fieri ſcien
ter. ¶ Secundo non probat maiorem quod eſt aliis ꝺ
cōcilio eſt eis de ꝑcepto: ſuppoſito ꝙ tm̄pñt comedeᵭ
ſed ſācti patres latitudinem medij diminuunt: et diu-
turnitate tp̄is illa anguſta latitudine vtuntur. ꝙ ſi pl⁹
comederent non bene ſe haberent: et ſic non eſt eis me
diuꝫ in illo exceſſu: ſed extremuꝫ quidem Heremita vt
ītellexi prope parrhiſiū ſuam anguſtam latitudinē re
linquens male ſe habuit in corpore ſed ex iſto mem-
bro non colligitur propoſituꝫ: quia etiam hinc latitu-
do medij eſt diuiſibilis et ſemper habetur noſtra cōclu
ſio Sꝫ dicis vir perfectus diminuit latitudinem ſui me
dij: et illa latitudo eſt finita. ergo tādem diminuitur ad
non gradum latitudinis: ⁊ ſic viuit nihil comedendo.
Reſpōdetur non ſemper diminuit: ſed vſ ad aliquod
certum tempus ſue vite: et tunc oportet ob debilitateꝫ
virium naturalium vt vires refocillantur. Iterum au
geri mediū Ioannes baptiſta (cui ꝑbuit hyrtū tegmē
camelus Cui latex hauſtum ſociata paſtum Mella lo
cuſtis) in iuuentute ſine dei numine ſpetiali non pote
rat ſic viuere. in frigida ſenecta. ſi herodes in nepha-
rio conuiuio ei vitā reliquiſſet. Propterea aliqui in iu
uentute a vino abſtinent qui in ſenectute prudenter il-
lo vtuntur. ſic vixerunt daniel ananias et miſael et aza
rias. Daniel prio. Et tamen ipſe daniel. propter curas
quas habuit et perfectam etatem in adulta etate vi-
no et carne vtebatur. quod coniicitur per locum a con
trario ſenſu: qui eſt ſatis efficax in propoſito Dani. deci
mo. Ubi propheta dicit in diebus illis ego daniel luge
bam trium hebdomadarum diebus panem deſiderabi
lem non comedi: et caro/et vinum non introierunt ī os
meum. ad nullum propoſitum hoc dixiſſet: ſi vino et
carne tunc vſus non fuiſſet. ¶ Ad ſecundum argumē
tū. quo dicit quāto quis magis proficit ī aliqua virtu-
te tanto magis nititur accedere ad verum. et indiuiſi-
bile medium ſi ītelligat de medio mathematico ſui me
dij moralis hoc non eſt verū. Immo ſtat ꝙ deſcendat
ſub illo: et citra pūctum quod terminabat ſuum mediū
ī deficiēdo tp̄e ꝗ vſ⁹ ē tēperātia rſari ⁊ fabricat et nouū
mediū: ſed ñ ſine ſtatu vt diximus in priori argumēto.
ſed iſto dato ſēp latitudo medii erit ei diuiſibilis Scđo
non apparet ꝙ peccat propter quancū perfectioneꝫ
immo non peccat de facto dummodo manet in latitu-
dine antiqua: ſi nō cedat ei ī iacturā corporis vel anime

iſti eſt de concilio ſtare in anguſta latitudine. Exemplū de ſagittario non eſt ad propoſitum. non peccat ſiue ꝓpinque ſiue remote ad ſignū dirigat ſagittam. ſed aſſiſtentes dicerent ꝙ non bene agit. ¶ Secundo ſagittarius apponit vires vt non propinquiſſime ſagittam dirigat. modo iſte non eſſet laudandus ſi non poſſet viuere in minori latitudine ꝙ̄ imperfectus: et tamē cōſtat ꝙ ſic: ſed non eſt imponendum in iugum de precepto ꝑfectis ꝙ ſolum eſt de conſilio. Tertio arguit auctoritate. Bernardi dicentis: ꝙ in via morum nō progredi retrocedere eſt. ergo vir ſāctus qui prius cum imperfectus eſſet habuit medium temperantie multe latitudinis: ſi non cōtinue magis accedat ad mediū illi⁹ medij: et faciat reſpectu ſui medium illud latitudinis minoris: ſi non procedit nec progreditur in via morum ergo retrocedit: et peccat. ¶ Ad tertium dicitur: illa auctoritas ad mentem arguentis accepta concluderet: ꝙ continuo diminuenda eſt latitudo temperantie in viro perfecto ad non quantum vſq;. et naturaliter viuet in aere ſine cibo et potu: quod liquet eſſe falſum. Alio modo: illa auctoritas poteſt intelligi: ꝙ homo ſemper tenetur progredi in via morum: et hoc non oportet. Patet in dormiente. ibi non eſt maior ſermo de perfecto ꝙ̄ imperfecto auctoritas intelligitur ſi homo nō ꝓgrediatꝰ quādo tenetur peccat. Contra tertiā cōcluſionē arguitur ſic Math. quītodecimo. Quod intrat in os nō coinquinat hoīem ergo aſſumptio cibi et potus non coinquinat hominem. Et apoſtol⁹. Regnum dei non eſt cibus et potus. Ceterū. Aug. x. confeſſionū quis eſt dñe qui aliquātulū extra metas neceſſitatis cibū nō ſumit: ¶ Ad primū dicitꝰ licet aſſūptio cibi per ſuā naturam non coinquinat hominē: qꝛ cibus poteſt bene ſumi: tamen inordinatus appetit⁹ ſumendi eſt peccatū. Et ſic de alia auctoritate dicatꝰ. Auctoritas auguſtini eſt pro hoc quod in ſecūda cōcluſione dixi. Etiam homo capit plus ꝙ̄ parſit per ignorātiā inuincibilē. ¶ Cōtra priorem partē quarte cōcluſionis arguitur ſic. Ex gula ſequitur luxus ſciſma in Republica poſt fecundos calices homines ſunt audaciores ⁊ audacter loquūtur: vt patꝫ Judicū nono ꝯtra abimelech. tūc temeraria vota ſuper pauonē milites effundere ſolēt et ſic de alijs peccatis magnis que ex gula ſequūtur. Sed cauſa in quolibet genere ē potior cauſato. Inſuper gula ē mai⁹ peccatum ꝙ̄ homicidiū homicidiū eſt vnū de maximis peccatis ſaltē ꝯtra proximū ꝙ ſit maius homicidio patet ſic qꝛ homo tenetꝰ plus ſe diligere ꝙ̄ proximū ergo cum ſe occidit per gulā in hoc maxime peccat. ¶ Ad primū dicitur ꝙ iſta alia peccata ſunt contra gulā de per accidens licet Cato dicat. Cōuiuia raro tamē antiqui poſt opipera cōuiuia nē peccant iſtis petis ſed qui nouit ſe propenſū ad vlteriora delicta perpetrāda poſt gulam talis multū peccat quia occaſionē efficacē dat alijs delictis. Propterea gula in nullo qui habet carnē domitam nō eſt tante imputabilitatis ſicut in illo qui carnē effrenē habet et maius peccatū eſt gula in colerico vel ſanguineo ꝙ̄ in flegmatico vel melācolico ſicut de corꝛtemulentia ſuperius diximus. ¶ Ad ſecundū argumētum nego ꝙ gula ſit maius peccatum ꝙ̄ homicidiū: crapulam incurrēs nō intēdit occidere ſe. Nemo vnꝙ̄ carnem ſuam odio habuit ſed intēdit ſe laute reficere preter intentionē eius eſt. ergo ꝙ occidatur etiā gula non protin⁹ tollit verū de medio illud. Quintiliani in declamationibus ſcelera. nūꝙ̄ defuit excuſatio potiſſimū in gula habet veritatē propter ſenſualitatē ad cibū ⁊ potū maxime inclinatā et rationē que creberrime illicō

deſcendit. Contra poſteriorē partem. Ex illo ſequitur cū his que diximus ꝙ homo nūꝙ̄ deberet bibere vinū cum ex eo tot mala ſequātur: cuius oppoſitū eſt in praxi quicquid ſit de theorica. Et cōfirmatur iſtud ſi abominabiles mahometadi hoc faciunt ꝙ̄to fortius deberēt xp̄iani veram legem dei habētes hoc facere: ⁊ iſtud potiſſimum de eccleſiaſticis qui ſunt in ſorte domini: qꝛ dixit domin⁹ ad Aaron leui. x. vinū ⁊ omne quo poteſ inebriari: nō bibis tu: et filij tui quando intrabis tabernaculū. Et numeri ſexto quicūq; votū fecerit domino a vino: ⁊ omniū quod inebriare poteſt abſtineat. ¶ Ad primū nego ſequelam vinū vt dicit yſaac de dietis li. iij. bonum nutrimentū dat corpori ſanitatem reddit et cuſtodit. Nec vllus cib⁹ nec pot⁹ inuenitur adeo caloris naturalis cōfortatiuus turbidū ſanguinem clarificat: epatis opilationem aufert: tenebroſā fumoſitatem triſtitie generatiua a corde expellit. totiuſq; corporis mēbra coroborat: et hoc ſi moderate ſumatur: qꝛ vulgo dici ſolet. Vinū moderate ſūptū acuit ingeniū. Propterea antiqui aſſimilarūt vinū tyriace que in magna quantitate nocet in mediocri quātitate cōducit: merorem a meſtis expellit. ꝓuer. xxxij. in eruditiōe qua mr̄ lamuelis regis erudiuit eū dicebat date ſiceram merentibus ⁊ vinū his qui amaro ſūt animo ſecundū illud Horatianum. Solicitis animis curā excutit. In ſignū cuiꝰ dānati ad mortē vt equanimiter mortē perferāt vt parrhiſij videm⁹ datꝰ ſolū. Ei⁹ exceſſ⁹ eſt prohibitus. Ad illud quod tangitur de pſeudo propheta mahometo dicitꝰ ꝙ vinum non vetuit tēperantie gratia cum apud omnes ſapientes vt in lege veteri ⁊ noua: et gentiles philoſophos admittatꝰ eius vſus moderatus. Ipſe autē admiſit aliquos actus intemperātie igne dignos innominādos et licita interdixit. Sed qꝛ morbū epilenticū paſſus eſt qui per vinū augetur. vinum ſuis omnibus ꝓhibuit vt ſuū morbū tegeret more Semiramidis babyloniorum matrimonia admittentis in primo gradu conſāguinitatis: ⁊ linea collaterali vt palliaret de inceſtu filij innominādum ſcel⁹. Nec difficile erat his quibus fictam legem dedit hoc ſuſcipere ꝓpter exceſſiuum calorem patrij mecha in arabia felici illius mōſtri altrix eſt lōge vltra tropicū cancri. Ita meridionalis ſicut meroe. Ad illud aliud leuitici. x. dicitꝰ ꝙ neq; ſacerdotes cum celebraturi ſūt in lege gratie bibunt vinū: etiam illud eſt cerimoniale. Tertia auctoritas loquitur de vino poſt votū. Jam arguitur ꝙ vinū eſt ſumendū eſto ꝙ ꝓpter fumoſitatem cerebrū ledat: qꝛ vinum iuuat ſtomachum ad digerendū vt medici experiētia teſtante omēs proclamāt. Et apoſtolus ad Thimo. Modico vino ꝓpter ſtomachum vtere: ⁊ hoc hieronymus paulā ſuadebat ergo eſto ꝙ caput noceat pro cōfortatione ſtomachi capiendum eſt vinū etiam bonū non aqua dilutū. Inſuper theologi diligunt bonū vinū vt dicunt quod patet per epitheton boni vini dicimus hoc eſt vinū theologale. ergo forte vinū eſt aſſumendū licet cerebrum partim ledat. Alterius dediti litteris quicq̄d alijs predicēt citius laborāt podagra: ⁊ in ceteris morbis ꝙ̄ bibuli. ergo iſte morb⁹ nō prouenit ab exceſſiuo vino. Ceterū auicēna in canticis: ⁊ raſis in almanſoris dicant expedire ſemel in menſe ebrietatem incurrere ad malos expellendos humores. Amplius ſecundū ariſtotelē tertia particula problematū braſſica fedat crapulam et temulentiā: impedit. ergo medulla huius herbe vel ſucco eiꝰ viens poteſt quātūlibet bibere irreprehēſibiliter. ¶ Ad primum oportet hominem conſiderare vtilitatem re focillationis ſtomachi: ⁊ iacturā cerebri per fumoſita

tem et condeſcendere parti illi que totum hominē ma
gis relinquit diſpoſitum: et vitā non abbreuiat poteſt
eſſe ita pra diſcraſio cerebri: et vtilitatis in ſtomacho
q̄ non eſt opus vino diluto aqua: aſſuetus vinū bibere.
moderate nullā perturbationem capitis incurrit: ſed
vbi illud contingeret conducit habere vitā breuiorē: et
honeſtam q̄ lōgeuam: ⁊ obſcenam. Mater achillis (vt
fingitur) citius a diis ſi luū habere voluit breuis vite: ⁊
celebris fame q̄ longe vite cū ignominia vel ſine fama
Propterea apoſtolus temperamentū adiecit inquiēs
modico vino. ¶ Ad aliud argumētū de epitheto ſcili
cet vino theologali forte hoc in lucem abijt p alios bo-
num vinū amantes qui oſ̄dunt illud eſſe honeſtum per
theologos qui illud vinum bibunt qui alijs predicant
Secundo. ſcdm verbum euangelicum religioſi capien
tes de his que eis apponūtur bibunt bonum: et malū
indifferēter. In multis partib⁹ ſeculares non dāt ope
ram verbo diuino ſed religioſi/in vniuerſitatibus fit in
quiſitio boni vini ab his qui conuiuium faciunt: ⁊ vinū
appoſitum theologi non abhorrent ſecundū verbum
euangelicū edentes: et bibentes de his que apud eos
ſunt. Adde etiā. Nouerunt ſe poſſe ſine iactura corpo
ris vel anime tale vinum bibere. ¶ Ad aliud dicitur ſi
qui tales ſunt eos non excuſo ſuam carnē domuit apo
ſtolus ne reprobus efficeretur his quibus euangeliza-
uit. Secūdo litteris deditos magis morbo affectos q̄
alios intemperantes videbis: ſed gula et crapula non
ſunt in cauſa: ſed ſtatim poſt refectionem aſſūptam cō-
uertunt ſe ad contēplationem vnde ſpiritus reuocatur
ad interiora: ⁊ vires naturales impediunt a ſua actiōe
naturali. Ita q̄ in eis atra bilis cuiuſcūq̄ cōplexionis
fuerint originaliter admodū augetur nec exercitatio-
nem corporalē more aliorū habent: ſed ſufficit eis in bi
bliotheca cū muſis ſolatium querere: dato q̄ pituita ī
currant. modo exercitatio corporis digeſtioni accomo-
dum conducit vt videre eſt in agricolis qui caules tem
pore prandij carnem bouinā: et ceteros cibos digeſtio
ni ineptiſſimos comedentes optime ſe habent curam
nullam ſpiritus proſequuntur: ſed cū ſuauitate cātus
operā conſummant. de rebus ſcitu dignis docti ſi tace-
āt ſyllogiſant vel de talibus cum alijs colloquūtur in
curarum multitudine crebro ab alijs implicant. ¶ Ad
illam auctoritatē auicenne commentator dicit hoc eſſe
erroneū ¶ Dubitatur an intēperantia ſit peior inſenſi
bilitate. Secūdo dubitatur de filiabus gule. ¶ Ad pri
mum dicitur ſecundum ariſtotelē. Tertio ethicorū in
temperantia eſt inſenſibilitate deterior. ¶ Ad ſecūdū
dicitur q̄ Gregorius. xxxi. moralū has filias gule nūe
rat ineptam leticiā/ſcurilitatem/immundiciā/multi
loquium hebetudinē mentis circa intelligentiā: non
q̄ iſte ſint adequate filie gule plures dari poſſūt/et iſte
ab alijs matribus vel earum aliq̄ originē capiūt. Inſu-
per oſtendimus non omnes ebrios multiloquos taci-
turnos in temulentia nec letos immo meſtos. ¶ Ad vl
timū dicitur licet hoc ſit verū tamen ſine ebrietate ex
exceſſiuo potu multa mala cōtingunt. ¶ Dubitaſ fina
liter q̄re dicebā de ebrietate morali. Reſponſio: q: mar
tinus termino abutitur ſobrietatē ponēs in exceſſiuo
potu dūmodo bibens ratione vtitur: ſed illa non eſt ſo-
brietas. Propterea ebrietas capitur duobus modis
vno modo pro quolibet exceſſiuo potu culpabili: et illa
eſt ebrietas moralis: q: ſic moralis philoſophus de ea
le qui deberet. Alia ē ebrietas vulgaris ſic vulgus ter
mino vtitur quando homo priuatur ratione per exceſ-
ſiuum potum more loth ⁊ noe.

¶ Diſtinctionis. xlij. Queſtio. ix. De auaritia.

Queritur an omnis auari
tia ſit mortale peccatū. Pro illi
us intelligentia p̄mittenda ſunt
aliqua circa acceptionē pecunia
rum ⁊ dationē: ſtat exuperare de
ficere: et mediocriter ſe habere ſi
cut oſ̄dit Ariſtoteles quarti ethi
corū primo per pecuniā res cor-
porales pecunia dignas itelligi-
mus: et hoc propterea q: in pecoribus ſuas opes ma-
iores habuere. Si homo dat q̄d oportet/cui oportet/⁊
quādo talis eſt liberalis Quare indigno dando aliq̄d
eſt pdigalitas quare rex dādo dominia extrema regni
magnatibus immo proprijs liberis abherede regni nō
liberaliter agit: q: ſucceſſu temporis talia ſolēt in luē
reipublice accedere coniungēdo ſe hoſtibus Exēpla fa
cile eſt in mediū citare de dominijs extremis in Scotia
⁊ Gallia: et vbiuis gentiū. Secūdo ſequitur nō eſt libe
ralitas in rege augēdo dominiū potentis in medio re
gni. Hoc patet nō eſt facile res ſecundas: et immodera
tas opes equanimiter ferre: vnde tales inſoleſcūt non
nunq̄ in reipu. pniciē. Tertio ſequitur quando regū
oratoribus reges magna cōferant munera: licet diuiti
bus hec impertiantur/nō eſt prodigalitas. Probatio
amicitie et pacis gratia hec dant: quare finis eſt hone
ſtus. ¶ Quarto ſequitur q̄ dando enſem vel arma phi
loſopho nō eſt liberalitas: q: hec philoſophū dedecēt
tali libri ſuo ſtudio accōmodi: ⁊ arma militi danda ſūt.
¶ Quinto ſequitur Alexander magnus non liberali-
ter immo prodige fecit dādo pauperi vnā ciuitatē. Un
de breuiter habitus liberalitatis hominē propenſū fa
cit ad hoc q̄ voluptuoſe miſeris ſuccurrat potando ſi-
tientes: cibando eſurientes/cooperiendo nudos: ⁊ cete
ra huiuſmodi. Magnificētia eſt ſpecies alia ſpecie eſſē
tiali diſtincta a liberalitate ad res preclariſſimas facia-
endas inclinans: vt circa tēplorum vel pontiū extru
cturam vel in reb⁹ ſimilib⁹. Liberalis ſimplex licet ſuc
ceſſu tēporis tantum pecuniarū exponat ſicut magni
ficus in vno opere tamen nunq̄ ex ſuo habitu exibit in
opus tā arduū. Experiunt̄ nobis eē difficilius magnā
molem pecunie ſimul q̄ ſucceſſiue paulatim erogare
erit multo procliuior alijs tamen ad acquirendum pri
mū actū magnificētie. poſtq̄ moderate vſus eſt medio
cribus pecunijs. Magnū et paruum circa idem nō va-
riant ſpecem bene autē circa diuerſa. Nunc non inſiſto
de diſcrimine eſſētiali inter virtutes: idē poteſt eſſe par
tiale obiectum temperātie liberalitatis et iuſtitie: ſed
ſemper diſtinctarū virtutum diſtincta erunt obiecta to
talia: ſed hoc eſt alterius ſpeculationis: et ad tertiū re-
ſeruamus. Preterea memorie cōmendandū eſt q̄ ha
bitus auaritie: et illiberalitatis interdum coincidunt
immo vocabula ipſa auctores cōfundunt, pmiſcue vno
tentes pro reliquo: nēmi q̄ diſcrimine ponūt. Aliquis
eſt illiberalis ſimplex quādo ab iniuſto ſegregat̄ Ari-
ſtoteles vturarios lenōes aleatores fures illiberales
vocat: īquiēs aleatores tamen et fures illiberales ſūt
turpi enī verſātur in lucro: omnia nāq̄ cauſa queſtus
agunt: et ſuſtinere probra atq̄ fures quidem capiendi
gratia maxima pericula ſubeūt. aleatores aūt ab ami
cis quibus dare oportet lucrantur. vtriq̄ igitur vnde
non oportet lucrari volentes turpi in lucro verſantur
et omnes tales accipiendi actus illiberales ſunt: ergo
hic illiberalitas iniuſtitiā includit: et tales actus pre-

ꝑue iuſtitie opponunt᷑: ⁊ nõ liberalitati. Juſtitia ⁊ libe
ralitas in hoc cõueniunt ꝙ vtraq̃ virtus eſt a i alterũ:
ſed iniuſtitia homo ad dãdũ tenetur: in liberalitate au
tem ſoluꝫ debito congruitatis: et ſic capiendo illibera
litatẽ ſimplicem erit habitus non dandi quando eſt de
corum vel magis decorũ dare q̃ retinere: nec erit pecca
tuꝫ immo meritũ licet turpe reputatuꝫ apud homines.
Non obſtante apud ſanctos auaritia iniuſtitiam inclu
dit: ⁊ illiberalitatẽ: ⁊ talis eſt illiberalitas mixta ſicut
Ariſtoteles dicit li. iiij. Quedã eſt ꝓdigalitas mixta vel
prodigus mixtus ex illiberalitate et prodigalitate: dã
do quibus non oportet. Iſtis prelibatis pono cõcluſio
nes. ¶ Prima. Oĩs auaritia eſt peccatũ. ¶ Secunda
Aliqua auaritia eſt peccatũ veniale. ¶ Tertia ꝯcluſio
Aliqua auaritia eſt peccatũ mortale. ¶ Quarta cõclu
ſio. Famã viri multũ denigrat auaritia. ¶ Prima cõ
cluſio ꝓbatur. Omĩs inordinatus amor pecunie ẽ pec
catum. omnis auaritia eſt inordinat⁹ amor pecunie. er
go omnis auaritia eſt peccatũ. conſequẽtia tenet ĩ bar
bara: et maior patet propter terminũ inordinatus. In
minore predicatur diffinitio de diffinito cui interpreta
tio vocabuli alludit auaritia auidus eris. Hoc eſt plus
cupit es q̃ parſit. ¶ Secũda cõcluſio probatur poteſt
eſſe inordinatus amor circa obiectũ ita exile ꝙ non cõ
ſtituat mortale: vt de gula ſuperi⁹ dixim⁹. In iſtis pro
bationem nullã adduxi in primis motibus circa obie
cta magna: ⁊ id rationis eſt qꝛ materia eſt nodoſa: ⁊ de
ea hactenus mentionẽ nullam fecimus. ¶ Tertia con
cluſio ꝓbatur ſic. Auaritia cõputat᷑ inter peccata mor
talia: ⁊ vnũ de ſeptem mõſtris ẽ igitur. Ratione argui
tur ſic. omnis inordinatus amor pecunie in notabilem
iacturam ꝓximi eſt peccatũ mortale. Aliqua auaritia
eſt huiuſmodi igitur. Tertio ſic omnis ſeruitus idolo
rum eſt peccatum mortale: ſed auaritia eſt huiuſmodi
vt patet: ad Ephe. iiij. apoſtol⁹ dicit. Omnis fornicator
aut immundus aut auarus: quod eſt idolorum ſeruit⁹
non habebit hereditatem in regno xp̃i: et hoc patꝫ per
Diogenem qui has opes irritamenta maloꝝ peſſunda
bat ꝓ quibus inhiabat Alexãder Macedo. Propter
ea cum Diogenes ſeruum ſeruorum ſuorum vocabat.
¶ Quinto arguitur ſic. Omne peccatũ ex quo regula
riter multa mala ſequuntur eſt peccatũ mortale: auari
tia eſt huiuſmodi igit᷑. Probatio minoris capita reguꝫ
venal᷑ toxica in eſcis parat: qꝛ filij Samuelis poſt aua
ritiaꝫ cucurrerũt ⁊ peruerterunt iudiciũ: gratia cui⁹ po
pulus queſiuit regem in eorum exitiale malũ: vt patet
primi reguꝫ: viij. Pecunia accepta Judas xp̃m iudeis
tradidit. Matthei. xxvi. Et milites cuſtodiẽtes ſepul
chrum xp̃i accepta pecunia dixerunt diſcipulos ipſum
tuliſſe. Matthei. xxvij. Propterea Jetro p̃cepit Moy
ſi eligere iudices qui oderũt auaritiã Exo. xviij. qꝛ mu
nera excecant oculos prudentuꝫ. Munera crede mihi
placãt homĩeſq̃ deoſq̃. Placatur nummis Juppiter
ip̃e ſuis Pecunie obediunt omnia eccle. x. et p̃mo ene
dos dicit Virgili⁹ quid nõ mortalia pectora cogis. Au
ri ſacra fames. ac ſi diceret ad omnia flagitia impellit
hic illud mantuani apud illuꝫ verũ habet. Sola iuuãt
que lucra ferunt: et ſicut vulpes Eſopi citius caudã hu
muꝫ verrere patiebat᷑ q̃ partẽ ſimee ad verẽda occultã
da impertiret. ſic opes ſuperfluas citius tenet auarus
anteq̃ nudũ operiat. ¶ Quarta concluſio patet ꝙ no
tam in famam viri ponat per illud Catonis Luxuriam
fugito: ſimul ⁊ vitare memento crimen auaritie. Nam
ſunt contraria fame. Inſuper homo qui reputatur ma
xime ſceleſt⁹ maxime ſuã famã lacerat: auarus eſt hu
iuſmodi: igit᷑. Minor patet eccle. x. Auaro nihil eſt ſce
leſtius ¶ Tertio. maxime famã poſtponit rex terraꝫ
deſtruẽs: ſed auarus eſt huiuſmodi: igit᷑ Probatio mi
noris prouer. xxix.. Rex iuſtus erigit terrã: vir auarus
deſtruet eam. ¶ Quarto ſic. Omne viciũ incurabile fa
mam viri impedit: ſed auaritia eſt huiuſmodi vt patet
per Ariſtoteleꝫ. Illiberalitas ac auaritia incurabilis
eſt: cetera vicia in ſenectute tolluntur: auaritia tũc cre
ſcit. Propterea dicit philoſophus. Iterum et ſenect⁹
et imbecillitas omẽs auaros videtur efficere: prodiga
litas tamen poſt egeſtatem eſt facile curabilis vt patet
de Themiſtocle et Fabio maximo: qui in iuuẽtute erãt
corruptiſſimi: finaliter in ita preclaros duces euaſere.
vt perhenne decus apud poſteros adepti ſint: non po
teſt curari per appoſitionẽ diuitiaꝝ qꝛ tunc augetur ſi
cut ignis per appoſitionẽ lignorũ: et in nobis vere hoc
experimur quãdo centũ aureos habemus in archa ſo
liciti ſumus in eorum cuſtodia: quãdo vix habem⁹ vnũ
ſed mutuo capientes in diem viuentes ſoluimus in tẽ
pore ꝓmiſſo: pecunie tunc nõ ſunt nobis cure. ¶ Quin
to arguitur ſic. Omnis ille qui odio habetur ab omni
bus eſt ſue fame neglector: ſed ſic eſt de auaro. Prodi
gus dicit philoſoph⁹ diligitur ab his quibus pecuniaꝫ
impertit et alijs benefacit: auarus nulli benefacit non
alijs nec ſibi. ſemper eget auarus: ⁊ cupido habendi in
abyſſum creſcit. Midas rex phrigie obtinuit a baccho
(vt fingũt poete) ꝙ quicquid contingeret verteretur in
aurum: et ſic cibus et potus eius in aurũ conuerſi ſunt:
et fame perijt. Unde dicit Aug. diuitias inueniſti. ergo
requiem perdidiſti: patet dato oppoſitio cõſequentis
cum antecedẽte ꝙ nõ requiem perdidiſti: ſed quietem
habes: vel hoc eſſet de die vel de nocte: non de die ꝓpter
ſolicitudinem: Nec de nocte qꝛ tũc latrones ſõnias. igi
tur. Et cũ primo ducẽtos francos quod erat in fine pri
mi curſus collegeram an in archa vel in pariete vel ſub
straminib⁹ ad que nullus reſpiceret vel an in libro eos
recondere debebam: in bibliotheca heſitabundus mã
ſi. ¶ Sexto arguitur ſic. Viciuꝫ oppoſitũ virtuti q̃ ho
minẽ maxime honeſtat cũ maxime inhoneſtat: ſed aua
ricia eſt huiuſmodi liberalitati aduerſatur et opuꝫ con
temptui: ſed opum contẽptores apud ſapientes ſemꝑ
maximo precio habiti ſũt. Laudat᷑. Scipio eo ꝙ pecu
niarum egebat pro filiarũ dote que data eſt eis a ſenatu
Laudatus eſt ſuper ethera Phocion qui quinquies ⁊
quadrageſies imperatoriaꝫ dignitatẽ habuit: qui per
petuo pauper manſit cũ facile ꝓpter dignitates a po
pulo traditas diues eſſe poterat: cui cum multuꝫ pecu
nie a Philippo rege dono mitteretur: accipere recuſa
uit et hortantibus oratoribus vt pecuniã ſaltẽ liberis
daret qui difficile paternam dignitatem in tanta penu
ria tueri poterant: quibus reſpondit. Si ſimiles mihi
erunt liberi hoc agello contenti erunt qui me ad hanc
dignitatẽ euexit: ſin minus ꝓdideant eis. generoſe viſ
q̃ reſponſum. Et magnus ille Craſſus qui parthie au
rum ſitiebat: abſciſſo capite repletum plũbo et tantuꝫ
auri a rege parthorum recepit qui illud caput regi ob
tulerat: ⁊ cũ Mithridates cognouiſſet Aquiliũ ducẽ cõ
tra ſe ob auaritiam bellũ ſuſcepiſſe: capto Aquilio au
ruꝫ in eius os liquauit. Et mus agreſtis Eſopi pauper
tas ſi leta venit ditiſſima res eſt: id eſt munus deorum
dũ itellectũ dicit. Lucanus quod per ſõmnũ quietum
amycle in caſa dum aduentaret ceſar oſtendit. Et ſaty
ricus Cantabit vacuus coram latrone viator: et patet
per inopem ſartorem qui prope ſolicitũ diuitem in ho
ras more phylomene cantabat eumq̃ꝫ pondus auri

diues in ... neſtrā iniecit: taciturnus mãſit quo ad pro-
uidã vxor aurū in publicum eiecit: hoc patet de illo qui
farſimina publice in vico ferebat in copia qui dum vnū
haberet laceſſitus eſt omnibus abiectis quietus ince-
debat. Innumeri diuitijs periere. ¶ Sed ↄtra oīa iſta
ſimul arguit. Plurimi erãt diuites boni vt patriache
abrahã/yſaac/ ⁊ iacob. Similiter reges iſrael vt dauid
ezechias/ioſias: et plerī alij xpianoꝝ reges qui ma-
ximis diuitijs abundabant: et tamen omnes iſti erant
optimi et pauperibus preſtabant. Ceterū cõtemptum
diuitiarū per aliquos paucos qui paucis bonis fortu-
ne contenti erant colorabimus ſed multi duces et mul-
ti alij prudentiſſimi manibus et pedibus ad diuitiarū
congeriem volitant: ergo a prudentibus debemus ca-
pere argumentū ꝙ opes ſunt cumulande: et non diſper-
gende. ¶ Ad primum concedimus ꝙ aliqui diuites
erãt boni. Sed conſidera: cum Abraham. et Loth effe-
cti ſunt diuites cohabitare nequibant. et inter eoꝝ pa-
ſtores fiebãt lites ⁊ iurgia: Geneſis. xiij. Iſti de quib⁹
eſt ſermo iuſte acquiſierunt diuitias quas nõ i pios vſ⁹
impertiuerũt: vt patz de hoſpitalitate abrae: ⁊ Loth. ꝗ
angelos in hoſpitia ſuſpicere meruerunt. ſic reges pro
tuitiõe reipu. et proprijs cauſis opes poſſederunt qui-
bus tanꝗ̃ inſtrumentis bonis bene vſi ſunt paruꝫ volu-
ptatis in eis ponentes ſecundum illud pſalmographi
Diuitie ſi affluãt nolite cor apponē pſalmo. lxi. Sꝫ no-
lo negare quin aliꝗ diuites erãt boni: ſed cõius vbi vn⁹
vtit bene diuitijs tres immo mille eis abutunt. ¶ Ad
ſecundum argumentuꝫ quod illuc tendit ꝙ multi pru-
dẽtes indeficienter inſudant pro bonis fortune cumu-
landis ⁊ pauci ſunt qui mediocribus ſunt contenti: cui
partim danda eſt fides. Reſponſio eſt lucida ꝙ fidē ſa-
pientib⁹ impēdere neceſſe ē/philoſophãtes opes cõtem-
pſerunt. Si viro daret optio ſecundū rectã rationē ha-
bere bona neceſſaria ſuo ſtatui vel habere in magna co-
pia priorem partē eligere debet tanꝗ̃ viam ſecuriorē.
Propterea dicebat ſapiens prouer. xxx. diuitias ne de-
deris mihi. Nõ dubitam⁹ cū prudentes prudentia hu-
ius ſeculi que eſt ſtultitia apud deum ſecundū apoſtolū
volũtarie pauperes vel paucis cõtentos imprudentes
reputant. Nũquid cū propheta ad iungendū Iehu ve-
nerat a principijs iſrael delir⁹ putabatur? Dixerũt ꝗd
vult iſte inſanus ſed ſufficit melius eſt modicū iuſto ſup
diuitias peccatorū multas pſalmo. xxxvi. Et meli⁹ eſt
nomen bonum ꝗ̃ diuitie multe prouer. xxij. Et diuites
eguerunt et eſurierunt pſalmo. xxxiij. Sapiens ſibi vi-
detur vir diues prouer. xxviij. et potiſſimū ſi opes coa-
ceruauit ſuo marte ſiue ꝑ fas ſiue per nefas: vbius gen-
tium inuenies aliquos callidos ⁊ potentes nobiles in-
iuriam inferentes pauperibus niſi ſuos agellos eis vē-
dant: ⁊ ſic amplificãt dominiū cum ſplendore humano:
contra quos loquitur propheta yſai. v. Ve qui coniun-
gitis domū ad domum: ⁊ agrum ad agrum copulatis
vſꝫ ad terminū loci: nūquid habitabitis ſoli in medio
terre in auribus meis ſunt hec dicit dñs exercituū. Et
abacuch. ij. Ve qui multiplicat nõ ſua: et Amos ſexto.
ve qui comeditis agnum de grege hoc eſt pauperem: ⁊
certe frequenter opes ſic congeſte corruunt: et non diu
ſtabile mentuꝫ capit domus ſecundū illud Mantuani.
Opes cumulãs quas olim prodigus heres D. ſſipat: ⁊
et pingues ferat in conuiuia menſas. Et nimirum: qui
ſeminat in corruptione in corruptiõe metet: ⁊ ſi fundame-
mentuꝫ debile ...  opus. ¶ Circa iſta dubitat an ho-
mo peccet opes colligendo in immenſū ſine aliorum in-
iuria: hoc eſt a nullo lucrat iniuſte: ſed habes in omneꝫ
differentiaꝫ poſitionis mittit animaduertens ad illud
Pro lucro tui pone diem quicūꝗ laboras. ¶ Secūdo.
dubitatur an liceꝫ theſaurizare. ¶ Tertio dubitatur an
auaritia ſit vicium ſpirituale. ¶ Quarto dubitatur an
aliqua illiberalitas ſit non peccatū: prout videbamur
dicere et videtur ꝙ hoc ſit falſum: qꝛ ab Ariſtotele. iiij.
Ethicorū extremum vicioſuꝫ reputatur/ ⁊ virtus inter
extrema vicioſa mediat. ¶ Ad primã dubitationeꝫ eſt
difficile virum damnare qui opes ſine fine aggerat: per
media licita quãtūcūꝗ pauper erat a principio dũmo-
do nõ peccat in nimis auide detinendo: hoc eſt dat vbi
oportet. Et iſtud patet ſic. da ſtatum ꝙ homo opes col-
ligere poteſt: ſic ꝙ tot habitis nõ poteſt plura ſup adde-
re: et videtur ꝙ nõ potes illum aſſignare. ¶ Alteri⁹ iſti
nobiles i terra et poſſeſſione habet millionem auri qui
de ignobilitate ad nobilitatem potiſſimū per diuitias
vt motio eſt conſcendit: quare prohibebit huic ignobi-
li repente id facere quod in alia domo factum eſt ſucceſ-
ſiue. Alterius Petrū medicē/Ioſinã/et Laurentium/
Iob/ ⁊ pleroſꝗ quos litteratoꝝ turba ad ſuperos eue-
xit gratis dãnabis: ſecurius tamē eſſet non facere talē
aſcenſū ſubitaneum in liberorum ditatiõe propter pec-
cata que diuitibus extreme contingere ſolent: et ne de
alto in imū ruant. Inſuper maneat alta mēte repoſitū
apud nobiles et potentes ꝙ multo ſatius eſt eis termi-
num eorum dominijs imponere: loquor de ſubiectis re-
gibus: et id cauſe eſt: cuꝫ multū principi in bellicoſa gē-
te vel diuitijs appropinquare videantur: vix regū iuſſi-
bus optemperent: et ſi ſtantibus his circūſtantijs regi-
bus parerent: ſunt eis tanꝗ̃ ſignuꝫ ad ſagittam: et arx
in iugo montis quã omnes contemplantur ob formidi-
nem periculi in republica potentes cõtingere: preſen-
tes hoc diſcant a tot opulentiſſimis et famatiſſimis du-
catibus et comitatibus in britãnia: et alibi hoc modo
funditus euerſis. vbi domus mediocris fortune in ima
valle locate ꝑmanſere immobiles ¶ Ad ſecundam du-
bitationem reſpondetur aliquibus: licet theſaurizare
vt regibus pro defenſione reipublice auruꝫ eſt neruus
belli: et potiſſimuꝫ vbi ad bellum non progredit miles
ſine ſtipendijs: et vbi populus regi nõ dans vectigalia
tenetur belluꝫ adire proprijs ſumptibus: adhuc opus
eſt magna auri copia pro ducendis machinamētis bel-
licis ad aciem belli: vel ad demoliēdas arces vel vrbes:
vel ad protrahendum bellum vbi neceſſitas incūbit vl-
tra ſumptus populi: et ob multa alia que in republica
contingere ſolent: ſic licet omnibus liberos habēntib⁹
theſaurizare pro filiarū matrimonio ⁊ ꝑalendis filijs
ſecundum eorū ſtatuꝫ. Eccleſiaſtici. Non egent theſau-
ro: illa pecunia vltra ſtatuꝫ viri eſt danda pauperibus
aurum habet eccleſia vt egentium neceſſitati ſibi et ca-
ptiuis ſubueniat: vt Ambroſius dicit i libro de officijs
et auctoritas ē canonizata. xij. qſti. ij. ca. Aurū. eccleſia
habet vt non ſeruet ſed vt eroget et ſubueniat in neceſ-
ſitatibus: quid eſt opus cuſtodire quod nihil adiuuat:
an ignoramus quantum auri atꝗ argenti de templo
domini aſſyrij ſuſtulerūt? Nonne melius conflat ſacer-
dos pro alimonia pauperum ſi aliqua ſubſidia deſunt
ꝗ̃ ſi ſacrilegus contaminat et aſportat hoſtes. Non-
ne dicturus eſt dominus cur paſſus es tot inopes fame
mori: certe habebas auruꝫ vnde miniſtraſſes alimoniã
Cur tot captiui in captiuitatem ducti nec redempti ab
hoſte occiſi ſunt? Melius fuerat vt vaſa viuentium ſerua-
res ꝗ̃ metallorū. His nõ potes reſponſū referre. Quid
enim dices timui ne templo dei ornatus deeſſet? Reſpon-
det aurum ſacra nõ querunt neꝗ auro placent: que au-

ro non emuntur: ornatus ſacrorū redemptio captiuorū eſt: ⁊ vera illa ſunt vaſa precioſa que redimunt animas a morte: ille verꝰ theſaurus eſt dñi qui operatur quod ſāguis eius operatus eſt. Et poſt pauca. Nemo poteſt dicere cur pauper viuit: nemo poteſt q̄ri q: captiui: nemo poteſt accuſare q: tēplum dei eſt edificatum: nemo poteſt indignari q: humandis fideliū reliquijs ſpacia laxata ſunt. Nemo poteſt dolere: q: in ſepulchris chriſtianorū requies defunctorū eſt. In his tribꝰ generibꝰ: vaſa eccleſie etiam initiata confringere conflare vendere licet: hec beatus Ambroſius ⁊ pulchre dum eccleſie ſunt ſufficiēter extructe ⁊ pauperes notabiliter egent: vt plerūq̧ eſt inſipiētis eſt ampliare templa nouas inſulas ad partē/vel teſtudines erigere: neglectis pauperibus qui ſunt templum dei ſpirituale: q: catecuminus Martinus licꝫ adoleſcens neglecto cultu ſui corporis in illo caſu chlamidē nudo partitus eſt exemplū epiſcopis et abbatibus relinquens: vt frena deaurata et mutatoria veſtiū relinquant: et memorie commendent inopes neglectos. Non negamus tamē quin epiſcopꝰ vbi eccleſia minatur ruinam: vel non eſt culta ſecūdū eius ſtatum: vel pro honeſta defenſiōe eiuſdem poteſt pecuniā in theſaurum pro tēpore ponere. Nulla vna lex generalis hic ſufficit: ſed prudens habet omnia cōſiderare. ¶ Ad tertiam dubitationē dicitur quod eſt viciū ſpirituale gula et luxus flagitia ſunt corporalia: q: in eis conſiſtit voluptas corporis eſt: ſic de auaritia: bene eſt circa obiectum corporale vt circa pecuniā: ſed hoc non ſufficienter arguit peccatū eſſe corporale. ¶ Ad quartam dubitationem dicitur ꝙ ſic: nec extremū virtutis eſt viciū quando actus virtutis eſt de cōſilio vt de actu liberalitatis contingit: illic vtrūq̧ oppoſitorum eſt bonum: ſed vnum eſt minus bonum/quod cōparatum ad maius dicitur malū: ſicut minus malū in ordine ad maius dicitur bonū: vt patet ex Ariſtotele quinto ethicorum. Hoc poteſt oſtendi de extremo ieiunij quod tēperantiam regularē includit vel de abſtinentia. Hoc ipſū patet de clementia que pro extremo ſeueritatē habet: et tamen ſeueritas non eſt peccatū: ſed de hoc futurus eſt ſermo: quis poteſt ſi voluerit inuoluere aliquā malam circūſtantiā propter nimiam ſpem poſitam in opibus: illiberalitas non dat ſecundū illud prouerbiorū vndecimo: qui confidit in diuitijs corruit ſed nō eſt opportunum ad illud volare.

¶ Diſtinctionis. xlij.
Queſtio. x. de Acidia.

TErtio queritur an omnis accidia ſit peccatū. ¶ Pro iſtiꝰ intelligentia notabis ꝙ cōmuniter loquentes acidiam per triſticiam diffiniunt: ſed hoc nō video rationabile. Triſtitia eſt paſſio, etiam ſecundum eos modo a paſſionibus neq̧ laudamur neq̧ vituperamur ſecūdo Ethicorū: ſed ad hoc dicit Doctor ſanctus ꝙ paſſiones ſecundum ſe nō ſunt peccata/ſed ſecundū ꝙ applicant ad aliquod malum: ſicut et laudantur ex hoc ꝙ applicantur ad aliquod bonum. Unde triſticia ſecundū ſe nō nominat nec aliquid laudabile nec vituperabile: ſed triſtitia de malo moderata nominat aliquid laudabile: et triſtitia immoderata nominat aliq̄d vituperabile: et ſecundū hoc triſtitia ponitur peccatū: totum iſtud non ſufficit triſtitia ſecundum ſe eſt peccatū. Reſtabat ab eo e[...]dicis ponendum quid ē illud quod ſecundū ſe eſt triſtitia ⁊ peccatum. Et propterea aliter diffiniā acidiā et ſic. Acidia eſt omiſſio pura implendi illa que ſūt facienda: vel nolitio illa implendi: vel volitio non implēdi: et iſtud patꝫ: q: acidia grece nihil aliud eſt ꝙ pigritia latine vel ocium. Ex iſto patꝫ ꝙ duobus modis fit acidia. Uno modo actum omittendo quē tenetur habere. Alio modo nolēdo facere illa que deberet facere: vel volendo nō facere quod pro eodē ſumo: et totum iſtud poteſt probari per filias acidie quas Gregorius. xxxi. moraliū aſſignat: que ſūt malicia/rācor/puſillanimitas/deſperatio/torpor circa precepta: et vagatio mentis circa licita que ad ocium ſequuntur: non nego tamen quin ad nolle vel ad apprehēſionem diſplicibilis ſequitur triſtitia: quā ſi homo non remouet pro loco et tēpore peccat omittēdo. Iſtis notatis pono cōcluſiones. ¶ Prima aliqua acidia eſt peccatū veniale. ¶ Secunda cōcluſio aliqua acidia eſt peccatū mortale. ¶ Tertia concluſio Acidia eſt valde deteſtandū peccatū. Prima concluſio probatur. Interdum omittit illud quod debet facere ſub pena peccati venialis: vel habet nolle faciendi illud igitur. Simili probatione oſtēditur. ¶ Secunda cōcluſio de illo qui negligit audire diuina: vel dicere horas ſuas canonicas ſub pena peccati mortalis. ¶ Tertia cōcluſio patet in ocio mens humana conuertit ſe ad illicita Nimis diu lectum tenens nō proficit. Propterea recte dicebat Cato. Nam diuturna quies vicijs alimenta miniſtrat: ⁊ in carmine precedenti plus vigila ſemꝑ ne ſōno deditus eſto. Ex eo ſequitur ad iſtum pronitas dicente Naſone. Ocia ſi tollas periere cupidinis arcus. Et eccleſiaſtici. xxxiij. Multam maliciā docuit ocioſitas. Et ſeneca. Ocium ſine litteris mors eſt: ⁊ viui hominis ſepultura. Propterea dicit ſapiēs prouerbiorū ſexto. Uade ad formicā o piger. Secundū illud Alani. Dum calor eſt et amena dies formica laborat. Ne pereat cum tunc hyems venit alta fame. Propterea finguntur recte a poetis originē traxiſſe a formicis Mirmidines propter eorum laborioſitatē. Sed prouer. xiij. Piger vult ⁊ nō vult. hoc ē habet vnā volitionem remiſſā exeūdi lectū in frigore ſed hec eſt ita puſilla ꝙ impedimentū tollere nequit ⁊ poſtea habet nolle dat mollit oſſa cubare. Et prouer. xx. Propter frigus piger arare noluit/mendicabit ergo eſtate ⁊ nō dabitur illi: et paulopoſt. Noli diligere ſomnū ne te egeſtas opprimat. Et prouer. xxiiij. per agrum hominis pigri trāſiui et per vineā viri ſtulti et ecce totū repleuerant vrtice. Pulchrū tēpus inutiliter dilapidat: et tamen nihil eſt annis velocius ⁊ Iob xiiij. Breues dies hominis ſunt breuiter totus inere ⁊ ſordidus eſt. quē gratiſ hic Mātuanꝰ deſcribit inq̄ens Sola ſedens: oculoſq̧ ſolo defixa malignū Criſpaſq̧ ciliū pallens inpexa capillos Phthiriaſim patiens ſcalpit caput vnguibus vncis. Os immūda: manꝰ illota: cadente ſaliua Barba madet: pluit hymbriferis de naribꝰ humor: Debilis ⁊ longo pendēs in pectora dorſo Fauce tumet: leuat anguſta ſub pectore vētrē Arris ad exemplū morbiq̧ intercutis inſtar Crus exile genu ſurgēs: pes pinguis et amplꝰ Tardat iter: grauibuſq̧ dolet iunctura podagris In deſperationem triſtitiā: ⁊ multa mala cadit acidioſus. Aliqui ſūt magis procliues ad hoc vicium ꝙ alij vt melancolici propēſiores ad triſtitiā et ad loca ſolitaria ꝙ alij. Ex hoc Ariſtoteles in problematibus homerū ingeniorum fontē cōmuniter fuiſſe melancolicū: q: petebat ſemꝑ loca ſeparata et ꝙ facile triſtitiā incurrebat ⁊ immoderatā ex hoc cōmu

citur ꝙ vir ita ſublimi ingenio preditus ipſũ ad internecium ipſe ulerit: flegmaticꝰ citiꝰ in hũc morbũ incidit ꝙ colericus vel ſãguineus. Immoderata triſtitia ſub pena peccati eſt auferenda q: crebro hominem in exitiale malũ ducit: q: ſpiritꝰ triſtis deſiccat oſſa ſecũdũ ſapiẽtem ⁊ aliquos impellit ſeſe ferro torquere: amne ſe ſubmergere vel laqueo ſe ſuffocare iudicio erroneo ab hac miſeria ſe liberare exiſtimant et in miſeriã perpetuam incidũt. Aliqui auari ꝓpter bona fortune perdita aliqui pituita laborãtes facile occaſione data hoc faciũt vel dolore amicorum vt vbiuis gentiũ videre eſt. De luxu in quarto diximus quocirca impreſentiaꝝ de eo amplius loqui non propoſui.

¶ Diſtinctionis. xlij.
Queſtio. xi. de Ira.

a

Vlterius queritur an omnis Ira ſit peccatuꝫ. In hac queſtiõe duo faciemus Primo quaſdaꝫ notatiũculas ad materie enodationeꝫ prelibabimus. Secũdo concluſiue ad titulũ queſtionis reſpõdebimus. Ira vnomodo capitur pro motione corporali ſecũduꝫ quod dicitur primo de aĩa et primo poſteriorũ Ira eſt aſcenſio ſãguinis circa cor que non eſt in poteſtate volũtatis: poſita cauſa Ire generatiua licet voluntas impedimentũ cauſa ratiõe poteſt ponere huic cauſe. Hinc pleriqꝫ iratorũ luridi efficiũtur. Tumidus etiã tẽpore timoris eſt pallidus ſed in eo calor currit ad iferiora vt ad ventrẽ Propterea dicit Ariſtoteles in problematibus taliuꝫ ventres diſſoluũtur quod experimento cognoſcunt regentes meticuloſos iuuenes percutientes: ſed in iracundo calor petit cor q̃d probat Ariſtoteles a ſigno q: ſi quis aquam frigidã cõtra teſtes et ventrẽ irati proijciat ſtatim mitigabit irã: ⁊ id rationis eſt q: calor diſpergitur et partibus infrigidatis ſuccurrit: ſed caueat aquã proijciens ne ab iracundo iniuriam patiat. Alio modo capitur ira pro motu appetitus ſenſitiui: et hec paſſio poteſt dirigi per imperiũ voluntatis vt in alijs affectibꝰ illius ſenſus contingit. Tertio accipitur pro actu voluntatis et hoc bifariam: vnomodo ſiue talis actus ſit recta ratione regulatus ſiue non et ſic capitur in malam partem et in bonam Unde Cato impedit ira animũ ne poſſit cernere verũ: quod patet ex vi vocabuli Ira a ſe tre qua ſemota homo dicitur ad ſe redire. Et aliqui ſemper capiunt in mala ſignificatiõe et oppoſituꝫ manſuetudini. In ſacris tamen hyſtorijs interduꝫ capit in bonam partẽ vt Iraſcimini: ⁊ nolite peccare pſalmo. iiij ⁊ ſeptimo. Nũquid iraſceretur per ſingulos dies ⁊ pſalmo. lxxviij. Uſqꝫ quo domine iraſceris in finẽ: et ſic Ariſtoteles termino vtitur. iiij. et. iij. Ethicorũ. Interdũ extenditur ad iram proprie dictam iracundiã inuidiam: et odiũ. Interdũ illa ſeingat. Hec predixerim vt de nomine nõ certemus. Secũdo memorie cõmendabis medium reputatũ apud loquẽtes de manſuetudine et clementia. Nam manſuetudo eſt habitus genitus ex actibus quibus quis appetit penã ſecũduꝫ dictamen recte rationis. Sed clemẽtia per hoc diſcrimen habet a mãſuetudine ſecundũ doctorem ſanctũ q: mãſuetudo proprie eſt circa refrenationem ire a qua quis incitatur ad inferendam penã alteri: ⁊ clementia ꝓprie eſt circa diminutionem huiuſmodi pene ... q: vult dicere duo ſunt ibi conſideranda ſcilicꝫ paſſio ire que eſt appetitꝰ vlcionis et vindicte: et ipſa vindicta appetita ſe habet vt effectus: et hoc eſt ratio paſſionis: manſuetudo vero ẽ moderatiua paſſionis et clemẽtia operatiõis. Hoc ſufficient ab alijs impugnatur q: circa actũ interiorem ⁊ exteriorem ſibi ſubordinatũ: et ab eo imperatũ non ſũt ponẽde diſtincte virtutes. Pleriqꝫ ponũt clementiã ⁊ mãſuetudinẽ tẽmios ſinonimos. Ariſtoteles q̃rto ethicorum nullũ diſcrimen ponit. Aliqui dicunt clementiã eſſe mitita tẽ ſuperioꝝ ad inferiores cui Seneca in ſuo libello applaudere videtur: difficultas eſt verbalis nõ eſt nobis dure. Iſtis notatis ponuntur cõcluſiones alique de ira paſſione et manſuetudine. Sc̃do de peccato ire reſpõdebimꝰ. ¶ Prima ira paſſio nonnũꝙ eſt laudabiliter aſſumenda probatur. Aliqs eſt ſuperior qui debet puniri aliquod delictũ commiſſum cõtra diuinuꝫ cultuꝫ rempu. vel contra ſe: vel cõtra ſuos amicos: ſed timor eum retrahit ne exequatur talem penã flagitio dignam: ergo ſecundũ dictamẽ recte rationis paſſio timorem excutiens eſt aſſumenda cuiuſmodi eſt ira. Cõfirmatur per Ariſtotelẽ. viij. particula problematum problemate. xx. Et per eundẽ tertiũ Ethicorum. viij. de fortitudine ſimilitudinaria loquentẽ: ⁊ pro maiori fide danda ad hoc Homerũ introducit ſic dicẽs. Atqui iraꝫ etiam ad fortitudinẽ referunt. Fortes enim ⁊ ij videntur qui ob irã ferũtur perinde atqꝫ fere in eos qui ipſos vulnere affecerũt: q: et fortes concitantur ira. Eſt enim ira res impetuoſiſſima ad aggrediendꝫ pericula quapropter et Homerꝰ dixit Uires iniecit ire et animũ ira concitauit Et acuta p nares vio ⁊ efferbuit ſangui s. Amplius Africanꝰ leo bellũ grande oriturus caudã ſoluꝫ et ſeſe percutit vt concitatus ira in belluꝫ prodeat: hoc ipſum taurus in preludio belli facit pulueruleutaꝫ terram pedibus et cornibus cauat vt ira ſuccenſus tauruꝫ vel vrſum inuadat. ¶ Secunda concluſio. Clementia eſt preclara virtus. Probatio clementia apud oẽs ſapientes in maximo precio ſẽper erat: et a ſapientibus cõmendata: et hoc propterea q: ad humanitatẽ tendit ⁊ in caſu ambiguo vel lucido ſanguini parcit. Hinc Antonius pius adeo manſuetus et clemens extitit imperator ꝙ ſemp ſententiã Scipiõis in ore haberet. Se malle vnũ ciuem ſeruare ꝙ mille hoſtes occidere. Et cũ Athenodrus philoſophꝰ ab auguſto in patriã recederet petiitqꝫ auguſtꝰ vt ei aliquod monumentũ relinqueretur cui hoc reliquit ꝙ ſi ei contigerit iraſci nihil prius diceret vel faceret ꝙ quatuor et viginti litteras prius mente pcurreret. Et Agesilaus rex ſparthenorũ cũ ab vxore initigaretur vt ſupplicũ ſumeret de adoleſcente qui eius filiam in propatulo oſculari auſus fuerat Cui rex. Si amicis et bene i nos meritis ſupplicũ inferimus quid faciemus inimicis. Et Socrates cũ quidẽ ei faciem verberibus et cicatricibus petulãter fedauit nihil aliud fecit Socrates niſi nomẽ nebulonis publice in fronte portaret iratus quidẽ hoc ad ganeonis infamiam ſufficeret: et ſplẽdorem Socraticũ hoc pati de
c
cere. Et cũ Olympias alexandrum magnuꝫ precaret per nouem menſes quibus eũ i aluo geſtauerat vt occideret quẽdam innocentem Cui Macedo aliã a me pa rens optima mercedẽ poſtula: hominis cui vita nullo beneficio cõpenſatur. Propterea dicebat regius propheta. Memento domine dauid et omnis manſuetudinis eius pſalmo. cxxxi. et pſalmo. xxxiij. Audiant manſueti et letantur et pſalmo. xxxvi. manſueti autem hereditabunt terrã. Et matthei. xxi. Ecce rex tuus venit

ſibi manſuetus ⁊ māſuetudo eius multum patuit dū ſimei parceret ſecundi regum. xvi. Et dum totiēs ſaul quem occidere poterat manus non iniecit. Similiter cum amalechytem qui ſaul chriſtū dominū occiderat interfici iuſſerat ſecundi regū primo. Et idem fecit duo bus carnificibus qui caput Iſboſeth ad eum tulerunt in hebrum ſecundi regū quarto. eſto ꝙ eius inimici eſſent hoc amplius patet cum archam domini tulerunt de domo Obededon gethei ad ciuitatē Dauid vbi magnanimus rex percutiebat in organis armigatis ⁊ ſaltabat totis viribus ante dominū etiā accinctus ephot ligneo: ſed habitus humilitatis eū ad iſtud inclinabat ⁊ non habitus manſuetudinis. Ex innumeris hiſtorijs manſuetos ſumma laude dignos deprehēdimus: ergo manſuetudo vel clemētia eſt precioſa virtus. Inſuper probatur ex feditate vicij oppoſiti ſcilicet crudelitate que apud ſapientes fuit ſemper maxime ignominioſa ergo virtus ei oppoſita eſt multū ſpectabilis. Dyomedes Thracius qui hoſpites ſua domo ſuſceptos equis humana carne veſci aſſuetis in pabulū obiecit. Et phalaris qui premium propoſuit ei qui nouū tormenti genus ad excruciandos homīes excogitaſſet ridentur (⁊ merito) apud poſteros. Amplius pleriq́ per tyrannidem amiſerunt regna: ⁊ plurimi per clementiā illa protegebant ergo non modo eſt virtus ſpectabilis principibus: ſed ad tranquille regnandum apprime vtilis.

¶ Tertia concluſio. Clementia non inclinat ſemper ſuperiorem remittere penā legalem in ſubditos: immo erit inclementia et ire vacuitas. Probatur hec concluſio eſt aliq̇s graſſator in republica dolo malo duos vel plures occidens tali viro belcal non eſt remittenda pena nec in pecuniariā tranſmittēda. Probatur hec concluſio talis euadit effrenis: et truculentus carnifex in poſterum ſecundū illud Comici licentia deteriores ſumus ergo illi nocet: et ſi ei prodeſſet nō refert propterea. Probatur hec ↄcluſio ſic q: homicidis alicubi (ſcio que dico) nimis cito parcit. Arguitur ſic pena illa que eſt in iacturam reipu. in principis notam: et ex cōſequenti in eius exterminiū non eſt remittēda: ſed remiſſo huius pene ē huiuſmodi igitur. Probatio minoris. circa illa tria primo perturbātur innocentes quos rex inquiete ꝓtegere tenetur. Ad hoc reges in mediū introducti ſunt vt ſontes torqueant ⁊ inſontes tueanī: ergo ſi hoc non faciant eorum munus negligunt. Secundū ſequitur ex primo vbi homines iuſtitiā miniſtratam non vident de ſuperioribus obloquūtur ſi per burſam occidāt eos auaros reputant. Si offenſam remittunt eos ex indulgētia vel ignauia notāt. Modo hoc eſt in exterminiū principis pater ſic tunc homines fiunt audaces: et inſolentes: agricultura ⁊ artibus mechanicis neglectis ad arma ruunt confidunt in magnatibus. et ad curias magnatū volant gratia cuius magnates inſolentes fiunt in contemptum principis. Iſte iactanter aſſerit ſe poſſe contrahere pro ſui corporis defenſione vel aliorū inuaſione quinq́ mille viros vel decem mille viros. hoc eum rebellem ⁊ ſuos effrenes ſine lege reddit: ſuſpicātur ſuum principem velle pro eis intercedere quatenus a capitali ſupplicio quo digni ſūt abſoluātur vel a quauis alia pena mitiori citra penam capitalem. tot ex illo abſurditates glomeratim ruunt ꝙ potius me deficeret dies ante ꝙ illas quintimmo earum medietatem recenſere potero. Quare nunc ab iſto domino nunc ab illo pro donāda venia ſplicatur rex: et nulle curis agitatur. ¶ Contra primam concluſionem arguitur per



illud Catonis impedit ira animū ne poſſit cernere verum: ergo ira non eſt aſſumenda. Et Gregorius quinto moralium circa finem. Nam ire ſuc ſtimulis accenſum cor palpitat corpus tremit: lingua ſe prepedit: facies pallleſcit exaſperanī oculi: et ne quaq̇ recognoſcuntur notorie quidem clamorem format: ſed ſēſus quid loquatur ignorat: in quo itaq́ iſte ab arepticijs longe eſt qui actionis ſue conſcius non eſt: ⁊ conſequenter multa ire incommoda deducit. Reſpondetur ꝙ he auctoritates intelligūtur de ira perturbante rationem que ſenſum obnubilat: ⁊ ad illud ſolum punctum omnes rationes ſenece tendunt Ariſtotelem improbātes de ira. ſed ira ſumpta cum ratione eſt laudabilis. ¶ Contra ſecundā ⁊ tertiam concluſionem arguitur ſic. Pleriq́ reges ſeueri diu regnarunt tollentes ſciſmaticos ⁊ quidem potentes de medio: patet de Auguſto ceſare qui marcum tullium marco Antonio conceſſerat perimendum: et ita de multis alijs ſenatoribus quorū capita ad roſtra affixa ſunt: et circa dies noſtros facile eſt inuenire reges ſeueros qui pacifice mortui ſunt vbi clementiſſimi principes ab inſolentibus perempti ſunt: patet de Iulio ceſare clementiſſimo: et multis alijs. ¶ Secūdo arguitur probando ꝙ manſuetudo vel clementia non eſt laudabilis: ⁊ hoc ſic Clementia eſt mitigatiua pene debite culpe: ergo non eſt virtus. Conſequentia tenet culpa debet reſpondere pene. ¶ Ad primum concedo antecedēs: ſed cōmunius clementes diutius regnarunt: ſermones in moralibus ſunt de his que cōmuniter contingunt. Etiam non eſt ſeueritas remittere ſciſma inultum in republica quando alia via adhiberi non poteſt bonum remedium ſed inclementia. De Iulio ceſare non erat clemens: ſed tyrannus qui ſolus totam rempublicā vſurpauit propterea cruciatu quem pertulit a bruto ⁊ caſſio dignus erat. Similiter Auguſtus licet bonis naturalibus preditus ſimili tyrannide laborabat propterea patrem patrie tullium Antonio proditori dedit: et ſic inter hos duos omnia pro arbitrio: et non pro ratione regebantur. Propterea nimirum Marcus Antonius ſuo ferro ſe ſuffodit qui cum manus et caput Tullij crudeliter abſcidit caput in menſa poſuit per dies illiq̇ aſpexit quouſq́ ex ſpectaculo animum exſatiaſſet: vt apianus refert. Et fuluea Antonij vxor que illud venerabile caput maledictis execrationem in ipſum impuens linguam quoq́ illi e faucibus extraxit: qui per facundiam vrbem ab incendio et patriā ſeruauit ſic per viros furca dignos lacerata eſt: ſed felicitas natiuitatis chriſti Auguſto pacem dedit vt vniuerſus orbis quā chriſtus. xlij. anno Auguſti ceſaris natus eſt: et tunc philoſophus imperio romano ſubditus in maxima erat pace vt patet: Luce ſecundo. Exijt edictum a Ceſare Auguſto: vt deſcriberetur vniuerſus orbis que deſcriptio pacem oſtendit. et hoc erat prenunciatum per oracula prophetarum pſalmo. lxxi. Orietur in diebus eius iuſtitia et abundantia pacis. Et yſaie ſecūdo. Non leuabit gens contra gentem gladium. Et nono vocabitur nomen eius admirabilis conſiliarius deus fortis pater futuri ſeculi princeps pacis: ergo iſta pax parum vel nihil erit attribuenda Auguſto: ſed q: in felici tēpore chriſti contigit qui pacem dilexit: et tēpore pacis naſci voluit. ¶ Ad materiā ſecundi argumēti reſpōdebo qua cognita facile erit ad formā reſpōdere. Cuiuſlibet culpe latitudo pene ē diuiſibilis Idē: diuiſionē imaginab: re per extēſionē: et nō per intenſionē hec latitudo habet duo extrema ſcꝫ punctū

ſub ſeritate ⁊.b. punctum ſuper inclementiam: in iſtis
extremis ē lab' fictatio legis. latitudinem mediū par-
tiamur in tres partes quarū vna portio erit ſub.a.pū
cto. Alia tertia erit.b.pūcto ꝯtigua. Tertia portio erit
media inter illas. Si pena fuerit in infima tertia eſt
clementia: ſi in ſuprema tertia erit ſeueritas in portio-
ne media medium locum inter ſeueritatem: et clemen-
tiam obtinet. Supremus iudex puta imperator in im-
perio. vel rex in regno poteſt quantuncunqꝫ iſtaruꝫ pe-
narum infligere. Et ſecundum hoc vel ſeueritatem cle
mentiam vel actum medium exercebit nullaten⁹ pec
cando. Ex iſto patet ꝙ ſcelus non manet inultuꝫ immo
aliqua pena infligitur ſtat etiam dare actuꝫ clementie
nullam a'iam penā infligēdo a pena contracta. Ut pa
teant iſta exemplariter ſit Sortes qui occidit hoiem
cui ſecundum legem imperialem: et regni conſuetudi-
nalē debetur ſuppliciū capitale. Ad iſtud poſitiuū rex
non eſt obligatus puta infligere mortē: ſufficit ampu-
tare membrū ab iſto vel extorrē hunc a regno eijcere in
perpetum vel ad certos annos: vel aliqua alia mitiori
pena ſecundum ꝙ dictabit ſapiens. ſi iſte occidatur rex
non peccat ſi ipſe vere iudicat. Si mitiori pena puniat
rex clementer agit: et ſi recta ratio dictat ꝙ occidēdus
eſt: et eſt preter rationem iſtum non occidere tunc rex
iſtum occidere tenetur: ſed pena nō eſt ipartibilis: po-
teſt eū decollare pendere vel incendere ſecundum quā-
titatem delicti. Et vbi pena eſſet de ſuſpendio quod eſt
falſum: qꝛ illud eſt poſitiuuꝫ ſolū ꝙ nocens debeat hac
pena plecti poteſt eſſe ſuſpendiū publicū vel nō publi-
cum ꝙ corp⁹ ibi maneat vel ſtatim poſt mortē tradat
ſepulture. Dixi de Rege: qꝛ Iudex inferior nō poteſt re
uocare iſtaꝫ legem poſitiuā ſuperioris: propterea tene
tur occidere: rex autem non ſed nō poteſt remittere pe
nam parti leſe debitaꝫ: qꝛ de iure neceſſe eſt parti leſe ſa
tiſfacere: ⁊ rex non eſt ſupra ius nec ſufficit reo parti le
ſe emendam condignam offerre nec rex tenetur occide-
re reum ad petitionem partis: qꝛ tūc raro vteretur cle-
mētia. Sed dices ſi iſte occidatur pars leſa nullā emē-
dam habebit in pecunia vel quacūqꝫ alia via: ergo ſi rex
remittat ei penam legalem nō tenebit ſatiſfacere par-
ti leſe in pecunia. Negatur antecedēs per penam capi
talem pars leſa eſt ſatiata: et mauult hoc habere quā
pecuniam. ¶ Sed contra iſtud arguitur tūc virtus vir
tuti opponeretur patet de ſeueritate que clemētie op-
ponitur quod eſt incōueniens. Secūdo ſatius eſſet ire
ad medium inter clementiam: et ſeueritatem vtrobiqꝫ
qꝛ tunc magis itur ad medium mathematicū. Tū ter-
tio tunc clementia ab epekea non differret quod liquet
eſſe falſum ex.iiij.et.v. Ethicorū. ¶ Ad primum conce-
ditur quicquid dicat beatus Thomas queſtione.clvij.
ſecūda ſcđe. in ſolutiōe ad primū prior pars ſolutionis
in principio huius queſtionis eſt excuſſa nec ſcđa ſatiſ-
facere videtur. Dicit ꝙ non eſt oppoſitio eo ꝙ clemētia
et ſeueritas eſt ſecundum rectam rationem: qꝛ ſecundū
hoc inter nullas virtutes eſſet contrarietas cuius op-
poſitum contingit de viduitate: et caſtitate coniugali
ſed de hoc alias. ¶ Ad ſecunduꝫ nego ꝙ melius foret.
habendus eſt oculus ad medium rationis magis ꝙ ad
ad medium rei licet medium rei in ratione includatur.
¶ Ad tertiā nego conſequentiā epekea ſiue naturalis
equitas ſecundum philoſophos vel diſpenſatio apud
canoniſtas legem communem in caſu dubio interpreta
tur. Propterea Ariſtoteles de ea cū iuſtitia loquutus
eſt quinto Ethicorum: clemētia autem partem pene de
bite reſcindit Iſtud exemplariter pateſiet feriēdus eſt

homicida vltimo ſupplicio: ſed nonnūꝗ dubitatur an
illa pena debeat infligi forti: quia hoc fecit in ſui cor-
poris defenſionem cum paruo exceſſu inculpate tute-
le: tunc ſenat⁹ rege inferior caſum legis interpretatur
Quod lex communis nō currit. In iſto ecce in caſu am
biguo epekea legem interpretatur vel potius clara cō
tradicente ratione lex communis ſic exponenda eſt: qꝛ
illic ſeruare legem verbaliter eſſet ſummum ius: ⁊ ſum
ma iniuria: ſed in caſu multum ambiguo ad ſupremum
itur: qꝛ cuius eſt cōdere eius eſt interpretari. Et hoc in-
telligo niſi vbi fuerint viri multū prudentes qui habe-
rent nodos latentes leges interpretari a lege faculta-
tem habētes: qꝛ cōmuniter hū melius interpretantur
ꝙ rex difficile erit flectere vnam communitatem a re-
cto ſecundū exemplū. Eſto lex eſt tali ſic ꝙ ſi quis fran
cus menia vrbis conſcendat occidatur gratia exempli
hoc ponimus gallus conſcendit menia pro arcēdis ho
ſtibus: tūc epekea aduerſatur ꝙ iſte pena legali punia
tur Idētidem per legem ꝯmunem nemo poteſt habere
duas dignitates vel curas ī eccleſia. ticius eſt reipubli
ce admoduꝫ vtilis cui exilis cura non ſuppetit: tunc ro
manus pontifex diſpenſat interpretando non debere
eſſe ſubiectū legi communi: ſed etiaꝫ hic pontifex reuo-
cat ius commune in iſto interdum eſt difficile interpre-
tationem a reuocatione ſeiungere: et de illo cōtendere
parum refert: quia hoc cōſtat. Caſum patentem legis
iudex inferior ſeruare debet ſiue eſſet ratio ad mitigā-
dam penam ſiue non: ſed iudex ſupremus per habituꝫ
clementie ſeueritatem et portionem mediam pene reſe
cat. Ex iſto patet: etiam iudex ſupremus primo conſul
tat cum epekea anteꝗ aggeditur actuꝫ clementie: qꝛ ſi
cōtra naturalē equitatem aliquid faciat nō clemēter.
immo inclementer et perperam penam remittit. Pro
pterea viro belial incorrigibile vel quando datur occa
ſio vehemens alijs offendi: non eſt clementia remit-
tere penam immo ad penam augendā clementia incli-
nat. In corpore vero melius eſt membrū putridum reſe
care ne totum corpus contaminet. ſic in corpore myſti-
co factitandum eſt. Dixi interdū tota pena eſt remittē
da: vt quis ex primo motu vel poſt ſecundos calices qua
dam familiaritate ductus mouet lites cōtra regem in
craſtina luce penitudine ductus prouoluit ſe ad genua
implorās veniā de ſerotina temeritate: iam in rege cō-
currunt perſona priuata: et perſona publica que ē per
ſona leſa: ⁊ iudex: iam clemēter regis intereſt huic par
cere in toto adijcit tot circūſtātias in hypotheſi: vt nul
lus ſapiens iſtud in contemptum regis iudicabit: ſed
temulentie aſcribent. ſi ſecus foret ſcelus ipſū nō debet
manere inultum. Iſtis concluſionibus de ira paſſione
et manſuetudine et clementia premiſſis ponuntur con
cluſiōes ad tituluꝫ queſtiōis reſpōſiue. ¶ Prima. ira
eſt peccatum. Secunda non omnis ira eſt peccatū mor
tale. Tertia aliqua ira eſt peccatum mortale et deteſtā
dum. ¶ Prima concluſio probatur ſic omnis appeti-
tio inordinata vindicte eſt peccatū: ſed ira eſt huiuſmo-
di. ergo eſt peccatum conſequentia lucet cum maiore: ⁊
in minore predicatur diffinitio de diffinito igitur qꝛ ira
cundus per habitum ire petit penam vbi nulla appe-
tenda eſt vel maiorem ꝙ parſit vel pretermiſſo ordine
iuris. ¶ Secunda concluſio probatur aliqua eſt appe
titio parue vindicte vel pene que non ſufficit ad deno-
minationem peccati mortalis: et hoc poteſt probari ſi-
cut de gula ſuperius ꝓbauimus. ¶ Tertia cōcluſio ꝓ-
batur oīs inordinata appetitio magne pene in ꝓximo
eſt peccatū mortale: ſed ira aliqua ē huiuſmodi igitur.

Minor patet cũ qs pro leui offendiculo appetit notabilem penã inferre pro parua iniuria. ¶ Secũdo arguit ad idẽ oĩs mater ex qua de per ſe naſcũtur filie deteſtabiles eſt graue pctm̃: ⁊ deteſtandũ: ſed ira ẽ huiuſmodi igitur. q: eſt difficile aſſumere actũ volũtatis preter rationez ſine motu corporis. Hoc in nobis experimur he pudice filie per antiphraſim generãtur verbera: homicidia perturbatio mẽtis / facies ⁊ oculorũ diſcoloretas non poſſe cõuerſare cũ hominib⁹: ⁊ vbi nõ poteſt vlciſci iracundus in alterũ in ſe ſuũ ferrum cõuertit vt patz de Aiace qui iniurias perferre nõ poterat de quo Ouidi⁹ xiij. Meta. Surgit ad os clipei dñs ſeptẽplicis Aiax. vt q: erat impatiens ire. et armis Achillis amiſſis: ita ira ſuccẽſus eſt: vt ferrũ capulo tenus in pectus trãſfodit. Propterea ſcite dicit Ouidius. Hectora qui ſolus que ferrũq; ignẽq; iouẽq; Suſtinuit totiens. vnã nõ ſuſtinet irã. Inuictũq; vir vicit dolor. Et paulo poſt. Nec quiſq̃ aiacẽ poſſet ſuperare niſi Aiax Dixit ⁊ in pect⁹ tum demũ vulnera paſſum Qua patuit ferro letalẽ cõdidit enſem. Et licet toꝛrentiſſim⁹ Aiax ita fecerit non erat actus fortitudinis: vt probe dicit philoſoph⁹ tertio Ethicorũ: ſed ab impatientia vincebatur: et de hoc dicemus paulo poſt in ſpeciebus iracundorũ. Hec temeraria ira in Alexandro liſimachũ leoni obiecit. Clituz dilectiſſimũ haſta traiecit. Caliſthenez philoſophũ mori iuſſit. ¶ Contra ſecundã concluſionem arguitur ſic. Iob quinto virũ ſtultũ interficit iracũdia: et loquit̃ de interfectione ſpirituali: et hoc non fit niſi per peccatuz mortale. Et confirmatur illud Matthei. v. Omnis qui iraſcit̃ fratri ſuo reus erit iudicio: ⁊ nullus erit reus in iudicio niſi qui peccat mortaliter. Et hoc amplius dz: qui autẽ dixerit fratri ſuo racha reus erit cõcilio. Qui autẽ dixerit fatue reus erit gehẽne ignis: ⁊ hic oẽs ſpecies ire enumerãtur: igitur. ¶ Ad primã dicitur ꝙ ex illa auctoritate nõ habetur ꝙ omnis iracundia eſt pctm̃ mortale: ſed ab aliquo motu ire q̃ erat venialis ad mortale proceditur ſicut gloſa marginalis pſalmo. iiij. dicit ſuper illo verbo. Iraſcimini ⁊ nolite peccare. Iraſcimini inquit ſi motus ſurgit animi qui non eſt in poteſtate: non cõſentiat ei ratio: motus animi in poteſtate noſtra non eſt: ſed dei gratia tẽperare poſſum⁹. Quod ergo cõſuetudinis eſt permittit quod culpe prohibet licz glo. interlinearis hoc bene exponat ꝙ iraſcamur de peccatis preteritis vlterius nolẽdo peccare. et ſic poteſt eſſe Zelus vel nemeſis q: de hoc palam eſt ꝙ nullũ eſt peccatum. Et ad ephe. iiij. Sol non occidet ſuper iracũdiã veſtrã: ⁊ poſtea glo. caſ. venialis eſt ira que non ducitur ad effectuz. ¶ Ad confirmationẽ que tangit verba xpi Matthei quinto dicitur ꝙ illic nõ eſt determinata ſpecificatio inter mortale et veniale: ſed oſtenditur ꝙ non ſolum pro actu exteriori eſt infligenda pena: ſed etiam pro interiori: ⁊ ꝙ lex euangelica legẽ veterẽ in hoc exuperat: propterea dicit audiſtis q: dictũ eſt antiquis nõ occides qui autẽ occiderit reus erit iudicio: vt iudicio puniatur leges exponit glo. iterli. Ego autem dico vobis: q: omnis qui iraſcitur fratri ſuo reus erit iudicio id eſt dignus accuſatiõe: ſicut in homicidio vt eadẽ glo. exponit. qui autẽ dixerit fratri ſuo racha hoc eſt ſine cerebro reus erit concilio hoc eſt conſultanduz eſt qua pena eſt puniend⁹ ſi accuſetur: qui autẽ dixerit fatue reus erit gehẽne ignis per hoc nullũ ponitur diſcrimen iter mortalia ⁊ venialia vt liquet. ¶ Circa iſta dubitat̃ quo modo eſt mitigãda ira. Secũdo quot ſunt ſpecies iracundorũ. ¶ Ad primũ dicitur per verba dulcia ira ẽ mitiganda prouerbiorũ. xv. Reſpõſio mollis frangit irã.

Et gedeon cũ eſſet laceſſitus a viris effraim q ire nõ vocaret eos ad pugnaz contra filios Madian ... humiliter reſpondit. Nõne melior eſt racemus effraim vindemiis abiezer iudicũ. viij. Et cũ quidã minãdo Euclidi iurando affirmabat ꝙ euz occideret: cõiurauit Euclides ꝙ eum mitigaret: et per conſequens eſſet multũ impatiens ſi eum occideret: et ſic alter ei non nocuit. Arma Achillis per facundiã vlyſſis importauit a bello potente aiace ſecunduz illud Ouidij. Et quid facundia poſſet tũc patuit. Fortiſq; viri tulit arma diſert⁹ Aſſueſcat iracũdus actus manſuetudinis: et habitu illo tãq̃ ornamento pulcherrimo non iraſcetur. Nõ viuat cũ alio iracũdo q: ſemuicẽ deſtruunt. Nõ maledicat aliis quia prouerbialiter dicimus pro maledicto maledictum ſuper pontẽ londoniarũ reportabis ſecundũ illud Eſopi Dulcia pro dulci pro turpi turpia reddi verba ſolent: q dicit omnia que placent crebro audiet illa que diſplicent. Nec clare mim⁹ ſatyricus (de quo Ariſtoteles in problematibus mentionẽ facit) a maledictis euaderet licet cũ aliis maledixerit aures claudebat: vt alioꝝ maledicta non audiret quouſq; tacerent. Si quis ſit atrabile infectus a natura et cum hoc habituatus: reſiſtere paruis iniuriis difficillimũ eſt. videat turpitudinẽ que ex ira contingit q: ab iracundo ſicut a ſerpẽte hoies effugiunt: q: totã ſocietatẽ pturbat ſecundũ illõ prouer. xxix. Uir iracund⁹ prouocat rixas. Ubi glo. Ianua eſt omniũ viciorũ iracundia / qua clauſa virtutibus intrinſecus dabitur quies: aperta autẽ / ad omne facinus armabitur animus. ¶ Ad ſecundã dubitationẽ dicit Ariſtoteles quarti Ethicoꝝ. v. Aliqui ſũt qui facile iraſcũtur ⁊ ũ ſtatim placantur inquiens. Iracundi igit̃ cito quidem iraſcũtur: et quibus non oportet / et pro quib⁹ non oportet / et magis q̃ oporteat cito deſiſtũt: qõ quidem et optimũ habent: tales ſũme bilis homines appellãtur. Quod facile aduenit facile decedit: ſicut ſtramen facile ignitur ſed mox flãma ſtraminis perit. Secundi iracundi ſunt amari qui cũ difficultate placãtur: et longo tempore ſũt ſub ira Detinent enim ipſam: ſed vbi reddiderint ceſſãt. vltionemq; ponit ire modũ pro dolore voluptatẽ efficiens ꝙ ſi hoc non fiat habẽt ipſũ pondus. Etenĩ q: non eſt manifeſtũ nemo perſuadet ipſis: vt in ſe autem concoctio fiat ire. tempore opus eſt. ſunt autem tales homines: et ſibiipſis et amiciſſimis permoleſti. Tertij ſunt infenſi qui ſine vltione vel pena non recõciliantur ſicut hec ira lente venit ſic pedes et non eques abit more ferri quod pigre calorem ſuſcipit: ſed ſuſceptum diu conſeruat. Iſti notabilem triſtitiam incurrunt. et ſeipſos grauis torquent ſecundũ illud prouer. xxvij. Graue ſaxũ: et oneroſa arena: ſed ira ſtulti vtroq; grauior. Unde multi ſe pcipites ob cumulatam triſtitiam ſe in flumina proiiciunt. Alii laqueis ſe ſuſpendent credentes ſe ab iſtis curis liberari paſſiones animi cum triſtitia vitam abbreuiant vñ ſchola ſalerni ad anglorum regem iram prohibet in capite libri inquiẽs Anglorum regi ſcripſit ſchola tota ſalerni Si vis incolumen ſi vis te reddere ſanuz. Curas tolle graues iraſci crede prophanaz. Aliqui ſunt ex complexione ad iracundiam propenſi vt parui potiſſimuz ſi atrebilis ſint in ſuprema ſunt iracũdi: quia cordis calor eſt bene vnitus: aliqui longi et graciles facile iraſcuntur quia tales ſunt colerici a dominio: de paruis prouerbialiter dicimus ꝙ de ira eſt danda ei venia et id rationis eſt. Inter coꝛ et os parua eſt intercapedo tales ad litteras tamen ſunt aptiſſimi. et frigidi inepti vt ex Ariſtotelis problematibus: ⁊ experientia notum eius

dit. Euri[illegible]ocus qui cliensem p̄ſonā adiuit ſic iſta atra bile vexa. us erat vt cū in elide reſpondendo fatigatus eſſet palliū abiecit. Et alpheum fluuiū tranauit. Interdum ſumpto veru cū carnibus famulum ad forum vſq̄ perſequebat̃/Hercules. Liſāder. Aiax. Alcmeon bellerophon eodem vicio laborabāt. Et nō abs re dicit̃ nemo egregia edere carmina qui nō habet furorē poeticū Et plato in libro de ſcientia vbi demetrius cū ſocrate hoc exequūtur de theeteto agens Eſt admodū inquit arduum reperire hominē ingenioſum qui ſimul etiam manſuetus atq̄ modeſtus ſit. Recenizz fuiſſe quēq̄ hactenꝰ aut eſſe video qui eo nature genio ſit: vt vtrūq̄ ſimul habeat. Sed enim qui acuti ſūt calli[illegible]iq̄ ac memorioſi: et dociles in iracūdiam fere atq̄ contentiones feruntur p̄cipites atq̄ raptantur perinde ac ipſe naues ſine vllis retinaculis. Idemq̄ homines furore potius quodam q̄ fortitudine preſtant. Verū qui natura grauiores ſunt ſicubi ſe inquit ad diſciplinas conferūt tardi/deſides obliuioſi atq̄ obtorpeſcentes vidētur ſicut homerus in iliade neſtorē introducit ꝙ in iuuētute robuſtus erat et non prudens: in ſenecta ecōtrario. nō cōcedit omnia ſimul Iuppiter. Quicquid ſit de ſtygio ioue crebro perfectū: et imperfectū miſcentur: et hoc voluit deus ne homines nimis ſuperbirent.

¶ Diſtinctionis. xlii.
Queſtio. xii. de Inuidia.

SUpereſt de inuidia paululum loqui. Et circa eam quero an omis inuidia ſit peccatū mortale. Procuīus intelligētia notabis licet Inuidia per triſtitiā vulgo diffiniatur non ita tamen diffiniā: ſed per actum volūtatis vel per eius habitū: et ſic diffinitur. Inuidētia eſt volitio qua q̄s vult alicui malū: vel nolitio qua quis nō vult alicui bonum vt non vult ſit tertia perſona de nolo. Aliqui ponentes diſcrimen inter inuidiā et odium dicunt ꝙ per inuidiā homini nolumus bonū. et per odium volumus ei malū: et ꝙ inueterata inuidia generat odium aliqui odium quodlibet inuidiā reputant. Unde auguſtinus ſuper illud pſalmi. ciiij. cōuertit cor eorum vt odirent populū dicit. Inuidia eſt odiū felicitatis aliene: et tertio ſuper geneſim idem dicit. Propterea illo modo loquendi vtar. Tum q: eſt ſatis cōmunis apud multos. Tum q: eſt rationi conſentaneus. Ariſtoteles ſecundo rhetorice: et alij ponentes eſſe triſtitiā loquūtur de effectu inuidie oſtendentes incōmodū eius: vt ab inuidentia homies arceantur. Iſtis p̄ſuppoſitis ponūtur concluſiones p̄ma. Nolitio qua quis nō vult alicui bonū de quo eſt veriſimile ꝙ iuſtis illa bona oberint. ¶ Secunda concluſio. Nolitio qua quis non vult aliū eum excedere in bono nō q: diſplicet ei bonū ī altero: ſed q: ipſe non habet tantū boni. ¶ Tertia cōcluſio. Nolitio qua quis non vult bonū alterius vbi eſt veriſimile ꝙ alter non abutitur illo bono: ſed erit in diminutionē glorie eiꝰ eſt inuidia. ¶ Quarta cōcluſio. Aliqua inuidia eſt peccatum veniale. ¶ Quinta cōcluſio. Aliqua inuidia eſt peccatum mortale: et tetrū monſtrū. ¶ Prima concluſio ꝓbatur ſic. Rationabiliter quis nō vult omne illud per quod iniuſte nocumentū fertur proximo: ſed ita eſt de bono illius de quo loquimur in prima cōcluſione hoc patꝫ auctoritate Ariſtotelis ſcdo rhetorices nemeſim illud vocantis vel indignationē ſecūdum nouam trāſlationem et primi regū. xviii. Dauid gloriabatur de morte philiſtinorū qui mala faciebant populo dei: et Iudich. ix. populus letatus eſt de ruina holofernis ſecūdū illud pſalmiſte letabitur iuſtus cū viderit vindictā: pſalmo. lviij. Et maria cum filiabus iſrael carmen cecinerūt domino viſo Pharaone ſubmerſo exo. xvi. Et Grego. xxij. moraliū. Euenire plerūq̄ ſolet vt non amiſſa charitate: et inimici nos ruina letificet. Et rurſus eius glorie ſine inuidia culpa contriſter cum et ruente eo quoſdā bene erigi credimus: et illo proficiente pleroſq̄ iniuſte opprimi formidamus. ¶ Secūda cōcluſio probat̃ primi Corinthiorū. xiiij. Emulamini ſpiritualia magis autē vt proficiatis: et ſecūdi Corinthiorum. xi. Emulor enī vos dei emulatiōe: ſed hic emulari capitur pro diligere. ꝓbatur aucto[illegible]itate Hierony. Ad athletam de inſtitutione filie habeat ſocias cū quibus addiſcat quibus inuideat quarū laudibꝰ mordeatur. ¶ Tertia cōcluſio probatur talis actus ad aliquod de capitalibus vicijs pertinet: vt eſt vnū de eis nec ſuperbia nec auaritia: ergo ē inuidia. Ator hoc argumēto nō q: aliquid cōcludit q: aliqua peccata mortalia reputo non contenta ſub hoc ſeptenario numero: ſed q: Martinus (cōtra quem diſputamus) in hoc confidit dicit ꝙ reducitur ad inuidiā: ſed hoc nō valet talis actus ē peccatum: et ſecūdum loquētes cōmuniter eſt ſpecies communis inuidie: et diffinitio philoſophorū ei cōpetit nec motiuū habet hoc negare vt poſtea patebit. Sed dicit ipſe. Inuidia proprie eſt triſtitia de bono tali inexiſtēti proximo quia nolumus ei bene ineſſe hoc hoc eſt abſolute nolumus ꝓximo cui inuidemꝰ bene eſſe. Taceo de hoc quod dicat aliquā inuidiam eſſe gaudium falſitas illius ex dictis patuit bene interdū iuidus gaudet: ſed illud gaudiū nō eſt inuidia. ¶ Secūdo arguitur cōtra hoc quod dicit licet ſit difficile impugnare acceptionē termini quo abutitur q: hoc eſſet ad nomen certare: tamen oſtenditur illud ratiōe hec ſuo modo dicēdi pauci vel nulli eſſent inuidi quod nemo ſapiens cōcederet: et probo ſequelā. q: pauciſſimi qui abſolute volūt malū homini hoc eſt q: homo: ſed quia eſt diminutiuus glorie eorum. Confirmatur hec ratio per viros eiuſdē ſortis qui ſibi inuicē maxime inuident ſecundū illud Iuuenalicū Inuidet figulus figulo et egenus egeno: et hoc non eſt niſi q: vnus eſt diminutiuus glorie alterius: q: de facto ſecundū hoc quod ipſe dicit figulus inuideret regi ſicut figulo quod eſt cōtra Ariſtotelē ī ſecūdo rhetoricorū: et omnes qui de hac materia loquuti ſunt: ſed de hoc inferius loquemur. ¶ Quarta cōcluſio ꝓbatur per aliquē actū inuidie ꝓximo volumꝰ paruū malū vel nolumus ei hoc paruū bonū: et hoc nō ſufficit ad pctm̄ mortale: vt de gula ſuperiꝰ ꝓbauimꝰ igit̃. ¶ Quīta cōcluſio ꝓbatur ſic. Omne pctm̄ directe cōtrariū charitati eſt pctm̄ mortale ī uidia eſt huiuſmodi ꝯſequētia tenet maiore. Probatio minoris Matthei. xxij. dicit̃ diliges ꝓximū tuū ſicut teipſū: mō alicui inuidēs vel eum proſequēs odio nō ſic eū diligit ī mo nō vult ei bonū: ſed vult ei malū. et p̄me Corith. xiij. Charitas non emulat̃ id eſt nō inuidet. Emulari interdum valet imitari non nū q̄ inuidere ſicut cōiter dicimus Carthaginē olim rome emulā. ¶ Secūdo arguitur ad idē. Omne pctm̄ oppoſitū optimo actui: et actibꝰ multū laudabilibꝰ eſt peſſimū vel multū malū: ī uidia et odiū aduerſant̃ dilectiōi dei et ꝓximi q̄ ſūt actꝰ optimi igit̃. ¶ Tertio ſic arguit̃ Oē pctm̄ ꝑ quod de ꝑ ſe teterrima flagitia ſequunt̃ eſt

abhominabile et grande malū: ſʒ inuidia eſt huiuſmodi in pleriſqʒ partibus falſā viridē ī cibo parat: ⁊ publice homines de medio tollit hoc monſtrū ſcribas et phariſeos in necē xp̄i impulit: vt patet Matthei. xxvij. Sciebat enim ꝙ per inuidiaʒ tradidiſſent eum hoc monſtrū Cayn in Abelē. fratres Joſeph in Joſeph: ſaulē in Dauida impulit. Innumeras hiſtorias ad hoc glomerare facile eſt viroꝝ illuſtriū q̄ inuidia perierūt. ¶ Quarto arguitur ad idē. Omne pctm̄ ad quod ſequitur corroſio habentis eſt multū deteſtandū inuidia eſt huiuſmodi igitur probatio minoris p illud horatij. Inuid⁹ alterius rebus marceſſit opimis: et in quodā epigrāmate martialis imprecaꝛ inuidiaʒ pro magna pena his qui non libēter ſua monumēta legunt: ſed ſiniſtre interpretantur: inquiens. Qui ducis vultus: et nō vides iſta libenter. Omnibus inuideas liuide nemo tibi. Unde graphice eius domū in ſecundo de transformatis deſcribit naſo vbi pallas domū inuidie adibat inquiens. Protinus inuidie nigro ſcrupulētia tabo Tecta petit dom⁹ eſt imis in vallib⁹ antri Abdita ſole carens nō illi per uia vento. Triſtis et ignaui pleniſſima frigoris: et que Igne vacet ſemp caligie ſēp abūdet. Et paulo poſt Uidet intus edentē Uipereas carnes viciorū alimēta ſuorum inuidiam viſaqʒ oculos auertit: at illa Surgit homo pigre: ſemeſarūqʒ relinquit Corpora ſerpērū: paſſuqʒ incedit inerti. Atqʒ deam vidit formaqʒ armiſqʒ decorā Ingemuit: vultūqʒ deeſ ad ſuſpiria duxit. Pallor in ore ſedet: macies in corpore toto. Nuſqʒ recta acies liuent rubigine dentes. Pectora felle virent: lingua eſt ſuffuſa veneno. Riſ⁹ abeſt: niſi quē viſi fecere dolores. Nec fruitur ſomno vigilātib⁹ excita curis. Sed videt ingratos intabeſcitqʒ vidēdo. Succeſſus hominū carpitqʒ et carpitur vna. Suppliciūqʒ ſuū eſt prouer. xxiij. Ne comedas cum homine inuido: ⁊ ne deſideres cibos illius Comede ⁊ bibe: dicet tibi: et mens eius non eſt tecum. Inuidia ſeculi nō inuenere tyranni tormentū maius. Item abominatio illius flagitū patet per illud q̄ narraꝛ: de dn̄o qui in ſua curia inuidū et auaruʒ habuit: quibus promiſit dare petitiones: et ſcd̄o duplex premiū. Ad primū auarus noluit petere vt duplicia bona reſpectu p̄rimi haberet: ⁊ inuid⁹ primo petens a ſe vnū oculū erui: vt duo euellerētur a ſocio. ¶ Cōtra tertiam cōcluſionem arguiꝛ argumētis: quibus Martin⁹ ꝓbare nititur oppoſitū neglecto hoc quod dicit de triſtitia: q: hoc nō impedit propoſituʒ ſic arguit. Nulla triſtitia de bono alterius inquātū eſt diminutiū glorie: ⁊ excellentie noſtre eſt inuidia: patet nulla triſtitia de bono alterius inq̄tū per hoc nobis imminet periculū alicuius nocumēti eſt inuidia: ſed oīs triſtitia de bono alterius inquātū eſt diminutiū glorie: et excellentie noſtre eſt triſtitia de bono alteri⁹ inq̄tuʒ per hoc nobis imminet periculū alicu⁹ nocumēti: ergo nulla talis triſtitia eſt inuidia: q: diminutio glorie eſt nocumentū maius q̄ diminutio opum ⁊ diuitiarū: ergo per omne illud per q̄ imminet nobis periculū diminutionis glorie imminet etiam nobis periculū alicuius nocumēti. Ad iſtud nego maiorē. Et ad probationē diciꝛ ſi nolumus proximo bonū tēporale q̄ ipſe non ordinat in noſtrā vel reip. iacturā ſed eo bn̄ vtitur eſt expreſſe inuidia. ¶ Secūdo arguitur nullus timor eſt inuidia: ſed oīs triſtitia de bono alterius inquātū eſt diminutiuū glīe ⁊ excellētie nr̄e ē timor: ergo nulla talis triſtitia ē inuidia. ¶ Tertio ſic argumētaꝛ quicq̄d facit triſtitiā de bono alteri⁹ non eſt ꝓpter ipſū proximū de cu⁹ bono triſtamur: ſed propter eū qui triſtatur facit triſtitiā nō eſſe inuidiam: ſed triſtitiā eſſe de bono p̄rimi inquātū eſt diminutiuū glorie noſtre facit triſtitiam non eſſe ꝓpter ipſuʒ de cuius bono triſtamur: et cum eſſe propter nos qui triſtamur: ergo hoc facit ſufficiēter ꝙ triſtitia talis nō ē inuidia. Iſtud argumentū prolixius deducit: ſed pōdus argumēti recitauimus. ¶ Ad ſecūdum concedimus maiorem minorem ⁊ cōcluſionē: ſed ſi ita foret ſicut arguens imaginatur maior eſſet falſa. Et licet eā fulciat ex Ariſtotele: ⁊ beato Thoma nentē Ariſtotelis et ſācto rum in principio explicuimus: ⁊ quādo poneretur triſtitia eſſet illa que tangitur in minore. ¶ Ad tertiā reſpōdetur. maior eſt falſa nolo proximuʒ meum habere hoc bonum. q: eſt mee glorie diminutiuū nō nolo ei malum ratione qua proximus vel ratione qua ſortes vel callias maiorem probat per diffinitionem inuidie et in fine argumenti Thomam Ariſtoteli et ſibi ipſi contra dicere dicit pro doctore ſancto certamen non capimus: ſed id quod verum cenſemus dicimus: Nego ſuā diffinitionem inuidie nec talem acceptionem apud Ariſtotelem vel aliquem philoſophorū memini vſqʒ me legiſſe: et q: nemo eſt damnand⁹ gratis non capit mentē doctoris ſancti qui cōſequēter loquitur de triſtitia: ⁊ etiā hec eſt mens Ariſtotelis. ¶ Quarto argumentaꝛ poſſibile eſt ꝙ aliquis triſtetur de bono p̄rimi propter ipſum proximum q: ſcilicet non vult ſibi bene eſſe: et non inq̄tum eſt diminutiuū glorie ſue: et poſſibile eſt etiam ꝙ quis triſtetur de bono proximi inq̄tum eſt diminutiuum glorie ſue: ⁊ non propter ipſum proximū: ſed in tali caſu primum eſt inuidia: et non ſecundum igitur. Ad quartū admitto caſū licet pro prima parte: rariſſime in vſu eſt: et ad minorem nego eam et negatio patet ex dictis. Sed dicis primo membro dato diffinitio non valebit: datur completior diffinitio. Et erit hec nolo proximo bonum vel volo proximo malū inordinate: et ſub ilo cadunt plura membra vnum quādo nolo proximuʒ habere tale bonuʒ ne diminuatur gloria mea: interdū ne diminuatur bonum vtile meum: vt inter agreſtes viros ⁊ pauperes contingit. Interdum poteſt eſſe propter dilectionem boni delectabilis vel quauis alia via Martinus facit aliqua argumenta quibus tenet ↄtra dictoriam quarte cōcluſiōis ſic arguens omne illud eſt peccatum mortale quo nō volumus proximo id quod tenemur ſibi velle ex p̄cepto charitatis: ſed per inuidiā nolum⁹ primo id quod tenemur ſibi velle ex precepto charitatis cū nolumus ſibi bene eſſe ſimpliciter: et abſolute: et gratia ſui: igitur omnis inuidia eſt peccatum mortale. ¶ Secundo argumentatur per illud Job. v. Paruulum occidit inuidia quod exponit Gregorius de morte ſpirituali. ¶ Ad primū iſtoruʒ dicitur ſi in maiore intelligat de illo ad quod deuicimur ſub pena peccati mortalis concedo eam et minorem nego ſi intelligatur vniuerſaliter (ſicut ipſe intelligit) ſolū capit vnū modum inuidie: et rariſſimum: et adhuc illo dato ſua concluſio eſt falſa: q: nolo vniuerſaliter omne bonū ab iſto auferri: nec volo vniuerſaliter omne malum conuenire huic q: iſti poſſū velle: ergo vnum paruum malum vt vnum minutiſſimū quod non ſufficit ad mortale peccatum. Ad aliud concedo ꝙ paruulum id eſt imperfectuʒ occidit inuidia. ¶ Circa iſta dubitatur inter quos maxime regnat inuidia. ¶ Secūdo dubitatur vtrū odium eſt inuidia: et videtur ꝙ non q: ex inueterata inuidia generatur odium: et nihil eſſet dicere ꝙ ex inueterata inuidia generetur inuidia. ¶ Tertio dubitaꝛ an aliqs poteſt odire deū. ¶ Ad primā dubitationē reſpōdet Ariſtoteles ſecūdo rethorices ꝙ inuidia ē potiſſimū

inter pares vel inter parum impares. Videmus enim ꝙ ꝙ qui regulariter impediũt ſeinuicẽ circa bonum vtile ſibĩinuicẽ inuidẽt. Similiter quãdo fama vnius videt diminuere famã alteri⁹: tales facile ſibĩinuicẽ inimicãtur: et qꝛ honor apud magnanimos eſt in maiori reputatione ꝙ caduca bona fortune circa honores: magna ẽ inuidia vbi honor vni⁹ gloriã alterius diminuere videtur: et in illo eſt potiſſim⁹ puteus inuidie: et iſtud exemplariter patꝫ: figulus figulo: poeta poete: egenus egeno inuidet: figulus aũt poete nõ inuidet: qꝛ non certãt circa idẽ. Hinc Plato licet diuin⁹ et Zenophon ex inuidentia notati ſunt: qꝛ nuſꝙ alter de altero (licet celeberrimi eſſent: ⁊ alios cõcurrentes nominarũt) de alio mentionem facit: et plato de diſcipulis Zenophontis loquitur ꝙ argumẽtũ iſynceri animi. atqꝫ male affecti prebuit vt Gellius dicit et Ariſtoxen⁹ refert cum plato locos quoſdam tractaret in quibus cõtra democritum ſentiebat nuſꝙ illũ citauit: et ſi alios fere philoſophos nominaret. Et quod longe turpiſſimum eſt quecunqꝫ habere potuit democriti cõmentaria collegiſſe fertur: ⁊ cũ ea rogo dare voluiſſet ab Amyda et Clinia viris pithagoricis prohibitus eſt aſſerentibus eos Democriti libros non poſſe omnes extingui cũ apud multos exẽpla eorũ ſeruarent: patet in dyogene laertio: et Homeromaſtix Zoilus Homero: et nõ Ariſtoteli inuidebat. Et ſicut tullius primo officiorũ de Ariſtotele et Zenochrate loquens vterqꝫ ſuo ſtudio delectat⁹ alter alterũ contempſerat. Ex iſto patent he propoſitiones.

¶ Prima iter medicos eſt inuidia: et nõ inter theologum ⁊ medicũ. Secũdo patet inter cõterraneos facile deſcenditur in inuidiã: ⁊ potiſſimũ ſi circa idem inſiſtãt et patet per fundamentũ per experientiã: et per verba xpi Matthei. iiij. Qui in galilea in honore habitus eſt: et non in Nazareth vbi cõceptus et nutrit⁹ eſt: amẽ dico vobis: qꝛ nemo propheta acceptus eſt in patria ſua dicebãt nonne hic eſt filius Joſeph? Tertio patꝫ ꝙ vix duo dñi tẽporales potẽtes equaliter vel parũ inequaliter viuũt mutuo ſine inuidia: patet per fundamentũ: ⁊ per prouerbiũ cõmune duos groſſos lapides idẽ facc⁹ nõ cõtinet Scholaſtici viri rationẽ hui⁹ cohibitiuã habent quã iſti tẽporales non habent videt vni ꝙ gloria vnius lacerat gloriã alterius. Propterea poſt ꝙ virgines in tympanis cecinerũt ſaul occidit mille. Dauid decem milia. ab hinc nũꝙ ſereno vultu Dauidẽ Saul contemplabatur. Quarto ex oĩbus dictis ſequitur ꝙ pallidi: et macilenti cõiter ſunt inuidi patet corrodũtur a liuore: ſed ab hoc teterrimo mõſtro tanꝙ a cerbero pedibus alatis fugere debent philoſophi: qꝛ quantũcũqꝫ procliues ſint homines a natura ad inuidendũ impulſu nature reniti poſſunt. Fundamentuꝫ inuidie per aliqua bruta que de eadẽ preda viuũt facile eſt cõcludere: vel de auibus quarũ alique oua alterius comedũt. Nõ alias animalia que carnẽ crudã comedũt quaſi cũ omnibus animalib⁹ pugnãt: qꝛ eorũ animalia ſũt coruꝫ cibus. Dixi quaſi ꝓpter animalia eiuſdẽ ſpeciei que ſibi non inimicãtur nec ſeinuicẽ deſtruunt dempto lucio nõ ob aliud monedula Buboni aduerſatur: ⁊ cõtra. niſi qꝛ inuicẽ concurrunt Bubo oua monedule de nocte vorat et de die monedula inſidiat. Sed ſi queras cõtra quos homines abſolute eſt inuidia. Reſpondet viros laude dignos percutit inuidia ſecũdũ illud. Stimulos dedit emula virt⁹: ⁊ alibi. Ferũtqꝫ ſũmos fulgura mõtes. De Catone cenſorino legitur qui quadragies: et quattuor vicibus apud ſenatũ accuſatus eſt. Quid de ſcipionib⁹ ob inuidiã ꝯtigerit facile eſt apud valeriũ maximũ rubrica de ingratitudine videre. Si vis ꝙ non feriaris inuidia eſto vilis quia (vt ꝓuerbialiter dicitur) ſola miſeria caret inuidia non modo inter reges: ⁊ ſeculares hec rabida peſtis ſeuit: ſed philoſophos immo et ipſos relioſos inuadit.

¶ Ad ſecundã dubitationem dicit ꝙ ſic. Nec incõuenit vnaꝫ ſpeciem inuidie aliam producere. Aliqs poteſt non velle alicui bonũ ꝓ tẽpore quo tenet ei velle: aliquis poteſt nolle bonũ proximo ꝯuenire qð generabit aliã ſpeciem deteriorẽ: ſcilicet velle ei malũ. Similiter ex remiſſa inuidia ad intenſam itur.

¶ Ad tertiam dubitationeꝫ qua dubitabat an odium dei ſit poſſibile reſpõdetur ꝑ propoſitiões. Prima eſt. Poſſibile eſt deũ odire ꝓbatur. Aliqui deũ oderũt: ergo poſſibile eſt deũ proſequi odio antecedẽs patet: de iudeis ꝗ xpm oderunt: ⁊ tunc ſic. hunc Cayphas odit: hic eſt de⁹ ergo deum Cayphas odit. Maior patet: qꝛ hũc voluit tollere de medio: et ad hoc efficaciter nitebatur: et minor eſt clara: et odio oderũt me gratis. Sed diceret aliquis. Nemo deũ odit cognitum deũ. Cõtra dãnati odiunt deũ apprehenſũ talem: ꝓbatur per illud Pſalmiſte. Aſcendit fumus eorũ qui te oderũt ſemꝑ Pſalmo. lxxiij.

¶ Secundo arguitur ad idẽ. Aliqui iudei xpm cognouerunt deũ: et tamen eũ proſequuti ſũt odio: ꝓgitur. ꝙ aliqui hoc cognouerunt aliqui eorum ſciebãt ꝙ erat Meſſias promiſſus in lege: qꝛ per ſupputationem hebdomadarũ Danielis. et prophetiã patriarche Jacob gene. xlix. Non auferetur ſceptrum de tribu Juda ⁊c. Per yſaiam: ⁊ alios prophetas hoc cognouerunt ꝙ ipſe erat Meſſias promiſſus in lege: et hoc euangeliſte teſtantur. Sed dices putabant Meſſiaꝫ debere eſſe purũ hominẽ: et non deuꝫ. Hoc ſic improbatur. Iſte doctus Phariſeus aſſentiebat huic. Iſte eſt Meſſias ꝓmiſſus in lege vt patet ex nunc dictis: ad aliam propoſitionẽ legis prophetã de gẽte tua: ⁊ de fratribus tuis ſicut me ſuſcitabit tibi dñs deus tuus ipſuꝫ audies vt petiſti a dño deo tuo in Oreb deutero. xviij. Hoc eſt ſtatuꝫ fidei tribuatis ei in noua lege ſicut mihi in iſta. hoc eſt credite dictis eius ſicut meis: ſed tenebantur credere Moyſi (vt palã eſt) ergo ꝑ ꝯtenebantur credere: et chriſtus dixit ſe eſſe deuꝫ ergo tenebantur illi dicto credere. Et tũc ſic. Iſte eſt Meſſias in lege ꝓmiſſus: ⁊ omnia que predicat ſunt vera: et ꝑ̃dicat ſe eſſe deũ ergo eſt deus. Certus erat iſte doctus Phariſeus de antecedẽte ergo nõ dubitabat de cõſequẽte. Confirmatur hec ratio per glo. Luce. xxiij. ſuper illo verbo. Pater dimitte illis: qꝛ neſciũt quid faciũt dicẽtem ꝙ illa petitio nõ erat pro eis qui pro inuidia: et ſuperbia cum quẽ filiuꝫ dei intellexerãt negabant: et crucifigebãt: ſed pro illis qui zelũ dei habent: ſed non ſecundũ ſcientiã neſcierũt quid fecerũt. Sed hic dicis chriſt⁹ diſplicuit eis: qꝛ cõtra hypocriſim ſcribarũ: et phariſeoruꝫ predicabat: et per hoc eis diſplicuit. Nec eſt incõueniens ꝙ dãnatus vel viator apprehendens deũ ſub ratiõe diſplicibili deum odiat: et illa eſt ſecũda ꝓpoſitio. Sed pro tertia ꝓpoſitione arguit ſic. Aliquis apprehendẽs deũ vt actoem eſſendi poteſt deũ odire. patet. Quicũqꝫ apprehendit deum ſub ratione diſplicibili poteſt eum odire per premiſſã: ſed alicui poteſt diſplicere ꝙ viuit: et ſua vita eſt a deo vt patet de Catone vticẽſi qui ſe occidit. Sed hic dices probatio eſt nulla hoc erat propter aliud: ſcilicet propter anxietatẽ quam paſſus eſt: ⁊ dexteritatẽ quam vidit in Julio ceſare rempublicã ꝓ arbitrio moderãte. Nõ negatur quin in quocũqꝫ poteſt cadere ratio diſplicibilis ſiue vere ſiue erronee dato ꝙ apprehẽſio fuerit ſecundũ predicata ꝑfectionalis vel aliter põt

cadere odiſi. ¶ Sed cõtra iſtud arguit̃. q: ex iſto ſequit̃ q̃ deus ſimul poteſt diligi et odiri: cõſequẽs eſt falſuꝫ: q: tunc qualitates cõtrarie eidẽ ſubiecto inherent: q: dilectio et odiũ cõtrariant̃: cõſequentia patet: q: deus poteſt apprehendi ſub p̃dicato diſplicibili ⁊ ſub p̃dicato placido. Reſpõdet Martin⁹ q̃ ſi intelligatur de diligi et odiri actu et in particulari et de dilectione et odio efficaci conſequentia eſt nulla: quod enim hoc modo diligitur appetitur eſſe: quod vero hoc modo oditur appetitur non eſſe. Impoſſibile autẽ eſt ſimul aliquid appetere idem eſſe et nõ eſſe. Sed cõtra ſe inſtat ſic. Stat velle aliquẽ eſſe oĩpotentẽ et nolle ipſum eſſe punitorẽ maloꝝ: ergo ſtat diligere deuꝫ ſecundũ q̃ eſt oĩpotens vel bonus: et odire deum ſecundũ q̃ eſt vltor ſcelerum. Reſpondẽdo dicit q̃ iſta propoſitio odio ſecundũ q̃ eſt punitor ſcelerũ duplicem habet ſenſũ. Primus ſenſus odio deuꝫ. Et cauſa propter quã odio deũ eſt q: punitor eſt ſcelerũ: ⁊ ſic illa non ſtat cũ prima: immo iſta et p̃ma inferunt duas propoſitiones ſibi cõtradicentes. Non video q̃ reſpõdeat ad argumẽtũ p̃ncipale nec ad replicã. Odire aliquẽ nihil aliud ẽ q̃ velle ei malũ: et diligere velle ei bonũ: modo eidẽ poſſũ velle bonuꝫ et malũ ſiue tẽporale ſiue ſpirituale: vt volo hunc eſſe bonuꝫ et nolo eum eſſe doctũ: et volo hunc eſſe diuitẽ quando diuitie ei nocent vel intemperatũ: et nolo eũ eſſe inuiduꝫ: ⁊ efficaciter ad hoc laboro: vtrũq; poſſuꝫ deducere ad effectũ dãdo ei bona fortune quibus vt video iſte abutetur. Et remouẽdo in eo cauſas p̃ductiuas inuidie. Ex quo patet q̃ odiũ et inuidia ſecundũ varia predicata nõ repugnant: nec dilectio et odiũ: et licet vellem ei vnũ bonuꝫ predicatũ et vnũ malum ſimul: non ſequitur q̃ erit bonus et malus ſimul. Etiã volũtas eſt impoſſibiliũ: poſſum velle eum eſſe pauperẽ ⁊ diuitẽ: et poſſũ ad hoc initi ex libertate voluntatis et hoc eſt efficaciter velle: q: de ratione volitionis efficacis non eſt q̃ ſequatur effectus: vt patet de medico circa egrotum: ſed ſufficit q̃ ſuas vires ad hoc apponat.

¶ Diſtinctionis. xlij.
Queſtio. vij. de Sup̃bia.

Queritur vtrum omnis ſuperbia ſit pct̃m mortale. Reſpõſio multiplex eſt: hic modus opinandi varius. Aliqui ſuperbiam inanẽ gl̃iam ponũt. Alij ſuã matrem putant. Nonnulli ambitionem p̃ſũptionẽ et ſuperbiã ſpecies ponũt inter ſe diſtinctas ſub lentitudine vel caymote cõtẽtas. Propterea nihil dicere poſſumus quod cũ omnib⁹ cõueniat. Sed dicamus q̃ ſup̃bia multis modis capitur ſiue ſuperbũ. Uno modo quicquid ĩ aliqua re excellit ſuperbũ dicere poſſum⁹: cui alludit ipſũ vocabulũ ſup[illegible]a quaſi ſup alia iens. Et virgili⁹ Ceciditq; ſup̃bum Ili. Et alibi hinc populo late regẽ belloq; ſup̃bũ Apudei. Interdũ capitur pro ornatu vt Barbarico poſtes auro ſpoliiſq; ſup̃bi. Aliquãdo p̃ opulẽto vt apud eũdẽ. Simul enſe ſuperbũ Rhamnetẽ aggredit̃. Licet in oĩbus iſtis poteſt dici q̃ capit̃ p̃ excellentia et ſic ap̃d ſacras hiſtorias capit̃: patet yſa. vi. Ponam te in ſuperbiã ſeculoꝝ gaudiũ in generationẽ ⁊ gñationẽ. Ubi gloſa Hieronymi dicit q̃ eſt ſup̃bia bona et mala: theologi tamẽ gẽ[n]iter non ſic vtuntur vocabulo: ſed in malã partẽ ſaltẽ impreſentiarũ vtunt̃ in malã partẽ. Ser[mo]nes ſũt accipiendi ſc̃dm materiã ſubiectã vbi ſup̃bia pro arrogãte/elato/lẽto/vel tumido accipit̃: ſic tertio eneidos vocabulũ ip̃m poeta accipit inquẽs Stirpis achillee faſtus iuuenẽq; ſup̃bũ. Secũdo notãdũ iuxta doctrinaꝫ Ariſtoteles q̃rti Ethicoꝝ. iij. Habitus quo quis eſt inclinat⁹ circa magnos honores ſecundũ dictamẽ prudẽtiale eſt magnanimitas. Ubi dicit magnanimus is eſt qui magnis eſt dignis: et dignũ ſeſe magnis eſſe cenſet. Et licet magnitudine ſit extremus: ratiõe aũt eius (q̃ꝺ oportet) medi⁹ eſt: dignũ eñi eo ſeipſũ cenſet quod ad dignitatem ſuã accõmodat̃: hoc eſt magnanim⁹ recte iudicat de magnis honorib⁹ et quid ferre valent humeri recte metitur: et prouinciã honoꝝ libens aggreditur. Qui exuperat a ratiõe in petẽdis honoribus eſt caym⁹ ſecundũ antiquã trãſlationẽ: quare iſti termini ſolum apud antiquos morales manſerũt: apud Argyropilũ extrema ſunt lẽtitudo et puſillanimitas: quãdo homo petit paruos honores ſecundũ q̃ oportet is modeſtus dicit̃ et habit⁹ ipſe modeſtia: cuius extrema ſunt ãbitio et honoris vacuitas: ſicut de magnificentia et liberalitate contingit. Secundũ antiquã tranſlationẽ ãbitioſus vocatur philotim⁹. De extremo in deficiẽdo apud vtrãq; trãſlationẽ eſt circũlocutio per defectũ honoris. Leonardus eiſdẽ vocabulis non vtit̃ licet eadẽ ſententia. Iſtis prelibatis ponuntur alique cõcluſiones. ¶ Prima eſt. Oĩs ſup̃bia eſt pct̃m. ¶ Secunda. Non oĩs ſup̃bia eſt pct̃m mortale. ¶ Tertia. Aliqua ſuperbia eſt pct̃m mortale et multũ deteſtãdũ. ¶ Prima cõcluſio p̃batur. Omnis inordinat⁹ appetit⁹ excellentie eſt pct̃m: oĩs ſup̃bia eſt inordinat⁹ appetit⁹ excellẽtie: ergo omnis ſuperbia eſt pct̃m: cõſequẽtia tenet in p̃mo p̃me. Maior eſt nota p̃pter terminum inordinatus: et minor patꝫ: q: ĩ ea p̃dicatur diffinitio de diffinito vt patet per Auguſtinũ in. xiiij. de ciuitate dei dicentẽ. Sup̃bia eſt p̃uerſe celſitudinis appetit⁹. Et ĩ libro de inno. Superbia eſt amor p̃prie excellẽtie. Itẽ oĩs lẽtitudo vel ambitio eſt pct̃m: oĩs ſup̃bia eſt lentitudo vel ambitio igitur: cõſequẽtia tenet diſtribuendo totũ diſiunctũ vnica diſtributione: ⁊ maior patꝫ: q: ambitio in paruis honorib⁹ et lentitudo in magnis eſt exuperatio. Et minor patꝫ: q: quacũq; ſup̃bia data ſub altero illoꝝ includitur. Da vnũ actũ ſup̃bie: vel ille erit appetitio excellẽtie in magnis honoribus ⁊ ſic erit caymotes: vel in paruis et ſic erit ambitio. ¶ Secũda cõcluſio patet q̃ aliqua ſuperbia erit pct̃m veniale: patꝫ de illa que eſt ambitio aliqua minuta. ¶ Preterea arguit̃ ad idẽ Stat dare ſuperbiã veniãlẽ circa magnos honores: q̃ꝺ patꝫ ſic: oĩbus iſtis modis fit lentitudo quãdo homo capit honorẽ quo indignus eſt et hoc ſi fuerint alij digni volẽtes illũ capere nec iſtud ſuperaddere oportebit: q: tũc iſte in caſu eſſet dignus et ſine pctõ honorẽ illũ caperet. Alio modo quis eſt lentus quando honorẽ capit eo dignum ſi bene procederet ſed illũ prouinciã ſuſcipit confidens in proprijs viribus ſine ſpeciali numine dei vel iudicat p̃otes quos habet: et per dei peculiarẽ opem poteſt exercere illa que illi officio incumbunt: et ponamus q̃ recte iudicet: ſupponamus q̃ nimis ardẽter inhiat in petendo illo honore. Ita q̃ eſt paru⁹ exceſſ⁹ tũc venialiter peccabit. Tertio probatur eadem concluſio: apparentius offeratur Ticio aliquis honor: dubitet ticius an illo honore eſt dignus: propterea tempus deliberãdi de honore recuſando vel ſuſcipiendo petat poſtea cum probis conſultando non facta et facta inquiſitione ſed parua exploratione neglecta ticius honorẽ

li.iiij.

ſtio perſu[illegible] ius honorem ſuſcipit. Tūc ſic ignorātia inuincibilis i toto excuſat: ſed h[illegible]c eſt vincibilis ex hypotheſi ergo nō totaliter excuſatur a peccato. ergo actus ſuus quo hunc honorem ei oblatum vult ſuſcipere: non eſt magnanimitas Immo eſt lentitudo: et tamē eſt peccatuꝫ veniale igitur. ¶ Tertia cōcluſio patet ꝙ aliqua ſuperbia ſit grande peccatum et ꝙ deteſtandū ſit. Probatur ſic: ſalmo. xc. Si mei non fuerint dominati tunc immaculatus ero: et emūdabor a delicto maximo glo. Auguſt. id ē ſupbie qđ eſt vltimū redeūtibꝰ ⁊ pmū recedētibꝰ. Et pſalmo. xxx. Retribue abūdanter faciētibꝰ ſuberbiā. rogauit ab illo liberari inquiēs nō veniat mihi ſpes ſuperbie pſalmo. cv. ⁊ eccle. decio. Odibilis coram deo eſt ⁊ hominibus ſuberbia: et illic initiū omnis peccati ſuperbia. ¶ Secundo arguitur. Omne peccatum quod homies impellit ad innūera flagitia eſt grāde: et deteſtandū. ſuperbia ē huiuſmodi igitur: cōſequētia claret cum maior: et minor patet Abſalonē contra Dauidem. Iob cōtra Amaſam. Zambri cōtra Helem. Abimelech in fratrū necem ſeruos. In Ieas ceruicem Athaliam in interniciuꝫ filiorū impulit. Hac ſuperbia ſtipati Chore. Dathan ⁊ Abyron ſacerdotiū Aaron diuinitus datum auferre conabantur. Ex hac tetra labe inferiores mortē contra reges preparant: et libidinem inſatiabilē dominādi appetunt ſecundū illud cōmune quod Ceſar in ore habebat teſte cicerone pmo officiorū Si violandum eſt ius propter imperiū violandum eſt. in ceteris pietatem cole. Ex iſto mōſtro qꝛ pōpeius noluit habere parem nec Ceſar eſſe ſecūdus inteſtina bella ſuborta ſunt. Secūdū illud primi pharſalie. Stimulos dedit emula virtus. Tu noua ne veteres obſcurent facta triūphos. Et victis cedat pyratica laurea gallis Magne times: te iam ſeries vſuſꝙ laborum Erigit impatienſꝙ loci fortuna ſecundi. Nec quēꝙ iam ferre poteſt Ceſar ve priorem. Pompeius ve parem. Hāc peſtē nullum matrimoniū nulla deniꝙ amicitia compeſcere poteſt ſecundū illud Lucani. Dum terra fretū terrāꝙ leuabit Aer ⁊ lōgi voluent tytana labores. Noxꝙ diē celo totidem per ſigna ſequetur. Nulla fides regni ſocius omniſꝙ poteſtas Impatiēs conſortis erit. Quod per remū ⁊ romulum germanos explicat inquiēs. Fraterno primi maduerūt ſanguine muri. Ex hac Alexander imperiuꝫ nec fratri nec filio relinquere voluit vt ipſe ſingulariter in omne euum tam glorioſus imperator diceretur. ¶ Alterius arguit ad idem. Ex hoc fedo mōſtro innumeri abuſus in eccleſia late vagātur. Ad beneficiorū cōgeriem ſine lege contendit. Interdū prohdolor ſymonijs vbi virtute ad honoꝝ celſitudinem media ſtigia in auxilium vocant. ſecundū illud iunone iunonis primo eneidos. Flectere ſi neqꝛo ſuperos acherōtē mouebo. ¶ Amplius arguitur ſic. Illud viciū eſt nephandum quod intellectum excecat: ⁊ facit ipſum iudicare ꝙ res aliorum loue digne nullius ſunt momenti: ⁊ ſua ppria e multifacit: et gallinā vendit pro auca: ſed ſic eſt de ſuperbia igitur. Probatio minoris qꝛ maior et cōſequentia clarent per Gregoriū. xxxiiij. Moraliuꝫ quaſi circa finem de ſuperbia loquentem ſic. Inquit hoc primū damnuꝫ patitur ꝙ clauſo cordis oculo iudicij equitatem perdit: cuncta que ab alijs vel bene geruntur diſplicent: et ſola ei que ipſe vel praue egerit placent: ſemper aliena opera deſpicit ſemper miratur que ipſe facit. qꝛ ⁊ quicquid egerit egiſſe ſe ſingulariter credit atꝙ in eo quod excipit per gl'ie cupiditateꝫ ſibimetipſi fauet per cogitationem et ſe cum in cunctis tranſcēdere ceteros eſtimat: per lata cogitationum ſpacia ſecuꝫ deambulans laudes ſuas tacitꝰ clamat. Et paulo ante. Alia cupit vicia eas ſolūmodo virtutes impetūt quibꝰ ipſa deſtruuntur: vt videlicet ira patientiā. caſtrimergia abſtinentiam: libido continentiā expugnet: Superbia autē quam viciorum radicem diximus nequaꝙ vnius virtutis extinctione contenta contra cuncta animi membra ſe erigit: ⁊ quaſi generalis ac peſtifer morbus corpꝰ omne corrūpit: vt quicquid illa inuadente agitur etiam ſi eſſe virtus oſtenditur non per hoc deo ſed ſoli vane glorie ſeruiatur. Ceteꝝ trita eſt hyſtoria de heroſtrato qui templum dyane in epheſo inſinuauit: et ſeipſum prodidit ab hac peſte ductus. ¶ Finaliter arguitur ratione concludēdo. Ita debere eſſe in re quilibet habitꝰ inclinans inordinate ad excellentiā habentis inclinat mediate vel immediate in medium illius finis potiundi: ⁊ reprimit omne impedimentū ſicut calor calorem producit frigus corrūpens: et diſponēdo ſubiectū caleſiendum: ſed habitus ſuperbie in inordinatam excellentiā inclinat immediate qꝛ a talibus actibus emerſit ⁊ coaleſcit: offendit fratrem patrem vel amicuꝫ chariſſimum eum ab hoc fine impedientem quare īclinat ad hoc de medio tollendum vel aperto marte ſi cū aliquo alio colore poterit ſin autē in occulto ferro vel veneno mediuꝫ diſponit. ¶ Contra primaꝫ concluſionem arguitur ſic. Magnanimitas eſt virtus pulcherrima quar. Ethicoruꝫ. iiij. Et tamē magnanimitas eſt ſuperbia. Igitur ſuperbia non eſt vicium. Minor patet per proprietates quas Ariſtoteles magnanimitati aſcribit que tumori peculiari ſunt. Magnanimus ceteros aſpernatur non autem parua pericula ſubit: eſt etiaꝫ talis vt beneficia conferat: et pudeat ipſū ſi ſuſcipiat beneficia. Illud ei ſuperioris eſt hoc inferioris: ⁊ in retribuēdo maiora beneficia conferat hoc eniꝫ pacto debitor inſuper fiet. Ix qui primus contulit atꝙ ſuſcipiet beneficium videtur etiam et eorum quidē memini ſſe in quo beneficia contulit: eorum autem nō meminiſſe a quibus ipſe ſuſcepit Eſt eīm is qui ſuſcipit inferior eo qui contulit beneficiū: tꝫ ſe vero vult ſuperior eſſe ⁊ cū voluptate quidē audit ea que cōtulit: ſine autē voluptate ea que ipſe accepit qđ elegātiſſime ſuo more ꝓbat philoſophꝰ hoc pacto quia Tethis nō enarrat bn̄ficia Ioui: nec athenienſibꝰ lacedemonij qui cōtulerūt in illos: ſꝫ qui ſuſceperūt ab illis Eſt etiā magnanimi neminis aut vix īdigere ſubminiſtrare autē prōpte: ⁊ ad eos quidē hoīes qui in dignitate cōſtituti ſūt ꝓſperitatibus vtūtur fortune magnū eſſe: ad medios autem mediocrē Illos ei ſuperare difficilē: ⁊ glorioſuꝫ: hos autē facile ⁊ inter illos quidē gloriari nō ē ingeneroſū. Inter humiles autē eſt importunum quēadmodū viribus cōtra imbecillos contēdere: et poſt neceſſe eſt etiā palam ipſū tam odiſſe ꝙ etiaꝫ amare: quippe cū metuētis ſit occultare. Ex illo paulo poſt infert. Quapropter cōtēptor eſt. Nec eſt ꝓcliuis ad iuerēdū: nihil ei ap ꝺ ipſū ē magnū: ē etiā talis vt res magis pulchras ſineꝙ fructu ꝙ fructuoſas vtileſꝙ poſſi[illegible]at. Inſuper inquit ipſiꝰ magnanimi motus tardꝰ [illegible] videtur vox grauis: et locutio tarda ſed iſta ſupbo[illegible]uenitū vt patꝫ legenti. Gregoriū in. li. pſato ⁊ ſāctos Hoc argumētū cōſulto ad longū deduximꝰ qꝛ aliq theologorū rati ſunt ſupbiā in lege diuina reprobatā eē magnanimitatē Ariſtotelicā licet inſcite ſuſpicati ſūt: ſed extrēa modeſtie ⁊ magnanitatis ī exuperāda ꝙ carpit phūs ſūt ſupbia theologalis. Et ad pūctū argumēti ſūt aliqua iudicia exteriora magnanimi ꝙ a proprietatibꝰ ſupbie vix a nobis diſcerni poſſūt: ſꝫ diſcrimē ē: intētionē bonā ⁊ dictamē prudētiale directiuū habꝫ magnani

mus q̄bus vacat tumidꝰ. Magnanimꝰ eſt virtutū cō-
gerie ſtipatus propterea maximis eſt dignus. propte-
rea indignorum exaltationem indigne fert: et eos odit
ſaltem eorum iniquitatem deteſtatur: et ſic iuſte indi-
gne fert ſuccenſet ſuperbus iniuſte. parua nō ſubit ma-
gnanimus: quia magnos magna decent: et aquila (vt
aiunt) non capit muſcas: ſed ea inferioribus miſſa fa-
cit: non celeriter incedit: neccitiſſime loquitur: quia il-
la contingunt in his qui grande faciunt: parua ipſe ni-
hil magnipendit: ſaltem in his caducis inferioribus:
quia magnis eſt dignus: et talem ſe eſſe cenſet. Suffi-
ciens diſcrimen Ariſtotelis in littera ponit inter pro-
prietates quas magnanimo attribuit: et ꝓprietates
ſuperbi. ¶ Secundo arguitur. Superbia eſt in intelle-
ctu. ergo non eſt peccatum mortale capitale. ↄſequen-
tia eſt nota. probatur añs per Bernardum in epiſtola
ad Senoſi. diuidentem ſuperbiam in duas ſpecies: ſci-
licet in cecam et vanā: cecam dicit vicium mentis quo
quis ſe eſtimat eſſe bonum quod non eſt: vel a ſe eſſe q̄d
eſt. ¶ Reſpondetur ꝙ viciuʒ intellectus non eſt ſuper-
bia. ſed ſuperbia in voluntate intellectuʒ obnubilat fa-
ciens eum credere ꝙ de non ente ſit ens in eo: ⁊ ꝙ ī alio
ens eſt non ens. Poſſum introducere argumēta Mar-
tini quibus improbat hanc diffinitioneʒ ſuperbie: ⁊ du-
plicem ponit acceptioneʒ ſuperbie proprie capiendo:
ponit in eius quid nominis aliorum contemptiuus. et
dicit preſumptionem eſſe in officiis: ambitionem in ho-
noribus. inanem gloriam in opinione: et niſi illa parti-
cula ponatur ſuperbia non diſcrepabit ab aliis. Iā ad
hoc diximus ꝙ preſumptio et ambitio ſunt ſuperbie a-
pud Ariſtotelem caymotes vel tumor. patet conſyde-
ranti Ariſtotelem quarto Ethicorum tertio et quar-
to capitibus: et eum exponentibus. Nec eſt de ratiōe
ſuperbi ꝙ vllo modo cōtemnat. hoc eſt habitus ſuper-
bie non inclinat immediate ad contemptum: ſed ad in-
ordinatam excellentiam. bene autē mediate tanq̄ eiꝰ
filiam in contemptum inclinat. Propterea et pro ma-
iori intelligentia mouebimus aliquas dubitationes.
¶ Primo dubitatur. An inanis gloria ſit filia ſuper-
bie. ¶ Secundo dubitatur ſuper illo verbo Ariſtote-
lis quod eſt in ore omniū. Honor eſt in honorante: ⁊ nō
in honorato: an ſit pulchrius honorari vel honorare.
¶ Tertia dubitatio erit de humilitate querēdo quis
eſt eius actus. et an ſit virtus. ¶ Reſpōdetur. Inanis
gloria eſt habitus ex talibus actibus emergēs quibꝰ
vult gloriam magnaʒ inordinate occupari. ergo habi-
tuatus inani gloria magnum oblectamentuʒ in laude
humana acceptat mediate poteſt inclinare in ſuperbi-
am. ſi quis fuerit mixtus ex inani gloriola ⁊ tumore: ⁊
excellentiam ſuam: et popularem laudem inordinate
appetit a duobus habitibus flagitioſis quibus irreti-
tus eſt. Laus popularis nihil aliud eſt q̄ celebris fama
bona opinio que de illo habetur. ⁊ hec inanis gloria ad
mendacia oſtentationeʒ hypocriſim. et cetera id genꝰ
adituʒ dat. Nō poteſt facile diſcerni quot male filie
vna ſerpentina matre prodeunt. Nec eſt curanduʒ de
numero poſito cōmuniter de diſſimulatione: arrogan-
tia hypocriſi/⁊ veritate. in tertio in materia mēdaciſ
poſt hac erit ſermo. His premiſſis pono duas conclu-
ſiones. ¶ Quarum prior eſt. Audire laudem vel ho-
norem admittere non eſt peccatum. Probatur: ad-
miſſio honoris eſt plerunq̄ recte rationi conformis. ſ
ipſa eſt laudanda. ↄſequentia eſt nota. et añs ptʒ: quā-
do eſt in gloriam dei: vel proximi edificationem. Et cō-
firmatur per verbum chriſti Matthei quinto. Sic lu-
ceat lux veſtra coram hominibus: vt videant opera ve-
ſtra bona et glorificent patrem veſtrum qui in celis eſt:
et non poteſt ciuitas abſcondi ſupra monteʒ poſita ne-
q̄ accendunt lucernam/et ponunt eam ſub modio: ſed
ſuper candelabrum: vt luceat omnibus q̄ in domo ſunt
Ubi gloſa hec omnia agite: vt non fineʒ boni operis ī
laudibus hominū conſtituatis. et Tullius honos alit
artes et omnes ad ſtudia incendimur gloria: ⁊ ſicut do-
ctrine fulcimentum prebet: ſic virtutibus volūtatis fo-
mentum miniſtrat. et ad Romanos. 8. Prouidentes
bona non tamen coram deo: ſed coram omnibus homi-
nibus et qui famam negligit crudelis eſt. Amplius ꝑ
me Corinthiorum. 10. Placete omnibus et per omnia:
ſicut ego per omnia omnibus placeo: ⁊ ad hominū cō-
placentiam ſequitur laus. igitur: ſed hec probatio nō
eſt directa quis crebro pōt velle añs non volendo ↄſe-
quens. ¶ Ulterius arguitur. Uidemus viros qui lau-
dem in aliquo opere conſequuntur admodum in illo ī-
ſiſtere ſibi: et aliis arborem plantantes que tempore
ſuo fructum dabit. Item per dicterium commune. Ne-
mo eſt tam cornea fibra/qui honorem aſpernatur: et ſi
Demoſthenes ſuas laudes lubēs admiſit ⁊ Pompei-
us primo Pharſalie dicit Lucanus. Famēq̄ petitor
Multa dariū vulgus totꝰ popularibꝰ auris Impel-
li. plauſuq̄ ſui gaudere theatri. ſic a Dyogene Cyni-
co gloria (licet diuitie conculcarentur) non eſt et me-
rito abiecta: ſecundum illud Iuuenalicū. Senſit Ale-
xander teſta cum videt in illa. Magnuʒ habitatorem:
quantuʒ felicior hic qui nil cuperet q̄ qui totū ſibi po-
ſceret orbem. Et licet Socrates ſordido palliolo cōtē-
tus pedibus nudis incedens gloriaʒ (vt par erat) non
negauit. Amplius qui gloriam negandaʒ docent ſua
nomina in prefatione ponunt. ergo gloriam non aſper-
nantur. Et trophea Milciadis excitarunt Themiſto-
clem noctes ducere inſomnes: et Ualerius libro octa-
uo. Nulla eſt tāta humilitas que dulcedine glorie nō
tāgatur. illa etiā a claris viris interdū ex humillimis re-
bus petita eſt. Finaliter inglorius multa flagitia ad-
mittit a quibus glorioſus velocius euro volat. ¶ Se-
cunda concluſio. Inanis gloria eſt peccatum. Aliqua
venialis: ⁊ aliqua mortifera ⁊ abominā da. Tunc glo-
ria eſt inanis quando non fit ad honorem dei vel bonū
exemplar proximi: vel quando eſt de re caduca et illici-
ta. ſicut cum aliqui gloriantur cum male fecerint: vel
quādo homo glorie eſt plus equo auidus: vel ſocio nō
partitur partem glorie diuitem: ſed totam ſolus vorat
Probatur ſecunda concluſio. Omnis actus humanꝰ
recte rationi difformis eſt peccatum. omnis inanis glo-
ria eſt huiuſmodi. ergo omnis inanis gloria eſt pecca-
tum. ¶ Secundo arguitur ad idem. Omnes actus re-
probati a ſapientibus ſunt peccata. Inanis glorie cu-
piditates ſunt huiuſmodi. igitur. Minor patʒ. in hoc
Ioannem de capiſtrano virum alioqui celeberrimum
Eneas ſiluius taxat qui nihil glorie Ioanni Henniyo-
di partitus eſt: et contra hoc patet apud Ualeriū ma-
ximum libro octauo de Ariſtotele. et Alexandro lo-
quentem ſic inquit. Alexander pectus inſatiabile lau-
dis qui Anaxarcho comiti ſuo opiniōe Democriti in-
numerabiles mūdos eſſe referenti. Heu inquit me mi-
ſerum ꝙ nec vno quidaʒ adhuc ſum potitus. Idem de
phyloſophorum principe teſtatur ſic ait Ariſtoteles
Theodocto diſcipulo oratorie artis libros quos ede-
ret donauerat. Moleſteq̄ poſtea ferens titulum eorū
ſic aliis ceſſiſſe proprio volumine quibuſdam rebus in-
ſiſtens planius de his in theodocti libris dictum eſſe

abiecit t de pauſania ſic loquitur. Pauſanias Hermoclem percunctatus quonā modo clarus ſubito poſſet euadere. eo reſpondente ſi aliquem virum illuſtrē occidiſſet: continuo Philipum interemit. et quidem quod petierat aſſequutus eſt: tam enim ſe paricidio ꝙ Philippum virtute notum poſteris reddidit. ¶ Cōtra priorem concluſionem arguitur ſic. ad Gala. pmo. Si hominibus placerem chriſti ſeruus non eſſem. Et Glo. ſuper illud Matthei. 6. Attendite ne iuſtitiā. ꝛc. Laus hominum appeti non debet. Idem dicit ſuper illo receperunt mercedem ſuam. ¶ Ad primum dicitur diſtinguendo: vel ſi quis placeat hominibus propter homines ſolum: et talis non eſt ſeruus chriſti: vel ſi ꝓpter edificationem proximi in dei gloriam: et ſic negatur. Ad aliud dicitur ꝙ ille gloſe intelliguntur eodem modo. ¶ Ad ſecundam dubitationem pono duas concluſiones. ¶ Prima. Melius eſt eſſe in ſtatu ī quo homines ſolent honorari vero honore ratione virtutis ꝙ honorare. Probatio: ſatius eſt magnum virtutis crementum habere ꝙ eſſe in foribus pro ea acquirenda.

¶ Secūda cōcluſio. Actus quo quis ſuſcipit honorē ei debitum eſt, bonus. Probatio: quia eſt honore dignus ergo honorem ſuſcipiendo ſuſcipit illud quod eſt eo dignū. ¶ Tertia propoſitio. Actus quo quis alteri impendit honorem eſt melior actu quo alter honorem ſuſcipit ceteris paribus. Probatio eſt. Actus difficilior homines ad honorem ſuſcipiendum ſatis ſunt proclines. Item reddere debitū eſt ſtudioſius ꝙ ipſum acceptare. ¶ Quarta cōcluſio. Poteſt eſſe exceſſus in honore in dando: et defectio in eodem. Probatio. Aliqs honor eſt laudabilis: et aliquis illaudabilis. ergo illi contingit dare extrema. ¶ Secundo arguitur ad idē. Nemo approbaret ꝙ regens in artibus capite diſcooperto diſcipulum communem ſalutaret. Nec ꝙ dominus mangonem: et ita in alijs ſuperioritatē ſupra ſubditos habentibus. Inſuper qui decentiā in inceſſu geſtibus: et in ſalute danda reputatur grauis / qui exuperat abiecti vel leuis animi lenie: vel ſeipſum ignorantis iudicatur. ¶ Quinta propoſitio. Et ſi in ſalutādo ſtat dare medium in quo nō delinquitur. melius eſt tamen vel minus malū exuperare ꝙ deficere. nec dic etiam multum contendimus de peccato coram deo: ſed de inhoneſtate morali. Hec concluſio habet duas partes. ¶ Prima pars patet. Mediū inter extrema nō eſt mathematicū: quia tunc ipſum lateret omnes mortales: ſed eſt ſolum morale. ¶ Secunda pars patet. Suppoſito quod dictum eſt potiſſimum ꝙ hic loquimur de ciuilitate morali apud homines minus reprehendere: immo vix capitur qui in dando honore eſt ꝓdigus apud aliquos vocatur ſimplex. Alius autē reputatur ſuperbus et prebet occaſionem alijs de ipſo loquēdi: immo ſtat ꝙ peccet. Non ſufficit ꝙ vir in interiori homine ſit bonus: ſed in exteriori homine humilitatem debet oſtendere quam ſi nō oſtendat pro loco et tempore in neutro homine ſe bene habet. Item per illud cathonis. Salute libenter. Preterea qui non reſalutat ſalutantem quem ſalutare debet in poſterum inſalutatus cum indignatione ſalutantis abit.

¶ Preterea arguitur ratione: grande iudicium eſt ſuperbie non reſalutare ſalutantē: immo equalia ſigna ſalutationis tribuendo ſi ſit ei paritas: puta plato eſt ita eruditus ſicut ſortes in eodē gradu ſecū vel equaliter palmam gradus non prius adeptus eſt vnus ꝙ alius: nec magnam dignitatē plus habet ꝙ alius ſi ſortes non equalia ſigna platoni tribuit. indicium eſt ꝙ ē de reflexiuis propoſitionibus: et reflexionem ſupra ſe habet. Si paulo antiquior in gradu paulo amplius ſeruitatis modeſte tenere poteſt. ¶ Alia ꝓpoſitio. Stat ꝙ homo non peccet capite diſcooperto laudans deum in templo vel videns ſacroſanctum corpus chriſti leuatum vbi tamen male ageret hominem non ſalutando: et capite quidam diſcooperto. Prior pars patet. Deus ſecreta cordis nouit: ꝛ nouit qua intentione homo ſedit cooperto capite: et noſtre fragilitatis condeſcendit: ſed ſtat dare rōnabilē cauſam in qua homo capite coopto manet vel morbo laborat: vel nō eſt plene curat⁹: ꝛ in multis alijs caſibus. Inſuper in tēplo religioſi vix capitium ad tres vel quatuor digitos leuant: et tamen tales quando generalis vel prouincialis ordinis cancellarius parrhiſienſis: vel decan⁹ ſacre facultatis eos alloquitur totum caput enudāt. Suppono eos non graues patres in religione ꝙ ſit equalitas inter eos ad viros quos in medium citauimus vel modicus exceſſus. Itē Caluus Julius Ceſar nō denudās caput coram Phlegetonteo Ioue in templo nō fuiſſet reprobatus: et tamen quia non aſſurrexerat diſcooperto capite ſenatui: ſic erat reprehenſus et odiū cōſequutus eſt quod in eius ceruicem conſpirarunt.

¶ Ad tertiam dubitationem de humilitate dicitur ꝙ humilis interdum pro abiecto capitur ſecūdum illud Vergilij in bucolicis. Atq̧ humiles habitare caſas ꝛ ſordida rura. Et Cicero primo officiorum. Querū autem prima etas propter humilitatem: et obſcuritatē in hominum ignorationem verſatur. Alio modo hūilitas capitur apud phyloſophos pro habitu vel actu q̄ quis ſe nō extollit in honoribus plus ꝙ par ſit: vult tamen honores ſubire cum ratio flagitauerit: quia a deā dem virtutem honores aſſumere: et eos recuſare ſpectat: vt patet inductiue in alijs virtutibus. Temperātia oblectamenta in ſenſu guſtus ꝛ tactus contingentia / et acceptat et recuſat pro loco ꝛ tēpore. Identidē caſtitas venerea abdicat et ea admittit ſecundum dictamen prudentiale. Non dico ꝙ eſt idem habitus in ſpecie ſpecialiſſima in temperantia: vel caſtitate: vt multi falſo exiſtimāt. Speciei ſubalterne identitas ſufficit ad denominationem vnius virtutis. Si dicas quia aliqs poteſt acceptare honores quando oportet: et eos recuſare quando oportet pro ſecundo membro eſt humilitas. ꝛ terminus ſignificās habitum qui inclinat ad ſubeundos honores: et ad recuſandos ſecundū ꝙ opportunum fuerit eſt magnanimitas eius genus. et termini non ſunt ita impoſiti in alijs virtutibus. Scimus talē nō poſſe contingere ꝙ terminorum ſignificationes more anguille de manib⁹ elabitur. Non obſtante primum apparet rationabilius. Magnanimitas ad plura ſe extendit. vt homo equanimiter ferat aduerſa more Iob: et Thobie ſenectus: et hoc patet per Ariſtotelem quarti Ethicorū tertio dicentem ꝙ Magnanimitas eſt circa honorationes et

honorationes: et ſic includit ſub ſe patientiam: nec ancipſiſſo an Ariſtoteles poteſt exponi et defendi quoad patientiam non eſt pars ſubiectiua magnanimitatis: ſed ſolum potentialis: quia de hoc alibi latior erit ſermo. Redeundo ad propoſitum de humilitate dicitur. Non inclinat habentē ad velle ſe ſubijcere omnibus: vel ad velle ſe reputare inferiorem omnibus et per ſingula regens in artibus non ſe talem reputat in ordine ad ſummuliſtas eius: nec ſic debē reputare: nec verbi diuini declamator ſe talem reputari ordine ad eos quibus officiū euangeliſte exercet: quia

alias eſſet velle docere mineruam. Humilitas eſt act⁹ vel habitus voluntatis directus a iudicio intellectus in quo poteſt eſſe error inuincibilis: vt puta quādo q̄s hypocritam iudicat ſe meliorem: et anteferenduȝ quo fit. Humilitas nullomodo inclinat in falſum: licet hūilitas inclinat habentem ad velle plus appreciari hypocritam quem neſcit eſſe talem q̄ ſeipſuȝ: quia diuiſiones gratiaruȝ ſunt multe: ſi ſortes videat ſe platonē doctiorem poteſt aſſentire q̄ aliquas imperfectiones habet quas non habet plato: quia hoc eſt regulariter verum: et licet erronee iudicet non refert: et in his quibus alium ſe ſuperiorem iudicat eum in voluntate appreciando taleȝ in caſu quo dubitatur in quo proxim⁹ meus eſt mihi equalis in idoneitate ei cedendum eſt: et id rationis eſt: quia nimis propenſi ſumus de nobiſ ipſis alta ſapere: et ne glorie nimis auidi videamur: q̄ vero gloria per ſequentem more vmbre continuo decedit et fugientem more eiuſdeȝ proſequitur. Nō loquor de caduco honore et fluxo ad quem humanum genus pro maiori parte: ita auide inhiat hoc pulcherrimo ornamento chriſt. fera virgo inſignita erat in tenera etate que in dies tempore peregrinatiōis eius coaluit tā q̄ carbunculus in ſerto virtutum quo caput eius redimitum erat emicuit: et virginitatem comparatiue obtenebrauit: licet eſſet puriſſima ſecundum illud: quod ipſa dixit Luce primo. Quia reſpexit humilitatem ancille ſue non dixit virginitatem: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Depoſuit potentes de ſede: et exaltauit humiles. Dauideȝ regē a quo regalem originem contraxit more frug: fere terre imitata que plura grana dat q̄ accipiat. Non eſt exaltatum cor eius: neq̄ elati ſunt oculi eius. Nec in mirabilibus ſuper ſe ambulabat quam nō repperit angelus in ſalutatione caduca quereteȝ: ſed eā orantem in abſcondito clauſo oſtio in ſecreto cubiculo inuenit ſicut Bernard⁹ ſuper Miſſus eſt dicit. Ex humilitate ſe ancillam domini in omni proſapia regali extollebat inquiens. Ecce ancilla domini fiat mihi ſecundum verbum tuum. Ex hac humilitate grādeue Elizabeth Zacharie coniugi obſequebatur tribus menſibus. Ex facto diue virginis. Luce primo patet: q̄ humilitas ad honorem accipiendum inclinat cum examuſſim exploratum fuerit honorem eſſe ſubeundum in primis cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio hoc eſt hincinde tacita ſillogiſabat. poſtea obijciens de ſua inidoneitate ꝓpter virginitatem quam ipſa vouerat. vt gloſa dicit ſuper illo verbo. Quomodo fiet iſtud quoniam viruȝ nō cognoſco. Nō obiecerat tanq̄ ei dubium q̄ virgo pareret: quia hoc ante legerat: vt Beda dicit: ſed quomodo fieret non legerat: et oſtenſo ei modo modum oſtendit poſſibilem ac ſi euȝ probare voluiſſet de Elizabeth cognata ſua que concepit filium in ſenectute ſua: vt eſſet manuductio per exemplum: et q̄ rem pregrandem: et ſumme optabilem mōſtraturus erat adiecit aduerbium. Ecce Modus Vergilianus eſt cū rem nouam et arduam explicaturus eſt hoc aduerbium in lucem cie. quo facto non recuſauit honorem ei celitus collatum. vbi ipſa dedit nobis exempluȝ vere humilitatis ad honores capiendos. Nō egreſſa eſt ad petendum hūc honorem ſic humilis ī bibliotheca ſtare habȝ quouſq̄ beneficium ei oblatuȝ fuerit: non q̄ ad hoc teneatur: ſed recuſare vel nolle petere honoreȝ quouſq̄ recta ratio dicat honorem aſſumendum eſſe potiſſimum mun⁹ humilitatis eſt. Propterea non male oīno dixerunt aliqui q̄ humilitas eſt in recuſandis honoribus: et nōus acceptandis: quia illud eſt potiſſimuȝ munus eius. Et certe quicquid dixerint ſapientes ſapientia huius ſeculi. hoc ē verū (bone deus) eſt bene facile accipere magnos honores oblatos: et ſi dicas q̄ nō ꝓpter labores annexos ꝯtra te teſta ſꝫ parietes et elementa. Poſtea cui beneficium collandum eſt habet cogitare an beneficium oblatum humeri ferre valent vel recuſare: ſicut ipſa cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio: et cum ſapientibus conferre de ſua idoneitate: et obijcere de occultis impedimentis ſicut ipſa fecit angelo: et omnib⁹ impedimentis ablatis rationi acquieſcere exemplo Marci euangeliſte / Ambroſij / Auguſtini / Hieronymi Gregorij / Petri damiani: et ſimilium patruȝ. hec oīa humilitas Joannis. 23. non cooperabatur ad induendum chlamydem Petri: nec ad petendos duos epiſcopatus: vbi idonei reperiuntur: nec manibus ac pedibus circa caducos honores inhiare: ſed ad dei honorem: et proximi edificationem iocūda aſſiſtit: duȝ Caymorem deteſtandum monſtrum ſuppetias pro honore habendo afferre videt. Ipa verecūdia ꝯſpectus hominū fugit tanq̄ ſpera in antro gemit q̄ meretrix ambitio ſola pulchritudine veſtium decora: ei virtutū nō infimi anteferatur cum poſt virtutes theologas ipelatio virtutum contenditur a ſapientibus. an ei debeatur prima ſedes: ſed in hoc omnes conueniunt q̄ cum primis domiſabus reſidere habet. Licet ipſa ſuo more quādo ancillule: vt puta comitas et eutrapelia ingrediuntur demiſſo capite aſſurgat.

## Diſtinctionis. xlij. Queſtio. viij. et vltima.

Inaliter circa hanc diſtinctionem queritur. An quodlibȝ peccatum mortale contineatur ſub aliquo iſtorum peccatorum mortalium de quo mentionem fecimus. Pro reſponſione q̄ſtionis. Supponatur q̄ nūer⁹ ſeptenarius peccatorum mortalium ſufficienter repreſentatur per vocabulum ſaligia. ſ Superbia / a Auaricia. l / Luxuria. i Inuidia. g / Gula. i Ira. a / Acidia ponuntur concluſiones ſequentes. Non omne peccatum mortale continetur ſub iſtis ſeptem generibus. Probatio. Filie iſtorum peccatorum non continētur ſub eis quarum multe ſunt ita fede: et abomināde: ſicut ſue mr̄es et illa vna probatio opinione mea ſufficere debet.

Secundo arguitur ad idem. Periurium eſt peccatum mortale pariter et mendacium pernicioſum nullum illorum continetur ſub aliquo iſtorum generum. ergo propoſitum: ꝯña tenet cum maiore. Et probatur minor. Non eſt ſuperbia: nec eſt inuidia: et ſic de quolibet alio peccato mortali: igitur. Secunda propoſitio. Aliquod eſt peccatum mortale capitale de q̄ nullum iſtorum peccatoruȝ verificatur. Inanis gloria aliqua eſt peccatum mortale: et etiam viciū capitale: ergo et cetera. Secundo arguitur ad ideȝ. Iſte actus quo ego volo peccare mortaliter eſt peccatum mortale: et capitale: et tamen ſub nullo iſtorum peccatorum includit: igitur. Minor patet: quia peccatū includi ſub vno iſto

rum eſt v[illegible]m iſtorum terminoꝝ predicari in recto de pronom[illegible] demonſtrante actum: ſed hoc fieri non poſſet: quia non eſt potior ratio ꝙ includatur ſub vno ꝙ ſub alio. Maior pꝫ. Iſte act⁹ eſt malus recte: quia rationi difformis: et non venialiter poſtꝙ homo ſua ſponte vult flagitiuꝫ letiferum elicere: ꝙ habit⁹ ex talib⁹ actibus genitus ſit vicium capitale probatur ſic: quia talem habitum intenſum habens procliuis eſt ad exeundum in multos ſceleſtos act⁹ alterius ſpeciei mediantibus actib⁹ ſuis elicitis. Sed fortaſſe dicet quiſpiam: in primo argumento ꝙ filie reducūtur ad ſuas matres: hoc non valet. quia ſic non eſt opus habere numerum ſeptenarium: et ſtat dare pleraꝗ peccata mortalia que hoc modo ad hunc numerum non reducuntur.

¶ Alterius arguitur de iſto actu volo ſuperbire vel inuidere: vel iraſci. Iſte actus eſt peccatum mortale. etiam capitale: et t[illegible]en ſub nullo iſtorum peccatorum includitur. Idem patet de iſto actu volo ſuperbire inuidere et iraſci. Ille actus eſt peccatum: et tamen nō eſt ſuperbia ſola: quia eadem ratione eſſet inuidia ſola: et ira ſola. Non valet dicere ꝙ non eſt vn⁹ actus: ſed tres actus: quia ſtat dare vnum quo volo omne bonum vel omne malum. ergo ſtat dare vnum actum qui cadit copulatim: vel diſiunctim in duo membra peccatorū tria vel quantalibet volueris. ¶ Tertia propoſitio ſub q̄libet iſtorum ſtat dare peccatum veniale: vt ex his q̄ diximus iam liquebat. ¶ Contra primam propoſitionem arguitur ſic. Peccatum mortale diuiditur in illas ſeptem ſpecies ſecundum cōmuniter loquentes: ſed per vnam conditionem bone diuiſionis membra diuidentia totum ambitum diuiſi euacuare debent: ſed hoc nō per primam propoſitionem: diuiſum ramos eum ſecātes exuperat. ¶ Rn̄detur non eſt diuiſio proprie dicta ſed capiuntur alique ſpecies eius que cōius in quotidiana pugne contingūt: in humanis actionibus quis certum numerum ſpecificum ſtabilire poterit cum ad vnam circumſtantiam vel ad vnius noue legis labefactationem noua difformitas enodatur. ¶ Sed contra iſta arguitur. Si a/ſignificet peccata mortalia ſpiritualia: et b/corporalia iam binarius a/et b/ſeiungit peccatuꝫ mortale immediatius q̄ numerus ſeptenarius ſignatus et completius: quia nullus erit actus mortalis qui ſe occulere ab alterutro membrorum poterit: et ſi aliud membrum in medium afferre tentaueris: puta hunc actum volo ſpiritualiter et corporaliter peccare: iam totum ambitum diuiſi triplex illud membrum tripertiet. Et rurſus ſub a/ad ſpiritualia vſꝗ ſpecialiſſima in quibus iubet plato quieſcere deſcendes. identidem ſub b/facies. Reſpondetur concedendo ꝙ poteſt talē diuiſionem dare: et ſic erit peccati diuiſio Peccatorum quoddā veniale/ quoddā originale/ quoddam mortale. Nec opus erit ſuperaddere membrum pro omiſſione: qꝛ quelibet omiſſio erit mortalis vel venialis vel ſi detur mixtum ex veniali et mortali cōiunge mēbra/ et rurſus peccatorum mortalium quedam corporalia/ quedam ſpiritualia/ quedam ex his mixta. Sed quia dices datis corporali et ſpirituali ſunt peccata: et tamen non ſunt corporalia: nec ſpiritualia: nec mixta ex corporalibus et ſpiritualibus ſuperadde. ergo aliud membrum ſpirituale/ et corporale: vel ſic. et melius in ſingulari numero: peccatorum mortalium quoddā ſpirituale: quoddam corporale: quoddaꝫ ex his conflatum. vel omne peccatum eſt corporale et ſpirituale: vel ex his reſultans in ſenſu compoſito. Et rurſus alia mēbra ſuperaddendo facilius eſt inuenire mēbra ambitū diuiſi euacuantia in prima partitione ꝙ in vaſto campo ſpecialiſſima verſus colligere ſufficienter ramos ſicut in naturalibus videre potes ſaxum in duas ſecundas vel tres tertias ſeiungens quamlibet partem: ad manus habebis ꝙ ſi in multas partes minutas ſeiugaueris opus erit mora pro partium collectione.

¶ Contra ſecundam concluſionem arguitur ſic. Ex ea ſequitur: ſaltem cum ope ſue probationis: ꝙ iſta peccata coinciderent contra vnam proprietatem bone diuiſionis. ſequela patet: demonſtrando actum cadentem ſuper materias duorum vel plurium peccatorum mortalium potiſſimum copulatim: vt volo inuidere: et iraſci: et ſuperbire. Iam ille actus erit/ ſuperbia/ inuidia/ et ira: igitur. ¶ Rn̄detur diſtinguendo ꝙ coincidāt vel materialiter: vel in ſupponendo quod idem eſt dictu: et ſic cōceditur: vel formaliter: et ſic negatur. hoc eſt alia ratione eſt ſuperbia. alia autem eſt inuidia. hoc eſt propter vnam cauſam eſt ſuperbia: et propter aliam eſt inuidia. et hoc non eſt inconueniens. Sed an debeat ſolum copulatim hoc admitti vel copulatim et copulatiue ex alibi dictis reſponſioneꝫ habes. Et fortaſſe oportebit te hoc aſſerere extra hanc materiā in actu ire quē egre materialiter ab actu inuidie euelles. patet accipiendo diffinitionem inuidie prius datam: ſed hoc tibi particularius venari relinquo loquutus ſum de habitu mortali non ꝙ imputetur ad mortale vel veniale: ſꝫ ad mortale inclinat: licet ibi poteſt eſſe aliqua difficultas de actu qui in vna parte temporis eſt peccatum: et in alia non peccatuꝫ: vel in vna parte mortale peccatū et in alia veniale peccatum. ex huiuſmodi actu prodibit habitus: et ſic idē habitus inclinabit in veniale/ et mortale in actum bonum et malum quibuſcūꝗ nominibus illi habitus vocentur cū ſint eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime in eodem ſubiecto primo vnam qualitatem conflabunt: et ponatur ſic caſus ꝙ in prima medietate hore actus erat malus: et peccatuꝫ tunc generat habitum malum: et ꝙ actus ille in ſecunda medietate hore ſit de precepto. Iam habitus in priori medietate hore productus qui eſt malus: quia ab habitu malo productus ad bonuꝫ inclinabit: habitus naturaliter inclinat: et non ſolum in actuꝫ a quo emerſerat: quia ille nō eſt amplius reuocabilis. ergo inclinat in actus quoſcūꝗ eiuſdem ſpeciei cum actibus a quibus prodijt: ſed actus bonus in ſecunda medietate hore eſt eiuſdem ſpeciei eſſentialis cum actu in priori medietate hore: ergo ad illius productionem concurrit: et ſic habitus mal⁹ inclinat in bonum. ¶ Reſpondetur concedendo ꝙ ille habitus inclinat in actum bonum: et illa erit prima propoſitio. ¶ Secunda propoſitio. Ille habitus eſt malus. Probatio. pducebatur ab actu malo: et hoc ad maliciam habitus ſufficit. Si dicas hoc non ſatis eſſe: ſed cum hoc requiritur ꝙ in maluꝫ inclinat in terminis ſtas ſententie noſtre non obuians: et moralem philoſophiam arctās. ¶ Tertia propoſitio. Ille act⁹ r[illegible]lus inclinat in bonum ſi poſtea dicas eſt bonus: ſi[illegible]t actus qui de malicia in bonitatem vel cōtra lapſ⁹ [illegible]ſt cum in bonum inclinat nolo tecuꝫ luctari ſerioſe in illo: quia illud non eſt oīno preter rationem. ¶ Alia ꝓpoſitio. Habitus malus concurrit ad intentioneꝫ act⁹ qui eſt meritum. patet. Habitus iuuat potentiam ad intentionem actus. ¶ Alia propoſitio. Non inconuenit ꝙ habitus malus efficiat actum magis meritoriuꝫ dummodo ipſe manet ad actum bonum cum voluntate inclinans. ¶ Contra tertiam propoſitionem principalem arguitur ſic in qua dictum eſt ꝙ in ſpecieb⁹ pec

cati mortalis quas aſſignauimus veniale dari contingit. Ex illo ſequitur ꝙ peccatum mortale nõ magis deberet diuidi in ſuperbiam/auariciam. ⁊c. ꝙ̄ peccatum veniale quod tamen eſt contra communiter loquẽtes ¶ Reſpondet ꝙ et veniale/et mortale per iſtas ſpecies deſcendit: ſed quia cõius iſte ſpecies nominate ſunt mortales ꝙ̄ veniales: et quia a peioribus fit denominatio mortale in iſta diuiditur et non veniale. ¶ Jam cõtra vnam rationem (quam ſuperius tetigim⁹) puta volo peccare/vel volo ſuperbire/vel inuidere: ſic argumẽtor probando ꝙ iſte actus non eſt peccatũ volo peccare: et hoc ſic. Omñe peccatũ actuale eſt mortale vel veniale. actus quo ego volo peccare non eſt mortale peccatum vel veniale. ergo actus quo ego volo peccare nõ eſt peccatum. ꝯña eſt in baroco: et maior nota: quia ſufficienter originale a maiori eſt excluſa: et ſi ſemota nõ fuerit per aliquam particulam ipſum ſeiungas. Probatio minoris: non eſt peccatum mortale: quia eadem ratione eſſ; veniale. Nec potes dicere ꝙ eſt veniale: qr eadem ratione eſſet mortale. Nec rationabiliter dicere potes ꝙ ſub vtroq; includatur: quia vno mẽbro dato ab alio mẽbro recedis. ¶ Forte dicis iſte actus non eſt imperatiuus in hunc actum exteriorem vel illum: et per ꝯñs non eſt peccatum. hoc nihil eſt dictu. veriſimile eſt ꝙ actum voluntatis ita remiſſum dare poter; qui in operationem exteriorem non impellit propter impedimenta occurrentia que remouere non poteſt: ⁊ dato ꝙ ita non ſit non requiritur ad peccatũ voluntat; ꝙ ipſum aliquam operationem exteriorem imperet: ⁊ potiſſimum quando materiam genericaz et vagam habet. Q; ſit peccatum poteſt probari per diffinitionem peccati: quia ille actus eſt rationi difformis. Et ſimilis difficultas poteſt hic fieri volo peccare mortaliter vel venialiter: vt velle cadat ſuper totum diſiunctum. Forte dicis ꝙ iſte actus volo peccare venialiter eſt peccatum mortale poſtꝙ̄ volitio cadit ſuper difformitatem actus. ¶ Contra hoc arguitur. hoc ſuperius improbatum eſt: ſaltem vtraq; pars eſt probabilis. Sed hic dices ꝙ iſte actus eſt peccatum veniale. volo mortaliter vel venialiter peccare. Et ratio eſt fortiorem partem inſequitur diſiũctiua: vt iſta eſt neceſſaria deus eſt vel homo eſt aſinus: ita ꝙ diſiunctiua ex vento a quacunq; parte venit lucrum capit: et propoſitio de diſiuncto affirmatiua diſiunctiue equiualet. ergo iſte actus volo peccare mortaliter vel venialiter eſt peccatum veniale. Non ſufficit dicere ꝙ habendus eſt obtuitus ad quam partem diſiuncti voluntas ſe flectit: quia mox dicem⁹ inter arguendum totum diſiunctum eque primo intuetur. ¶ Contra. Ex iſto ſequitur ꝙ iſte actus eſſ; bon⁹ ego volo peccare vel bene agere. patet: per tuu; fundamentum de diſiunctiua quod etiam concedis. Et ex cõſequenti dices. ego volo peccare eſt actus venialis: qr valet iſtam ego volo facere peccatũ: quia diſcrimẽ nullum eſt niſi ſicut inter verbu; et nomen: ſed iſta ego volo facere peccatum: cum peccatum ſtat determĩate valet iſtam hoc peccatum vel illud: et ſic ſolu; venialiter pecco. Nec offendiculum aliquod adhuc inter arguendum (dummodo conſequenter loquaris) datum eſt. ¶ Sed contra hoc arguitur. Diſiunctiua partem fortiorem inſequitur. Propterea dicis illum actum eſſe venialẽ. ergo eodem modo dicere debebis ꝙ illud erit minimum peccatum veniale/ quod eſt falſum: et ꝓbo per iſta dicta ego volo facere peccatum. cum peccatu; ſtat determinate: diſiunctiua; valet in ꝯſequendo: ſed non potes ſignare ꝙ peccatũ veniale valet niſi ad vnũ determinatum voles: et per tuum fundame[illegible] minimum veniale accipiendum eſt: ſed hoc ꝯſequens eſt falſum nullũ tale eſt dabile (loquamur ſemper de actu elicito qui primo eſt peccatum) quocũq; actu licito dato ille eſt alicuius intentionis. cuius medietas eſt minus peccatum. Jtem circumſtãtie perſone vel ignorãtie poſſunt peccatum attenuare. ¶ Alterius nõ potes euadere quin iſtud peccatum erit minimum. volo facere peccatum veniale: quia equiualet diſiũctiue que dependet a potiori parte. Preterea omnis latitudo vniformiter difformis ſuo gradui medio rñdet: et ſi ſit difformis ad vniformitatem reducenda eſt. ergo ſi homo vult facere peccatum oportet ire ad peccatum mediũ: quod ſi concedas. Contra hoc ſic arguo. Non datur peccatum extremum in deſcendendo (vt iam probatũ eſt) nec in aſcendendo: quia quocunq; odio dei dato poteſt dari vnum grauius vel ipſum ex parte intentiõis circumſtantie perſone vel temporis aggrauando: ſed vbi non dantur extrema medium dare impoſſibile eſt: igitur. ¶ Forte dicis illud erat vnũ peccatũ genericum ſub nulla ſpecie peccati contentum: ſicut iſte actus volo luxuriari ſub nulla ſpecie luxus includitur: ſed ẽ luxuria cõmunis ſic in propoſito. ¶ Cõtra hoc ſic argumẽtor nullũ aliud peccatu; habeat ſortes ab iſto: et in iſto decedat/vel eternaliter torquebitur in inferno: g̃ratia huius actus ſecundum legem: et tunc actus datus eſt peccatum mortale. vel temporanee punietur: ⁊ tũc actus erit peccatum veniale: quia palam eſt ꝙ pro illo actu punietur perpetuo vel temporarie. Si primum eſt peccatum mortale. Si ſcðm eſt veniale. ¶ Rñdetur quicquid diximus in argumento eſt difficultas: et ſicut de Hydra in lernea palude occiſa ab Hercule contigit ꝙ vno capite abſciſſo coaleſcunt duo. ſic in propoſito: ſed angulos argumenti emergẽtes colligam⁹ abſciendo illa de quibus magis conſtat ꝙ ſunt falſa. poſtea de dubio aliquid dicendo. Dicere ꝙ eſt peccatum in genere: puta ꝙ ille actus eſt peccatu; nec mortale: nec veniale: ſed quoddam ſuperius reſeco tanꝙ̄ inutile: vt patuit per argumentu; nuperrime factum. de pena eterna ⁊ temporali. Nec hoc impedit robur argumenti ꝙ ille actus non eſt imperatiuus ſufficienter actus exterioris hoc inter arguendũ oſtenſũ eſt. Poteſt defendi illud quod diximus de diſiunctiua: et ꝙ illud peccatũ eſt veniale: ⁊ iſtud vltra dicta colorat. Jn peccatis: vel penis vbi non conſtat de oppoſito mitior pars eſt tenenda. Non ſufficienter docemur ꝙ eundu; eſt ad peccatum mediũ: nec eundum eſt ad pctm̃ ſupremu;. ergo deſcendere oportebit ad minimã ſpeciem peccati: ſcil; ad pctm̃ veniale. Et patet iterum per ſimile ſi vouerẽ dare tali cenobio ſcutum vel denarium: ſcutũ dare non vigeor: ſed ſat erit denarium dare ſic in promiſſione de iuramento. ¶ Sed contra iſtud ſunt alique replice quarum vna eſt maioris ponderis de quantitate illius venialis. Et ad illud dicitur vno modo ꝙ illud veniale eſt minus quocunq; alio veniali cadente ſuper determinatam materiam: vt circa exceſſiuum potum vel paruu; furtum ſuppoſita equali intentione gradualiter ceteris paribus: ſed illud non erit peccatum minimu; pro illius actus eſt peccatũ minus: ⁊ ſic nullo pacto datur minimum veniale. Non requiritur ꝙ̄ ad illud eamus cum non eſt dabile: ſed ſufficit ire ad ita paruum vel minus ꝙ̄ quodcũq; veniale quod tu dabis circa determinatam materiam. Nec aliud pretendimus in illa regula in qua ſtamus pro principali ſolutione. Si queris a me quante malicie erit actus iſte. Si dixero vꝫ

vnum: i[mm]edium aſſeres multa venialia quorum ali-
quod er.. vt vnum:et adhuc venialia dabis ſub illo.
Reſpondeo me fugit grauitas malicie illius act⁹. hoc
deus nouit. Et quero abs te quod eſt minimum venia-
le circa determinatam materiam: etiam ſeruata tali i-
tentione graduali: credo ſi circumſpect⁹ fueris vngui
bus caput ſcalpes anteq̄ reſpondeas. modo iſte act⁹
cum multum vage circa materiam prohibitā cadit ad
paruitatē tendit: quia actus diſtincte latus ſupra ob
iectum eſt peior ceteris paribus q̄ actus vagus confu
ſe latus ſuper vnum obiectum. poteſt tamen eſſe tanta
intentio gradualis vel continuatio per tātum tempo-
ris ꝙ mendacio iocoſo alicui in malicia equaleat. Se-
cundo dicitur ꝙ iſtud peccatum confuſum/et genericū
nō eſt comparabile peccato determinate ſpeciei hoc eſt
ſecundum aliquam contractā materiam: et ſi huic ar-
gumento ſatiſfactum fuerit in radice alijs ſatiſfacere
nō erit difficile. ¶ Ad aliud. omnis latitudo vniformi-
ter difformis. ergo iſte ita grauiter peccat ſicut habēs
actum medium inter ſupremum mortale/et infimū ve
niale. ¶ Rñdetur concedendo añs: et conceſſionis ra
tio eſt: quia ſi albedo a medietate intenſiore ſupra gra-
dum medium oppoſito modo ad imaginationē pona
tur ſuper medietatem remiſſiorē totum manebit equa
liter qualificatum cū gradu medio: et nihil eſt additū
neq̄ remotum hic autem ꝯñs eſt falſū. Tum quia non
dantur hec extrema que ponis in argumento. et ꝑ ꝯſe
quens nec dabis medium: et actus cadit confuſe ſuper
materiam latam: et propter alia que diximus vides ꝯ
ſequens falſum: ⁊ ex ꝯñti rationabiliter negatur ꝯña.
¶ Ad illud de illo q̄ vult luxuriari dicim⁹ ꝙ talis pec-
cat in minima ſpecie luxurie. hoc eſt manet in inferiori
parte fornicationis ſimplicis: ſed cū vult peccare mor
taliter mortaliter peccat. Sed que erit proportio illi⁹
peccati ad fornicationem ſortis vel platonis: eſt eadē
difficultas quam de veniali nuperrime tetigimus: ſed
ſi quis copulatim velit: puta occidendo et furando: ta
lis actus eſt vnus latus ſuper duas materias: duab⁹
prohibitionibus vetitas. propterea equiualenter eſt
duo peccata non tamen tante malicie ſicut duo actus
quorum vnus fertur ſuper furtū: et alter ſuper homi-
cidium propter actuū diſtinctionem: ⁊ ſi quis voluerit
copulatim peccare ſeptem peccatis mortalibus talis
amplius peccat q̄ volens ſex peccatis peccare: et ſi fu
erit aggregatum ex copulato et diſiuncto. iam hoc in p̄
mo membro includitur. ¶ Alia adhuc datur imagina
tio ꝙ iſte ego volo peccare mortaliter/vel venialiter ē
petm̄ mortale propter indifferentiā volūtatis ad pec-
candum mortaliter vel venialiter. cum iſte habet vnū
actum latū per illud diſiunctū iſte indifferens ad mor
taliter vel venialiter peccare: et ſic eſt contēptor prece
pti diuini ſub pena peccati mortalis obligantis: et ſic
hic eſt peccatum mortale ego volo facere a/vel b/dato
ꝙ b/ſit actus bonus: et a/malus mortaliter. Identidē
iſte actus ego volo peccare eſt peccatum mortale.
¶ Sed contra iſta arguitur. Iſte actus ego volo pec-
care eſt peccatum mortale: queritur quod mortale eſt:
puta quante grauitatis vel maximū mortale vel mini
mum vel medium: et videtur ꝙ nullū eorum dicere po-
tes: quia quero rationē tui dicti. Similiter q̄ mal⁹ erit
iſte act⁹ ego volo facere b/veniale: vel a/ actum bonū:
de quo genere venialium erit iſte actus. ¶ Rñdetur.
Iſte actus ego volo peccare eſt peccatum mortale: ſed
me latet quante determinate malicie ſit: vt in multis
alijs contingit ꝙ ſcimus aliquid incōtracte: et in con-
fuſo: et inferiora illius nos latent: ſcio iſtam in die ve-
neris aliqua mulier eſt ſub paruo ponte: et tamē fugit
me de hac muliere vel illa. Epylogādo quis poteſt di-
cere ego volo peccare venialiter eſt peccatum mortale
poſt q̄ placet mihi illud ſub ratione venialis. Simili-
ter hic veniale volo facere ſuppoſito ꝙ nullius alteri⁹
venialis conceptū habeo. ¶ Secūdo poteſt defendi ꝙ
iſte actus eſt venialis. ego volo peccare venialiter.
¶ Tertio. Iſte act⁹ erit petm̄ veniale ego volo pecca-
re mortaliter vel venialiter: vt per dicta patet: qr illō
membrum prolixius proſequuti ſum⁹. ¶ Quarto di-
citur ꝙ ille actus eſt petm̄ mortale propter indifferen
tiam ad vtrunq̄ actum: et iſtud patet per ſimile de ro
mano oratore ad carthaginenſes miſſo/qui dicebat ſe
pacem in vno ſinu: et bellum in alio habere rogās Ty
rios vtrum horum eligerent: et cum hoc eis indifferēs
eſſe dicebant mox Marte aperto bellū dedit ratus ſi
pacem obtuliſſet in contemptū: et in notam Romani
imperij illud contingere. Propterea Acerbius eis ſe
pertiuit ſic habentem hunc actū accōmodate cartha
ginenſem imaginaberis: et Romanū: legem diuinam
elige vnam harum imaginationum quam volueris.
¶ Adhuc dubitatur de conditionato tali: ſcʒ ego volo
peccare venialiter: ſi peccem mortaliter querendo qđ
peccatum eſt iſte actus. Si dicas mortale. Contra con
ditionalis nihil ponit: ſed ſolam habitudinē ꝯñtis ad
añs: ergo iſte actus non ponit petm̄ aliquod. Et cōfir-
matur. Iſte actus eſt bonus: ſi ego peccē penitebo de
illo: quia iſte actus non ponit peccare. Sed ſicut dicen
dum eſſe videtur. Si peccem penitudie ducar eſt act⁹
bonus: quia non ponit peccare abſolute: ſed ſolū ſi po
natur petm̄ ipſius deteſtatio ponetur: ſed iſte actus ē
malus ſi peccem mortaliter veniale volo facere: qr licʒ
abſolute non ponat veniale petm̄: ponit ipſum condi-
tionalr̄ ſi mortale cōmittat Secus erat vbi ponebat
aliquod licitum: ſcʒ penitere in ꝯñte. ¶ Contra. iſte a-
ctus eſt peccatum mortale. Si veniale facio: mortale
volo facere cū ponitur conditionaliter mortale. ergo
ita erat de alio: non curam⁹ hic de bonitate ꝯñe. ¶ Re
ſpondetur ꝯña eſt nulla. cum in ſecundo actu ponitur
peccatum mortale ſi veniale ponatur ille act⁹ erit pec
catum mortale ſec⁹ erit in alio. et ſic ſemper maior ma
licia actus attenditur ex parte ꝯñtis. Et reſponſiōes
alie date inter arguendum ſufficere videntur. ¶ Sed
contra totum fundamentū arguitur. probando ꝙ nec
vnus actus erit peccatum veniale: nec alter petm̄ mor
tale. habeat ſortes firmum propoſitū cathegoricū nō
peccandi. cum habeat iſtum actum ſi peccem mortali
ter volo peccare venialiter illud propoſitum conditio
nale illi cathegorico minime aduerſatur. Tunc ſic ha
bens illud propoſitum conditionale nullum peccatū
ponit in actu voluntatis. ¶ Rñdetur neſcis oſtende-
re compoſſibilitatem inter hec nullo modo volo pecca
re: et ſi mortaliter peccem: volo peccare venialiter: ſed
la compoſſibilitate quam tu imaginaris admiſſa: di-
citur hoc non obſtante ille peccat cū conditionaliter
vult labi in vnum: ſi in aliud labatur: quia illud propo
ſitum eſt malum. ¶ Sed contra hoc arguitur. Iſte nō
peccat: ſi homo eſt aſinus ego volo peccare loquor ſem
per de peccato per hunc actum: quia hic non ponitur
peccare: ſed ſolū ex hypotheſi impoſſibili data. ergo al
ter habens firmum propoſitum cathegoricum nō pec
candi non peccat. ¶ Reſpondetur. ꝯſequentia eſt nul
la cum poſitio añtis in priori eſt poſſibilis in poſterio
ri vero impoſſibilis. Potes replicare. ſuppoſito ꝙ ci

reueletur ꝙ nunꝙ peccabit mortaliter:ſed in hoc nō in
ſiſto. ¶ Sed adhuc arguitur. Ponamus caſum ꝙ ſor=
tes habuerit iſtum actum. Si primū prolatuꝫ a plato
ne ſit verum et non aliter:ergo volo peccare. et plato ꝑ
mo proferat ſortes non peccabit. Querit an in illo ca=
ſu ſortes peccat:et ſi tu concedis ꝙ ſic. contra:ergo pri
mum prolatum a platone eſt verū:et plato dicit ꝙ ſor=
tes non peccabit. et illud eſt verum per te. ergo ſortes
non peccat. Si dicas ſortem non peccare tunc primuꝫ
prolatum a platone eſt verum. et ſic ſortes peccabit:er
go ſi ſortes non peccet peccat. ¶ Ad hoc reſpōdetur.
Oportet interpretari caſum ſortis ſicut alibi in artib⁹
de talibus reflexiuis diximus. Secundo ſic et melius
ob temeritatem peccat. Tertio dico fedum eſſe theolo
go publice in ſchola tales nexus intricatos in mediuꝫ
ciere:nec hunc aditū fecimus:vt maior ſit apertura po
ſteris latius in his quiſquilijs vagari:ſed potius vt vi
am clauderemus:quia ſi cupiaꝫ fas videatur hos me
andros glomeratim in reſpondenteꝫ cogere maximū
comitetur furtum temporis in theologia que totū ho=
minem requirit. non obſtante priuatim homo poteſt ī
his inſiſtere contra tumidum nimis de ſe confidentem
qui theoricam ſpernit:vt coram indoctis:ſalteꝫ ſtet cō
fuſe tantum:ita ꝙ vulgus dicat: ſed quia non potuit
indeclinabile manſit. Non dicamus per poteſt:ſed mi
nus vituperamus hec dixerim ne homo ſarcinulas e=
rugineas de copulatis/diſiunctis/cōditionatis ī ſim=
plicibus/et mixtis affirmatiue et negatiue colligat mo
re ſummuliſtarum:quia hac via puerulum exercita=
tiſſimum et ingenioſiſſimum theologum bene impedi
re videres mutando ſuum terminum hominis aſinus
in peccatum hominis:ſed iſte ſtatim de aſino in logica
fiet et peccator ī theologia:ſed iſta generalia poteſt ho
mo tangere:quia in quotidiano vſu contingunt. ⁊ pro
deſt iſta ſcire:vt propter euntes et redeūtes oſtia clau=
dat.

Circa iſta dubitatur: an deus po=
teſt punire aliquod peccatum ad cōdignū.
¶ Secundo dubitatur. An quodlibet pec
catū eſt infinite malicie ex indignitate ſua.
¶ Tertio dubitatur quare iſta peccata vocantur capi
talia/et quomodo ſe inuicem producunt. ¶ Quarto.
Cum iſta peccata mortalia ſunt extrema ſecundum ex
ceſſum reſpectu virtutis in medio:et totidem erunt ex
trema ſecundum defectum. quare illa non reputantur
etiam mortalia ſicut iſta. ¶ Quinto dubitatur:quare
vnum peccatum dicitur filia alterius. ¶ Sexto dubi=
tatur:quare ſignantur ſolum ſepteꝫ peccata mortalia
cum tamen ſeptem ſunt habitus ſuperbie pariter ⁊ a=
ctus ſpecie diſticti. ¶ Septimo dubitatur quomodo
iſta ſeptenaria diuiſio ſtat cum illo prime Joannis. 2.
de concupiſcentia carnis concupiſcentia oculorum eſt
ſuperbia vite. Et prime ad Thimo. vltimo. Radix om
nium malorum cupiditas. Et ſapiens Prouer. ſexi
Sex ſunt que odit dn̄s et ſeptimum deteſtatur anima
eius oculos ſublimes:mendacem:manus effundētes
ſanguinem innoxium:cor machinans cogitatiōes peſ
ſimas:pedes veloces ad currendum in malum profe=
renteꝫ mendacia teſtem fallacem: et eum qui ſeminat
inter fratres diſcordias. ¶ Ad primum dicitur ꝙ mul
tiplex indiſtinctum parit confuſionem. diſtinguo ꝙ de
us poteſt punire ad condignuꝫ vel poteſt infligere pe=
nam culpe reſpondentem. hoc eſt ſecundum dignitatē
culpe:et ſic poteſt quia de facto ſic punit de lege. Alio
modo poteſt intelligi ꝙ peccatum tanta pena puniri
poteſt ſicut ipſum eſt punibile:et tunc dicitur . . . iacum
ꝙ pena data quam pro peccato infligit acerbiorem in
fligere poteſt. Infinitā penam intenſiue. poteſt in hūc
demonem:vel in hanc animā ponere in vno loco:vel in
infinitis locis ſecundum ꝙ ei libet et ꝙ̄talibet tali pe=
na oblata. adhuc poteſt intentiorem infligere:tenēdo
ꝙ vnū infinituꝫ aliud excedat. Tertio modo poteſt in=
telligi ꝙ pena erit ita mala ſicut culpa. et in hoc ſenſu
non punit ad condignum:culpa eſt peior in ratiōe ma=
licie ꝙ̄ pena:quia ipſa eſt reordinatiua culpe in ratio=
ne pene :et licet damnati habeāt peccata que realiter
ſunt pene. adhuc ille non ſunt ita male in ratione mali
cie ſicut peccata in hoc mūdo:quia in inferno de neceſ=
ſitate illis penis et culpis torquentur non de neceſſi=
tate ſimpliciter dicta:quia deus de ſua potentia abſo=
luta poteſt omēs illos damnatos protinus a faucib⁹
inferni eripere in hoc mūdo actus ſunt liberi:⁊ ſic iſtic
ſunt peiores in ratione culpe ꝙ̄ illic. Etiam ſecundum
legem pena non eſt ita mala in ratione pene ſicut cul=
pa in ratione culpe:et ſic patet quomodo deus punit
citra condignum non ſicut multi ſuſpicantur quod ta
xat vnam legē de pena pro quacunqꝫ culpa que eſt lex
cōmunis:et poſtea non infligit totam illā penam ꝓ ta=
li peccato:ſed vnam partē illius pene remittit aliqui=
bus vel omībus damnatis. hoc nihil eſt dictu. ſcimus
ꝙ poteſt atrociorem penam pro culpa infligere ꝙ̄ infli
gat vel ꝙ̄ iſti exiſtimant per legeꝫ cōem:et ſic potes di
cere ꝙ nulle gradus pene tollit. Item hoc nihil eſt di=
cere ꝙ ſtatuatur talis lex cōmunis que in paucis vel in
nullis obſeruatur. Propterea dicimus ſic: quia pena
aliqua non eſt mala:et quelibet culpa hic commiſſa eſt
mala:et culpa in inferno non eſt ita mala in ratiōe cul
pe vel pene ſicut peccatum ratione cuius infligitur il=
la pena. Et ſic deus premiat vltra condignum:quia bea=
titudo que eſt premiū multipharíaꝫ actui meritorio ꝑ=
ſtat:ſed in mente diuina pro ꝗlibet actu meritorio quē
facimus eſt certa latitudo premij ordinata quam pro
tali actu meritorio ordinat ſecundum bonitatē ſue ſa=
pientie. ¶ Ad ſecundam dubitationē. Multi hic mul
plicant verba que hic non recito:ſed diſtinguo illam:
vel ꝙ ei debeat reſpondere infinita pena in gradu vel
in acerbitate:et ſic patet ꝙ non ſecundum legem:vel ſi
intelligatur ex obligatiōe diuina: que eſt groſſa radix
in obligatione ſcelerum:et ſic dicitur ꝙ non:ſed eſt tā=
te indignitatis ad quantam deus obligat que poteſt
nobis per ſacras hiſtorias partiꝫ conſtare. Et licet ſit
infinite bonus intenſiue deus:non tamen de acceptat
culpam contra eum factam infinite. Si dicatur eſt infi
nite dignitatis ex natura ſua:quia poteſt iuſte infli=ge
re infinitam penam pro ea illud bene volo. Si aliqueꝫ
alium ſenſum proprium habes quomodo eſt infinite di
gnitatis:edīſcere. Proprius eſt dicere ꝙ eſt finite ma=
licie. et finite indignitatis:vel ſi serioſe contendere vo
lueris. explica ſenſum in quo capis ne feda lucta ver=
balis inter amicos videatur. cum hoc tamē ſtat ꝙ quo=
libet peccatum eſt infinite fugibilitatis. hoc eſt ꝓ nul=
lo bono finito maliciam admittere debemus non pro
vno ſcuto:nec duobus nec tribus. et ſic ſine ſtatu:eodē
modo inducendo per animi et corporis dotes que alia=
modo . . . Ex iſto patet ꝙ pleri=
ꝙ bacchalariorū putant tenere poſitiones oppoſitas
et tamen de ctraꝫ dextre dant veritate diſcuſſa. ¶ Ad
tertiam dubitationem dicitur ꝙ methaphorice pec=
cata dicuntur capitalia ſicut caput in membris influit ⁊

ipſo [illegible] craſſam hñte reliqua mẽbra compatiuntur ſecund[illegible] illud vulgare. Quãdo caput dolet cetera mẽbra dolent. et reliqua membra ſub capite collocantur ſic in alia ſcelera hec ſeptem influentiaꝫ habent: ⁊ ſub eis includuntur. Propterea non abs re capitalia appellantur. Habitus ſuperbie mediante actu ſuo elicito: et ratione recta vel erronea producit primum actũ inuidie vel ire. habitus ſuperbie inclinat Pompeium ad hoc ꝙ appetat ſuam excellentiaꝫ ſingularem ſi Ceſar ſit ei par hanc ſingularitatem non habet quare inclinat ad nolle Ceſari hanc dictaturã. et habitus inuidie ad vltionem inordinatam ire viam preparat. codẽ modo nullo pacto aliqui doctores exiſtimãt. ꝙ ſuperbia inclinat in actum gule vel luxurie: immo in eorum oppoſita: quod patet: quia habitus ſuperbie inclinat ad ſingularem habendam excellentiã: et reſiſtit illius excellentie impedimento. modo gula et luxus excellẽtiam non modo impediunt: ſed gloriam in tenebris ꝑcipitant: ſed iſtud non eſt verum: nec ſic ſuperbia eſſꝫ regina ceterorum. cuius oppoſitum dicit beatus Gregorius et cõiter loquẽtes. propterea in quo ſenſu hoc verum habeat. poſt hac videbitur. Habitus gule efficientiam naturaleꝫ habet in luxuriam: et hic loquuti ſum⁹ ſecundum cauſalitatem cauſe efficientis. interdum eſt cauſalitas finalis. hoc eſt vnum vicium ſumitur tanꝙ medium ad aliud viciũ tanꝙ ad finem: ſicut fortes mulierem ad crapulam/et temulentiã introducit: vt eius caſtitatem inuadat quam alias expugnare diffidit: et maceratio corporis poſt luxum exceſſiuum viam aperit ad gulam. et rurſus fomentum luxui gula ſubminiſtrat. et per ꝯſequens vnum vicium in genere cauſe efficientis in aliud inclinat. et contra aliud in ipſuꝫ impellit. Triſticia que in acidia: et in inuidia eſſe ſolet. ad gulam vt triſtitia eiiciatur quandam originem preſtat: et ſic iſta peccata inuicem inclinant. habitus ſuperbie inclinat in aliquam gulam et in aliquem luxum ſemper petit propriam excellentiam: tumidus apud ignobile vulgus eos in honore videt qui lautam menſaꝫ tenent et vt alios aliqd ei obſequendum alliciat opipere cibũ miniſtrat: in ciborum pñtia difficile eſt ei abſtinere quare ad luxum diſponit: ⁊ q: prodige ſua exponit ab aliis iniuſte capere vigetur: et ſic profunde in auariciam deſcendit: vt patet de Philippo macedone ſemper egẽte: et ſemper expẽdente nonnunꝙ immediate in luxuꝫ inclinat ſuperbia: vt ſi mulierem ſterileꝫ habeat ſe minoris precij eſtimat quocirca nititur hanc notam abolere cõmixtionem cum aliqua nobili muliere procreat et ſi liberos habeat. hoc ex habitu ſuperbie cum mulieribus vel multum formoſis: vel multũ nobilibus cõmixtionem appetit: exiſtimans ſe plus glorie illa via conſequi. hoc patet per Holofernem ad Judith a luxu cuꝫ abiectis ꝑſonis vel a Caſtrimergia ſolitaria ꝑ quã famam perdit abſtinet. Idem de Sardanapalo patet Interdum habitus ſuperbie ad acidiam inclinat immediate. vt Penus Hãnibal poſt tot Romanos a ſe preclare victos reſponſum non dedit militi niſi per interpretem. et hoc eſt torpere in ocio ad partem.

¶ Ad quartam dubitationem concedo illa extrema eſſe peccata: ſed quia raro accidunt: vt Ariſtoteles dicit ſecundo Ethicoꝛuꝫ. et hoc lucide experimẽto cognoſcimus Sancti primo de eis loquẽtes nõ fecere de eis mentionem de peccatis loquuti ſunt que nobiſcum in quotidiano conflictu ſunt. ¶ Ad quintam dubitationem dicitur. Licet filia ſit eiuſdeꝫ ſpeciei ſpecialiſſime cum matribus. plerũꝙ in animalibus: tamen in vitiarum non eſt ita: quia ſi ita foret. iam viciuꝫ principale vel terminus vicium ſignificans predicaretur in recto de pronomine filiam demonſtrante quod eſt falſuꝫ. filia ergo eſt alterius ſpeciei in propoſito a ſua matre Superbus qui querit propriam excellentiaꝫ: interdũ mouetur ad publice in menſa predicãdas ſuas laudes et ſic eſt arrogans: et in actum arrogantie deſcendit ꝓ[illegible]mam ſedeꝫ in capite menſe querit: ſicut Ceſar primus malebat eſſe ruri ꝙ ſecundus Rome in menſa de abditis nature. et queſtionibus ſcitu dignis etiam inter ſecundos calices diſputat: vt aurem popularem ſibi cõciliet dicacitate apparentes excellentie infractuã nõ vtitur. Interdum in hypocriſim a via regia: et in hereſim impellit: vt ſi excellentiam via regia: et per fas habere nequeat: per nefas et metodum obliquaꝫ eam vẽdicare ſatagit. in opinione pertinax eſt errare ⁊ labi indecoꝛuꝫ cenſet quare dure ceruicis: et erecto collo incedit ab errore ad rectum egerrime reuocabilis teſtes ſũt Arius Sabellius Fauſtus Manicheus. et id genus hominum ſuperſtitioſuꝫ: et Mahometũ (vt auguror) hoc peſſimum monſtrum ſuperbia ad ſua errata impulit ſicut ad innocentum homicidia: et ad multa alia flagitia inclinat reputans illud ſatyricum bene dictum. Nã pulchrũ eſt digito mõſtrari ⁊ dicier hic ẽ. et dicunt filie iſtarum matrum citius ꝙ patrum: quia mulieres viris peiores eſſe ſolent: et paruuli cum eis magis ĩ domo educantur ꝙ cum patribus. ſic iſte peſſime filie ĩ iuuentute matribus accubãt in ſenecta. hoc eſt quando ſunt habitus geniti ſine ope in publicũ curſitant. Nec curandum eſt de numero filiarũ: quia dabiles ſunt plures filie ꝙ adhuc a doctoribus ſint nominate quare aliqui inaniter ſe fatigant in reductione filiarũ ad quãdam vnitatem. Aliqui ponunt plures filias ad vnum vicium ſequi. aliqui pauciores: aliqui alias et alias: ⁊ tamen multi propterea fingũt nouas equiuocatiões in aere: vt terminos in omni ſignificantia diſparatos coincidere faciunt. ¶ Alterius non inconuenit duas filias eiuſdeꝫ ſpeciei eſſe a duabus matribus ſpecie diſtinctis productas: vt cõtingit de caloribus a ſole: ⁊ ab igne productis: vt aliquod homicidium generat ira aliquod inuidia/aliquod auaricia: vt ĩ ꝺ araba/aliqđ luxuria. ¶ Ad ſextam dubitationẽ conceditur ꝙ multi ſunt habitus ſuperbie ſpecie diſtincti: immo mille et plures: quia tanta eſt diſcrepantia habituum: quãta eſt actuum: mille ſunt actus ſuperbie ſpecie diſtincti: vt patet per eorum obiecta ſpecie diſtincta: licet ad eundem finem tendant: ſcꝫ ad ſingularem excellentiaꝫ antiqui patres qui rati ſunt identitateꝫ finis ſufficere ad identitatem ſpecificam ſpeciei ſpecialiſſime lõge ĩ philoſophia aberrant: ſed quia omnes iſti habitus ⁊ act⁹ habent ſuam materiam ab aliis diſtinctam: ſaltem ſub ratione formali: vel materiali vocantur ſuperbia. non ꝙ ſit vnus actus vel habitus ſuperbie quo ſit. Nõ omnis ſuperbia a qualibet ſuperbia intenditur: patet de [illegible]tu et habitu qui ſpecie diſtinguntur circa eandẽ materiam. hoc ipſum patet de duobus habitibus vel actibus ſpecie diſtinctis: ſed omnis ſuperbia a ſuperbia ĩtenditur. ¶ Tertio ſequitur. Hec ꝯña eſt nulla. iſte facit actum ſuperbie ſuper ſuperbiam habitam. ergo eſt magis ſuperbus intenſiue. bene tamen eſt magis ſuꝑbus extenſiue. Et ſicut de ſuperbia dixim⁹: ita de aliis habitibus vicioſis dicatur. Sed vnum nunc dicam qđ in quarta dubitatione bene quadraret: ſed anguſtus margo papiri nos impedit: et eſt hoc. Licet iſta mala monſtra ſeptenaria ſibi inuicem ſuffragentur et ſup

petias afferant pro conſequutione finis optabilis: tamen
interdum bellum ciuile in propria mentione conſtru-
unt quod patet. Si quis eſt auarus et ſuperbus
et exoptat pecuniam ab alio auaricia inclinat cuz ad
media tendentia ad illum finem: ſcilicet per humilia
bo placebo: vt referunt: et forraſſe ad alium adeundū
ſicut Juno Phlegetontea deorum regina. hoc eſt re-
proborum mater ad Eolum deuz vētiq̄ cuius ope ege
bat deſcēdit (vt primo Eneidos poeta dicit) cōtra iſtō
ſuperbia reluctatur et impellit ſuum dominum: vt ma
gnifice in domo maneat: nec alium quouis modo ſalu
tat: vel ſaltem ſi adire alium neceſſe fuerit ſuo nomine
proprio alium et non per dominum vel per tuam ma-
ieſtatem nominabit quod ſcite in Junone primo Enei
dos notauit poeta inquiens. Talia flāmato ſecū dea
corde volutans. Nimborum in patriam loca feta furē
tibus auſtris Eoliam venit. Et poſtea Eole namq̄ tibi
diuum pater atq̄ hominum rex. Et mulcere dedit flu-
ctus titulos alterius non dereliquit: vt poteretur op-
tato: ſed ad hoc ſuperbia minime inclinabat. ¶ Ad ſe
ptimam dubitationem reſpondetur q̄ bene ſtat omne
verum omī vero conſonat. beatus Joannes in canoni
ca loquitur de peccatis quibus cōmuniter coinquina
mur dicens. Quoniam omne quod eſt in mundo cōcu-
piſcentia carnis eſt et concupiſcentia oculorum: et ſu-
perbia vite: auaricia luxus et ſuperbia longe lateq̄ in
ter mortales: immo latius q̄ tartarorum rex domina
tur. Et ad apoſtolum dicitur q̄ cupiditas illic extenſo
vocabulo accipitur: etiam ipſa auaricia ad alia pecca
ta fomentum miniſtrat.

Dubitatur que ſunt peccata in ce
lum clamantia et quare ita appellitantur.
Reſpondetur: continetur in his carmini-
bus vulgaribus. Clamitat ante celuz vox
ſanguis et ſodomorum. Vox oppreſſorum merces de-
tenta laborum. Et propter grauitatem culparum dicū
tur in celum clamare. Unde Geñ. quarto. Vox ſangui
nis fratris tui clamat ad me de terra. Et pſalmiſta. Ui
ri ſanguinum et doloſi non dimidiabūt dies ſuos: pſal
mo quinquageſimoquarto. Propterea a conſortio ta
lium manſuetus rex petit ſe liberari a viris ſāguinum
inquiens. De viris ſanguinum ſalua me: pſalmo quinq̄
geſimooctauo. Et viri ſanguinum declinate a me: pſal
mo centeſimo trigeſimooctauo. Et prouerbiorū ſexto.
Sex ſunt que odit deus de quibus mentionē fecimus:
inter que computatur effuſio ſanguis. Nulla anima-
lia occidunt indiuidua eiuſdem ſpeciei cum eis niſi lu
pus marinus: et hoc etiam tempore famis. Serpens
enim ſerpente/et tygris cum tygride pacifice viuunt:
et ſolus homo ratione vtens cum hominibus viuere
non poteſt. De tertio peccato Leuitici nono. Non fa-
cias calumniā proximo: nec vi opprimas eū. De quar
to patet Deutero. vigeſimoquarto. Nō negabis mer-
cedem indigentis et pauperis fratris tui ſiue aduene
qui tecum moratur in terra: et intra portas tuas eſt: ſz
eadem die reddes ei precium laboris ſui ante ſolis oc-
caſum: quia pauper eſt: et ex eo ſuſtentat animam ſuaz
ne clamet contra te ad dominum: et reputetur tibi in
peccatum. Et Thobie quarto. Quicunq̄ tibi aliquid
operatus fuerit ſtatim mercedem ei reſtitue: et merces
mercennarij tui omnino apud te non remaneat.
¶ Dubitatur vtrum in cogitatione ſit peccatum. Si-
militer quid diſcriminis eſt inter delictum et peccatuz.
¶ Ad primuz dicitur q̄ cogitatio proprie eſt actualis
noticia peccati: ſed interdum homo cogitatuz git cir
ca peccatum ipſum deteſtando: et hoc eſt laudabile.
Alio modo reflectit ſe ſuper aliqua peccata que inſti-
gationem habent ad peccandum: ita q̄ eſt in periculo
ſuccumbendi et talis cogitatio ſub pena peccati reſecā
da. Propterea in confeſſione generali accuſat ſe ho-
mo de peccato cogitationis et Jſaye primo. Auferte
malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis. Ad
aliud reſpondetur. Jſti termini interdum confundun
tur et vnus accipitur pro alio. Jnterdum in ſcriptura
et apud auctores inter terminos eſt diſcrimen: delictū
eſt in omiſſione quaſi derelictum: peccatum in commiſ
ſione. vt Leuitici decimoſexto. Confiteantur omnes
iniquitates filiorum Jſrael vniuerſa delicta atq̄ pec-
cata. Similiter Job decimotertio. Quantas habeo
iniquitates et peccata ſcelera mea atq̄ delicta oſten-
de mihi. Et Leuitici ſeptimo. Offeratur ſacrificium p̄
peccato ſicut pro delicto. Sed quicquid ſit hoc diſcri-
men in modo loquendi non ſeruatur. ¶ Dubitatur
de veritate illius q̄ venialia delentur per dominicam
orationem/per elemoſynam/per pectoris tonſionem:
et periculum: vt dicitur de pe. diſtinctione prima De
dicina. §. proximo: et per aque benedicte aſperſionem
de conſe. diſtinctione tertia. Aquam ſale per epiſcopi
vel preſbyteri benedictionem vigeſimaoctaua diſtin
ctione Preſbyterum: per Euchariſtiā de pe. diſtinctio
ne ſecunda capſo. Panem de altari. et capitulo Ante.
Pro parte affirmatiua ſunt paſſus introducti. Ad par
tem negatiuam ſic arguitur. Si aqua benedicta tollit
veniale maior aqua plus tollet: ſi coclear plenum vnū
veniale tollit duo coclearia duo auferent. et mille ve-
nialia a mille coclearibus refertis auferentur. Si di-
cas magnam aquam et paruam equaliter tollere. tūc
ſufficit intingere vnum pilum in aquam benedictam:
et aquam proijcere ſuper tunicam: et nullatenus ſup
pellem corporis quod ſi concedas ſuper calceum pro-
ijcere ſufficiet. Eodemmodo argumentabor de benedi
ctione epiſcopi q̄ ſi vna benedictio vnum veniale tol-
lit alia benedictio totidem aufert: et ſic dabuntur tot
benedictiones q̄ omnia venialia ab iſto auferentur.
Preterea arguitur iocoſe per caſum muliercule epi-
ſcopo dicentis q̄ eius benedictio non valeret denari-
um eo q̄ libentius dedit duas benedictiones q̄ vnum
denarium Amplius arguitur ſic. Hec benedictio quaz
epiſcopus facit vnum veniale tollit et ſortes eſt in cen
tum peccatis venialibus et non eſt potior ratio q̄ vnū
auferat q̄ reliqua. ergo illa benedictio omnia illa veni
alia aufert. Ceterum donatur ſortes in nullo peccato
veniali. Tunc benedictio ei nihil valeret: quia effectus
eius eſt tollere venialia que nulla ſunt in ſorte. ¶ Re-
ſpondetur per aliquas propoſitiones de vno iſtorum:
ſcilicet de aqua benedicta: quia eadem eſt ratio ī aliis
¶ Prima propoſitio. Aqua benedicta virtute opis
operati non confert grām. Probatur: quia tunc eſſet
ſacramentum quod eſt falſum. pña patz: quia eſſet in
uiſibilis gratie viſibile ſignum. ¶ Scd̄a ꝓpoſitio. Ac
ceptio aque būdicte non eſt inutilis. Probaſ: q: eam
obſeruauit eccleſia a diebus Alexādri primi qui erat
ſextus a btō Petro. ḡ illa obſeruatio eſt vtilis. ¶ Ter
tia propoſitio. Juuat preſeruare virum a fantaſmati-
bus: et ad expellendos malos ſpiritus. Probatur
hoc per ca. Aquam ſale. ſuperius inductum: et aliter
hoc coloratur a communi conſuetudine hominum a-
quam benedictam ponentium prope lectos: et ad cō-
iurādos ſpūs eā aſſumentiū. Ceterū ī legēda btī Ber-
tum

nardi abemus ꝙ baculus a ſancto viro benedictus: et muneri datus eam a demone incubo preſeruauit: q̄to fortius ita erit in aqua benedicta a tota eccleſia obſeruata et in prelatorum eccleſie benedictionibus. ¶ Quarta propoſitio. Suſceptio aque benedicte eſt meritoria virtute operis operantis: ſuppono cetera requiſita ad meritum. Probatur. Omnis obſeruans inſtituta eccleſie bene agit et obedit. ergo dabitur ei gratia virtute operis operantis. ¶ Quinta propoſitio. Venialia tollit aqua bn̄dicta. Probatur per allegata: et hoc eſt rationabile. Tum primo impedit a malis fantaſijs et demonibus qui venialia ſuggererent. ergo venialia tollit. Sed dices hoc eſt impedire ſolum ꝛ ſic mortale tolleret. Secundo aliquid penale poteſt īſtitui in expiationem venialium peccatoruꝫ. modo penale eſt regulariter aqua perfundi vel diſcooperto capite humiliari ſub prelato benedicente. Tū tertio hic confertur gratia. modo gratia veniale tollit: ſed iſta vltima probatio non videtur multum efficax: quia gratia compatitur veniale: ꝛ ſic diceretur de om̄ibus alijs actibus meritorijs ꝙ tollerēt venialia: ſed hic dici poteſt (ſi ita ſit ī alijs) non eſt contra dicta. Euchariſtiaꝫ hic non comparamus alijs: quia certum eſt ꝙ illa virtute operis operati confert gratiam: ſed de iſtis alijs loquimur de quibus poteſt eſſe difficultas. Ex his obiectiones ferme diluere potes. ¶ Ad primum dicitur non oportet aquam centupiam centies tātū tollere de venialibus ſicut facit aqua ſubcentupla: vt facile in alijs materijs exemplificare potes. Nō ſolum a magnitudine obiecti creſcit meritum: nec oportet eſſe ꝓportionem meriti ad meritum qualis eſt in magnitudine obiecti ad obiectum: ſed in ingreſſu eccleſie: et egreſſu accipiendo aquam bn̄dictaꝫ. bene illa debiliter homo agit: ſed ſi quis ſtaret prope locum aq̄ ſe cōtinuo aqua perfundens vel parum diſcontinue is videtur illudere eccleſie per captiunculam ſophiſticam: et illi aqua obeſſet. videretur cū Joanne viclepho de aqua benedicta ſentire in vno errorum eius. Nā ei imponit ꝙ aquā benedictam manē et abijciendaꝫ ab eccleſia precepit. Si aliqua motiua viri vidiſſemus ad illa rn̄deremus. Sed dicet arguēs centies in eccl̄ia tranſit per locū aq̄ benedicte et totiens ſe perfundit aqua. non illudens inſtitutioni eccleſie in illo currit argumentum cui dicitur ꝙ ſemper melius et melius a fantaſmatibus preſeruabitur et plus merebitur: et ſtat ꝙ ei omnia ſua venialia remittantur. Videat tamen ne alios ſcandaliſet de inconſueto modo faciēdi ſi in propatulo fuerit. ¶ Ad ſecundum concedo ꝙ omnia venialia per multiplicationem bonorum actuum quibus homo pie ſuſcipit benedictionem ſuperiorum ſtat omnia ſua peccata deleri. ¶ Ad tertiuꝫ dicitur ſiue ita erat in re de mulier cula: ſiue a quopiam alio adinuentum. hoc erat ad reprimendam auariciam prelati. ¶ Ad aliud dicitur ꝙ illa benedictio poteſt tollere vnum de venialibus: et non alia ſecundum ꝙ deo placet: quia ibi non eſt ablatio ꝑ agens naturale equaliter applicatum multis paſſis ſed per agens liberum: vel ſi centum fuerint peccata venialia equalia. Deus a quolibet illorum peccatorū aufert vnam centeſimam: et ſic tota ablatio vnius ablationi equiualebit: et hoc ſi homo non applicet illam benedictionem ad determinatum veniale. ¶ Ad vltimum: conſequentia eſt nulla. Ille non eſt adequatus effectus eius: vt patet ex propoſitionibus premiſſis. Sed dices aqua non benedicta tantum facit ſicut aq̄ benedicta quod ſic patꝫ: proijciatur copia aque in lagenam aqua refertam. Jam illa tota aqua erit benedicta ſyncathegoreumatice: quia ſi tota cathegoreumatice ratione partis tunc duo aſperſi duabus guttis q̄rum vna eſt benedicta et alia non benedicta: de eodeꝫ paruo vaſe inequaliter participabunt in effectu. Sed dices ſicut dicendum eſt tota aqua ſyncathegoreumatice eſt benedicta: quia ſacrum ad ſe trahit non ſacrum per ſuam commixtionem. ¶ Contra hoc arguitur. Ex iſto ſequitur ꝙ parua aqua benedicta in Sequanam proiecta totam benedictam reddit: et ſimiliter in oceanum: vel in lacum demiſſa. ¶ Secundo verba benedictionis non erant prolata in vna parte illius aque: quia non fuit adducta ſacerdoti. ¶ Tertio vinum vel aqua infuſa in ſpeciebus vini in euchariſtia non conſtituit ſpeciem ſub qua erit ſanguis chriſti. ¶ Ad primū nego conſequentiaꝫ: licet non erit facile in omnibꝰ his proteruo ſatiſfacere: ſicut in mille alijs materijs ī philoſophia. Poſſum hic dare multas imaginationes: ſi ſtrictim dicatur dum reputatur eadem aqua vulgariter tota ſyncathegoreumatice eſt benedicta: vt de ſiola refarcita contingit. poteſt tantum aque imponi nō benedicte ꝙ nulla ibi erit aqua benedicta ſacrum aliquod non ſacrum ad ſe trahit in ſua denominatione: ꝛ aliquid non trahit propter magnitudinē. Si queras de punctuali ſtatu abs te ſciſcitor in aliqua diſtantia homo poteſt conſecrare. et in aliqua non queritur vbi eſt ſtatus. Similiter quare remittitur vnꝰ gradus caloris in aqua ante aliū et cū quatuor ḡdꝰ grauitatis faciunt a/ graue deſcendere. velocius per medium per vnam horam quare alij quatuor gradus ſuperadditi ſemper conſequenter tantumdem temporis diminuunt: et ſic ſiniti gradus grauitatis faciunt illud graue deſcendere per plenū in inſtanti Videri vulgare dictū. nonnunq̄ plura querit aſinus quibus nequit reſpondere philoſophus. ¶ Ad ſecundum dicitur ꝙ inſtitutio eccleſie hoc facit et ꝙ dignius ad ſe trahit minꝰ dignum. vt in quarto diximus: etiam reſpondēdo ad tertium argumentum.

Dubitatur de iſtis peccatis mortalibus et venialibus: an inhereant potentie concupiſcibili vel iraſcibili. Reſponſio multi patres gratis ſe fatigant de iſtis potentijs. Dicitur ꝙ eadē eſt potentia cōcupiſcibilis. et iraſcibilis eſt anima: ſed hoc complexum potentia concupiſcibilis pro ea ſupponit connotando ꝙ aliquid cōcupiſcat: et illud proſequitur. Dicitur potētia iraſcibilis pro quanto remouet prohibens: hoc eſt appetit vindictam de prohibente a concupito: et ſi ponatur aggregatum ex anima et corpore. queratur de illis partibus: et ſi non conuenienter reſpondeant ad animam recurratur. Propterea dicitur quicquid eſt in concupiſcibili eſt in iraſcibili: et econuerſo: licet alia ſit ratio huius inherentie et illius: hoc eſt aliud quid nominis terminorum: licet in re diſcrimen non habeat.

¶ Diſtinctio Quadrageſima tertia.

Eſt preterea quoddā peccati gen⁹ ceteris grauius et abominabilius: quod dicitur peccatū in ſpiritum ſanctum: de quo ī euangelio veritas ait. Qui peccauerit ī ſpiritumſanctum non remittetur ei/neq; hic neq; in futuro. Et Joannis in epiſtola canonica. Eſt peccatum ad mortem: non ꝓ eo dico vt quis oret. Qui enim peccat in patrem remittetur ei: et qui peccat in filium/remittetur ei: qui autē blaſphemauerit in ſpiritumſanctum non remittetur ei/neq; hic neq; in futuro. Sed queritur quid ſit illud peccatum in ſpiritumſanctū vel ad mortem: ⁊c.

¶ Diſtinctionis.xliij.
Queſtio prima.

Jrca hanc diſtinctionē quadrageſimam tertiam ī qua magiſter de remiſſione peccati ī ſpiritumſanctū loquitur. Queritur an peccatum in ſpiritūſanctum ſit remiſſibile. Pro ſolutione queſtionis aliquas notatiunculas premittemus. poſtea concluſiones ad queſtionem reſponſiuas ponemus. ¶ Circa primum loquemur de acceptione termini: et quare aliquod peccatum dicaꝫ in ſpiritumſanctum: et ſuper hoc inter antiquos erat vnus modus loquendi ſatis ad litteram ſcripture loquens de peccato in ſpūſctū. Dixerunt enim ꝙ blaſphemia prolata contra ſpiritumſanctum: ſi ſpiritusſāctus pro qualibet perſona diuina accipiatur. vt Joannis quarto vbi dicitur Deus ſpiritus eſt: et hoc patet Matthei.12. Qui dicit contra ſpiritumſanctum ꝟbū non remittitur ei. Et hoc idem patet Marci tertio. Et primi Joannis quinto. Eſt peccatum ad mortem nō ꝓ eo dico: vt quis oret. Qui enī peccat in patrem remittitur ei: et qui peccat in filium remittitur ei/qui aūt blaſphemauerit in ſpiritumſctū nō remittetur ei: neq; hic neq; in futuro. Chriſtus operabaꝫ quedam humanitus comedendo et bibendo et ſimilia faciendo. et quedā diuinitus ſcilicꝫ eiiciendo demones curando languentes ꝑ proprie diuinitatis ꝟtutem: quedā dixerunt iudei cum blaſphemia contra filium hominis dicentes: vorax eſt et potator vini amicus publicanorum ⁊ peccatorū: vt patet Matthei vndecimo. Poſtea blaſphemauerunt in ſpiritumſanctum dum opera que chriſt⁹ faciebat proprie diuinitatis virtute et operatione ſpiritusſancti principi demoniorum attribuebant dicentes in Belzebub principe demoniorū eiicit demonia.

Et hec blaſphemia vocatur in ſpiritumſanctū: ſed aliter termino poſteriores vtuntur. Peccatū dicitur eſſe in ſpiritumſanctum quando contra appropriatum ſpiritusſancti peccatur: quod eſt bonitas que ſpirituiſancto appropriatur ſicut potentia patri et ſapiētia filio. Cum igitur quis peccat ex infirmitate dicitur peccaꝫ in patrē: hoc eſt quando voluntas allicitur a ſenſualitate ad exeundum in actum vetitum cum ex ignorantia peccat in filium delinquere dicitur: quia ſi ſciret nō peccaret. Alias non eſſet ex ignorantia: licꝫ forte ignorando hoc faciat cum ex malicia tranſgreditur. hoc ē a certa ſcientia: et ſicut īpulſu ſenſualitatis dicitur peccare in ſpiritumſanctum. hoc facit ex electione ⁊ libertate volūtatis huius peccati. Sex aſſignātur ſpecies ſcilicet deſperatio et preſumptio/que expellunt duo ꝙ potiſſimum nos retrahunt a peccato: ſcꝫ ſpem premiorum et timorem penarū: vel inordinate procedunt cōtra iuſtitiam et miſericordiam dei que a peccato retrahūt. Preſumptio nimis extēdit miām dei. deſperatio nimis coarctat iuſtitiam dei more Cayn Geñ.4. Maior eſt iniquitas mea ꝙ vt veniam merear. Aliud ē impugnatio veritatis agnite cum aliquis veritatem fidei agnitam gratis impugnat. ¶ Quarta ſpecies eſt fraterne gratie inuidentia cū quis inuidet gratie dei creſcenti in mundo: et ſic talis habens has duas ſpēs a ſe remouet veritatem agnitā/et grām dei. Due ſunt alie ſpecies: ſcꝫ impenitentia: id eſt actus poſitiuus ꝙ homo proponit non penitere. aliud eſt obſtinatio: id ē propoſitum actuale de nolendo cauere in poſterum ſicut eſt impenitentia de preterito. Per iſtas duas ſpecies homo remouet illa que eum inducunt ad bene penitendum: ſcꝫ feditatem actus ⁊ velle permanere in illo. Et iſta ſex peccata poſſunt intelligi per has dictiones dic pio. d/Deſperatio. i/Jnuidentia fraterne gratie. c/Cognite veritatis impugnatio. p/Preſumptio. i/Jmpenitentia finalis. o/Obſtinatio. Beatus Auguſtinus in libro retrac. addit hanc conditionem ꝙ in ſcelerata mentis peruerſitate homo vitam finiat inquiens. Peccatū ad mortem puto eſſe cū poſt agnitionē dei per gratiam dñi Jeſu chriſti quiſq; oppugnat fraternitatem: et aduerſus grām qua reconciliatus eſt deo: inuidentie facibus aggrauatur. hoc autem addendū fuit ſi in hac ſcelerata mentis peruerſitate vitam finierit. Et Aug. in ſermone dñi. Tanta eſt labes illius peccati: vt deprecandi humilitatem ſubire non poſſit. etiā ſi peccatum ſuum mala conſcientia et cognoſcere: et enunciare cogatur. Ecce varium modū ſanctoꝝ loquendi de peccato in ſpiritumſanctum ſcḋm primā acceptionem iſte ſpēs aſſignate nō eſſent in ſpūſctū. Scḋm hanc vltimam acceptionem requiritur ꝙ homo finaliter in peccatis decedat quod non requiritur penes ſecundam acceptionem. Nō proſequor q̄ſtionem ꝑ concluſiones de prima acceptione termini: quia illa eſt ſatis lucida. Tum ſecundo ad remouendam confuſionem q̄ in multiplici equiuocatione accidere ſolet oīm dicendorum ſit hec prima concluſio. ¶ Peccātū nullum dicaꝫ eſſe in ſpūſctū eo ꝙ ſit contra ſpūſctū capiendo ꝓ tertia perſona in diuinis: et non ꝯtra patrem vel filiū. Jn quacunq; equiuocatione terminus capiaꝫ vtimur pre poſitione in pro contra. Probatur cōcluſio. Nemo delinquit contra vnam perſonam in diuinis quin contra quamlibet in diuinis peccat. Probatio quia earum ē vna deitas et vna voluntas: et ſi capiatur peccatum in ſpiritumſanctum pro illo quod immediate dirigitur contra tertiam perſonam in diuinis. actus ille

in vnam perſonam dirigi non poteſt quin in quamlibȝ
dirigatur hoc ex prima diſtinctiōe primi patuit. ¶ Se
cunda concluſio. Peccatum dicitur eſſe in ſpiritumſā
ctum eo ꝙ eſt contra appropriatum ſpiritusſancti: ſcȝ
bonitatem. hoc eſt electione et certa ſcientia peccatur.
Probatur quia ſi ex īfirmitate hoc eſt ex impulſu ſen
ſualitatis peccat contra patreȝ delinquit. Si ex igno
rantia vincibili contra filium peccat: vt ex notatiuncu
lis patet. Relinquitur ergo ꝙ ad peccatum in ſpiritū
ſanctum requiritur ꝙ ſit ex certa malicia. ¶ Tertia cō
cluſio. Non eſt de ratione peccati in ſpiritumſanctum
ꝙ ſit omnium petōrum aliorū a peccato in ſpm̄ſanctuȝ
grauiſſimuȝ. Probatur: ſiue propoſitio exponaꝶ affir
matiue vel negatiue. Probatur: finalis impenitētia
eſt peccatum in ſpiritumſanctum ſimiliter obſtinatio
et tamen ſtat dare tales actus momentaneos vel bre-
uimora continuatos qui longe inferiores erunt ꝙ̄ ho
micidium potiſſimum viri vtilis pro republica ꝙ̄ mul-
te ſpecies inuidie vel ſuperbie cōtra deum. peccata ta-
men in ſpiritumſanctū ſunt multū grauia. dicere ꝙ de
ratione peccati in ſpiritumſanctū eſt proprie capiēdo
eſt eſſe contra aliquod preceptū prime tabule eſt p̄ter
modum loquendi doctorum: et difficultas eſt de termi
no: nec hac via eliditur concluſio. ¶ Quarta cōcluſio.
Peccatum in ſpm̄ſanctū ſecūdo modo eſt irremiſſibi-
le: id eſt difficulter remoueri poteſt ſimpliciter tamen
remiſſibile tales terminos interdū capim⁹ pro illo qd
fieri nequit. nonnunꝙ̄ pro illo quod cū difficultate fie-
ri poteſt. vt patet in vulgari modo loquendi de im poſ-
ſibili incurabili: et ceteris id genus. Probatur cōclu-
ſio. Omne peccatuȝ ꝑ quod remouetur cauſa peti pur-
gatiua egerrime remittitur: ſed ſic eſt de petō in ſpiri-
tumſanctum. igitur: ꝯña tenet cū maiore: et minor pro
batur ſic per preſumptionem. Homo de dei mīa diffi-
dit ſine habenis delinquens credens deum ei oīa di-
miſſurum per deſperationem homo de materia dei ni-
mis parum diffidit: ⁊ ita eſt facile inducere in aliis pec
catis q̄ numerauimus. ¶ Confirmatur hec ratio gra-
ui morbo laborās medicinas ꝑ quas curari pōt abiici-
ens difficillime curatur: ſed ſic eſt ꝙ iſte laborat grauiſ
ſimis morbis ſpūalibus: et cām eos delendi remouet.
Amplius ex ignorātia peccans facile promeretur ve-
niam: vt patet ꝑ apoſtolū prime ad Thimo. primo.
Miſericordiam conſequut⁹ ſum: q: ignorās feci. Et q̄
peccat ex ignorantia eam tranſeūte penitet. vt patet
Tertio Ethicoꝝ. Idem patȝ de illo qui peccat ex infir
mitate vel paſſione. quēadmodū eſt incontinens Se-
ptimo Ethicoꝝ. ſed qui ex certa malicia: vel ex intēpe
rantie gradu peccat. non ſic ꝓmereꝶ veniam. ¶ Ultia
concluſio. Peccatū in ſpiritūſctm̄ cōmiſſum terminuȝ
accipiendo tertio modo non remitteꝶ in hoc mūdo nec
in alio. Q: in hoc mundo patȝ: ex acceptione termini.
Q: in alio mūdo hoc ptȝ: lignum vbi ceciderit ſiue ad
auſtruȝ: ſiue ad aqlonē ibi erit Eccleſiaſtes. xi. et hoc po
tiſſimū de petō mortali. quemadmodū ſolet eſſe pecca
tum in ſpm̄ſanctū. ¶ Cōtra ſcđam cōcluſioneȝ arguiꝶ
ſic. Nemo pōt peccare ex certa ſciētia: q: nemo reſpi-
cit ad malū volens. ſcđm Diony. Et bonū oīa appetūt
primo Ethicoꝝ. ¶ Scđo arguiꝶ. Impugnare v̄itateȝ
agnitam nō eſt petm̄. ergo nō eſt petm̄ in ſpiritūſāctuȝ
ꝯña eſt nota primo Prioꝝ. Si aqua nō eſt pot⁹ nō eſt
potus hūid⁹. et aūs ptȝ: q: hoc fit in īpugnatiōib⁹ cō-
cluſionū tam in actib⁹ ſorbonicis ꝙ̄ ſcriptis. ¶ Ad p̄-
mum nego aūs. bonū verū vel apparēs eſt obiectū vo-
luntatis. Secūdo ꝓbabile eſt ꝙ volūtas pōt velle ma

lum ſub ratione mali. Bonuȝ vt cōuertitur cuȝ ente eſt
obiectuȝ volūtatis. ¶ Ad aliud dicitur ꝙ impugnare
veritatem agnitā gratia ſcholaſtice exercitatiōis nul-
lo pacto eſt petm̄. Dubitare de ſingulis non eſt inuti-
le teſte pħo in p̄dicamentis: ſed more Arrij: et heretico
rum īpugnare v̄itateȝ fidei agnitā: vt introducaꝶ falſi
tas ē peccatū in ſpiritūſanctum. ¶ Tertio arguiꝶ con
tra iſtum numerū ſpēruȝ p̄ſum ptio eſt ſpēs ſupbie. igi
tur non eſt peccatū in ſpiritūſanctū. tenet ꝯña q: petm̄
in ſpiritumſanctū diſtinguiꝶ a ceteris petis. Inſup in-
uidentia fraterne grē eſt ſpēs inuidie: vt patuit ex diſti
ctione p̄cedenti. ergo nō eſt ſpēs peti in ſpiritūſanctū
ꝯña tenet vt prius. ¶ Ad tertiū diciꝶ ꝙ duplex eſt pre
ſumptio q̄dam de meritis: et illa eſt ſpēs ſupbie: vel ſal
tem filia eius: vt ſi quis p̄ſumat ſe magis idoneuȝ ꝙ̄ ſit
et vult capere officium honorificum in exaltationē ſue
glorie. Alia eſt p̄ſumptio de īpunitate petōruȝ totaliꝶ
auferens latitudinem iuſtitie amplians viā ad pecca-
tum: et claudens viā ad grām: ⁊ talis eſt p̄ſumptio de
qua loquimur. ¶ Ad quartū dici ſolet ꝙ duplex eſt in
uidentia fraterne charitatis. Aut eni ex hoc doleꝶ quis
per grām fratris putat aliquod bonū in ſe vel in alio
qđ appetit minui: et ſic pertinet ad inuidiā. Alio mo-
do q: tanta malicia deprauatus eſt talis inuidēs ꝙ bo
num qđ in ſe nō videt nulli aliꝫ ineſſe velit: licet nihil ſi
bi ex hoc incōmodi accidat: et hoc eſt peccatū in ſpiri-
tumſanctū: et nō eſt ſpēs inuidie. ¶ Cōtra hoc arguiꝶ.
Diffinitio inuidie vtriqȝ ꝯuenit. ergo etiam eſt inuidia
et peccatū in ſpiritūſanctū: ⁊ ſolū erit diſtinctio forma
lis inter petm̄ in ſpiritūſctm̄: et petm̄ non cōmiſſum in
ſpiritumſanctū niſi diffinitionē inuidie nimis coarcta
ueris. Item nec illa via euadere potes. quod ſic ꝓbo.
Pono ꝙ aliquis ſeduct⁹ ab alio impugnat v̄itatē: iā
ꝓpter ignorantiā talis volitio hoc faciendi nō eſt pec
catum in ſpm̄ſctm̄: ſed petm̄ in filium ſicut aliqui ſim-
plices iudeorū fecerūt: accedat ſcientia ex malicia vo-
luntatis adhuc poteſt velle īpugnare v̄itatem agni-
tam. Tunc ſic eadem volitio q̄ primo erat petm̄ in fili-
um et nō in ſpiritūſctm̄. poſtea peccatū in ſpiritumſan
ctum efficiꝶ et res non labitur de ſpecie eētiali in ſpe-
ciem eētialem. ꝗ petm̄ in ſpiritumſctm̄ eſt eiuſdē ſpēi
entitatiue cū petō quod nō erat in ſpiritūſanctuȝ. Nō
videtur ꝙ propter clariorē noticiā in intellectu produ
catur act⁹ noue ſpēi in volūtate ab actu q̄ prius erat:
et ſi ſic tergiuerſationē adinuenire laboras: argumen-
temur de petō quod eſt primo in p̄ſcm: puta ex paſſio-
ne allectiua: ⁊ poſtea ꝯtinuetur ille idē actus ſine paſ
ſione iam incipit eē petm̄ ī ſpm̄ſanctū. ¶ Ulterius ar.
ad idem. Uolo peccare ꝑ ſuperbiā: et īpugnare v̄ita-
tem agnitam hoc velle eſt petm̄ in ſpiritūſctm̄. ſuppoſi
to ꝙ nec ex infirmitate nec ex ignorātia ꝓcedat: et ta-
men ille actus eſt ſupbia. ergo ideȝ actus eſt ſupbia: et
peccatū in ſpiritūſanctū: ſed hic diſtinguis vel act⁹ ha
bens materiā vnius ſpēi ī ſpm̄ſanctū: vel pluriū ſpērū
in ſpm̄ſanctū ſic negas: vel qñ cū materia peti ī ſpm̄ſā
ctum ſimul cadit ī materiā peti q̄ nō eſt in ſpm̄ſctm̄ et
ſic ꝓcedis. Secus ē de aliis actib⁹. ¶ Sed ꝯtra. eſto ꝙ
ita dicas p̄cli argumēto non ſatiſfacis. Propterea ꝯce
diꝶ ꝙ petm̄ ī ſpm̄ſanctū ē eiuſdē ſpēi cū petō: vel ſalteȝ
in extrinſecis temporib⁹ nō eſt ī ſpm̄ſctm̄: et hoc capiē
do petm̄ ī ſpm̄ſctm̄ ī ſcđa acceptiōe: q: de tertia acce-
ptione nulla eſt prorſus difficultas. ¶ Cōtra quartaȝ
concluſionē arguiꝶ ſic. Petm̄ in ſpm̄ſctm̄ eſt peccatū
ad mortem: non dico vt oret quis pro eo: ſicut habeꝶ p̄
mi Ioannis vltimo. ergo nullo pacto remittetur cum

eſt ad mortem loquimur ſecundum legem: puta q̃ non
remittetur non dubitamus quin ipſum deus remitte-
re poteſt: et ipſum eſt remiſſibile ſiue remittat ſiue nõ.
Ad illud dicitur q̃ multipharia3 peccatum dicitur ad
mortem. Uno modo vt ſit idem peccatum ad mortem:
quod mortale ſecundum q̃ dicitur primi Joannis vl-
timo. Omnis iniquitas eſt peccatum ad morte3. Alio
modo dicitur peccatum ad mortem in quo quis morit
et ſecundum hoc dicitur in Gloſa primi Joannis vlti-
mo. vbi dicitur ad mortem eſt peccatum quod ſeparat
a deo: ſicut mors ſeparat animam a corpore. Mors au
tem ſeparat animam a corpore irregreſſibiliter. Alio
modo peccatum ad morte3 dicitur q̃ diſponit ad inex
cuſabilitatem peccati: quia nec ex ignorantia nec ex in-
firmitate: et ſecundum hoc poteſt ſolui argumentum.
¶ Contra vltimam concluſionem arguitur ſic. Ex ea
ſequitur q̃ nullum eſſet dabile peccatum in ſpiritumſan
ctum. hoc pñs eſt falſum: q2 eſt contra oẽm acceptionẽ
peccati in ſpiritumſanctu3. Probo pñam. Non loqui
mur de peccatis que fiunt poſt mortem: et qualitercũ-
q3 dicatur. hoc non impedit ꝯſequentiam ſi eſſet aliqđ
peccatum in ſpm̃ſctm̃ eſſet ꝯmiſſum in hac via: ſed hoc
non. da ipſum et ſit a. Tunc ſic vel de a ſortes poteſt pe
nitere in vita vel non poteſt. ſecundum non eſt dicendũ
¶ Si primu3 ponatur q̃ de eo peniteat. Ex illo ſequit
q̃ non eſt peccatum in ſpiritumſanctu3: et per pñs pec
catum in ſpm̃ſanctum non dediſti. Eodem modo de qli
bet peccato quod dabis argumentabor q̃ non eſt in ſpi
ritumſanctum. ¶ Rñdetur negando q̃ nullum ſit pec
catum in ſpm̃ſanctũ: et quando vnum petis de a/et cõ-
cedo q̃ ſortes poteſt penitere in vita: ſed tunc nego q̃
vnq̃ fuit peccatum in ſpm̃ſanctum illo modo capiedo
vocabulum: quia ponere q̃ de illo peniteat incompoſ-
ſibile conſtruis contra peccatum in ſpiritumſanctum.
Hoc ẽ ſatis facile cognitu ex materia de futuro ꝯtigẽ-
ti queris a me an antichriſtus eſt futurus quo admiſſo
petis: an poteſt non euenire: et palam eſt q̃ ſic. quod ſi
ineſſe ponatur neceſſe eſt hanc inficiari. Antichriſtus
erit: et hoc lucidiſſimum eſt aliquid in obligationibus
intelligenti: quia poſitio vnius contradictoriorum eſt
alterius contradictoriorum depoſitio et contra. Ex ar
gumento ſolum ſequuntur he propoſitiones. ¶ Pri-
ma. Sortem de pctõ in ſpm̃ſctm̃ penitere eſt impoſſibi
le. ¶ Secunda propoſitio Sortes impoſſibiliter pe-
nitet de pctõ in ſpm̃ſctm̃. ¶ Tertia ꝓpoſitio. De pec-
cato i ſpiritũſctm̃ ſortes poſſibiliter penitet. ¶ Prima
pat3 per de ineſſe illius ſecluſo modo reliq̃s oĩbus ter
minis ſeruatis. ¶ Secunda propoſitio pt3. per impoſ
ſibilitatem de ineſſe illius. Iſta nõ eſt poſſibilis ſortes
penitet de peccato in ſpm̃ſctm̃ ſecundum lege3 loquo:
a penitẽtia ſufficiente ſi penitet iam tolli.ẽ culpa. ergo
non eſt pctm̃ in ſpiritũſanctũ. ¶ Tertia ꝓpoſitio pt3.
Q̃uocunq3 peccato mortali dato: puta obſtinatiõe ar-
guitur ſic. De hoc pctõ ſortes põt penitere. hoc pctm̃
eſt vel põt eſſe pctm̃ in ſpiritũſanctũ. g̃ de pctõ in ſpm̃-
ſanctu3 ſortes põt penitere. pñã eſt ſyllogiſmus expo
ſitorius: et ꝑmiſſe ſunt lucide. Si vtamur terminis dua-
bus primis acceptionibus: tunc iſta eſt cõcedenda ſor
tes poteſt penitere de pctõ in ſpiritumſanctum.

Dubitatur an aliquod peccatum
veniale poteſt eſſe i ſpiritũſanctũ. Et arguitur
tur q̃ ſic. Aliquis poteſt eſſe obſtinatus in
veniali volendo ei ſmobiliter adherere tũc
talis volitio eſt venialis: et eſt in ſpiritumſanctũ. ergo
aliquod pctm̃ in ſpiritumſctm̃ eſt veniale. ¶ Forte di
cis ad peccatum in ſpiritũſanctum requiritur obſtina
tio de omnibus peccatis ſuis. ¶ Contra hoc arguit.
Homo velle complacere in omnibus venialibus ſuis
et is adherendo et probabilitate morali credit ſe nõ ha
bere alia peccata: et ſit ita adhuc non peccat mortali-
ter. Similiter de primis motibus in iſtis ſpeciebꝰ ar-
gumentari poteris. ¶ Reſpondetur non video neceſ-
ſarium nec rationi multum conſentaneu3 negare par
tem affirmatiuam dubitationis. vt patet per ratiões
iam adductas. ¶ Sed dubitas: an peccatum quod ho
mo ſcienter: et nõ ex infirmitate extra has ſex ſpecies
facit dicatur peccatum in ſpiritumſanctu3. Potes di-
cere q̃ ſic cum ex certa malicia delinquit. hoc eſt ſine in-
firmitate vel ignorantia. et contra bonitatem ſpiritu-
ſancti: et ſic homicidiũ aliquod poteſt dici pctm̃ in ſpi
ritumſanctum. Et hac via non coartaberis tenere pre-
dem in ſenario numero ſpẽrum in ſpiritumſanctum: ſ3
campum latiorem reſpondendi habes. Et dicetur ad
patrum auctoritates liber: quia Sancti vario modo
vſi ſunt termino. ¶ Secundo dicetur q̃ ille numerus
ſenarius ſpecierum eſt periculoſior inter reliquas ſpe
cies dabiles. ¶ Tertio dicere potes q̃ ſi quis peccet
ſine impulſu vel ex certa ſcientia extra has ſpecies in
ſpiritumſanctum non delinquit proprie loquendo: q2
requiritur q̃ peccatum ipſum impedimentum tollat
per quod peccata regulariter cohibentur quod non cõ
tingit in homicidio dato: bene tamen eſt aliqua conue
nientia cum peccato in ſpiritumſanctum. Ex omibꝰ
patet q̃ due ſpecies ſunt circa deum: vt deſperatio/et
preſumptio due circa ipſum habentem: vt impeniten-
tia de preteritis. hoc eſt nolle deteſtari preterita: et ob
ſtinatio. hoc eſt velle adherere in poſterum. Due circa
proximum: vt impugnatio veritatis cognite: et inui-
dentia fraterne gratie. Et licet inobedientia videatur
eſſe peccatum in ſpiritumſanctũ ſecundu3 q̃ dicit Ber-
nardus in libro de precepto et diſpenſatione non eſt id
ipſu3 nolle obedire et non obedire. Hoc interdu3 erro
ris eſt nonnunq̃ infirmitatis. Illud vero aut odioſe per
tinacie: aut contumacie non ferende: quod ipſum repu
gnare eſt reſiſtere ſpiritui ſancto: et ſi vſq3 ad mortem
perdurauerit blaſphemia eſt non remittenda. Ex quo
videtur q̃ inobedientia ad minus quidem ſit pecca-
tum in ſpiritumſanctum: et ita videtur q̃ plures ſint
ſpecies: tamen inobedientia de ſe non eſt peccatum in
ſpiritumſanctum: ſed ipſa pertinacia contumacie: et po
teſt reduci ad obſtinationem. Similiter de ſimulatio-
ne penitentie dicatur de ſe non eſt peccatum in ſpiritũ
ſanctum: ſed bene impenitentia que ſub ea latet: et per
hoc intelligatur Gloſa Leuitici. 10. ſuper illo ve. bo in
ter hec vero Hyeci vbi dicitur ſicut vera penitentia ve
niam promeretur: ita ſimulatio deum irritat. hoc au-
tem ſancti patres irremiſſibile peccatum et blaſphe-
miam in ſpiritumſanctum dixerunt. Sed eſt hic vani3
non ſilentio dandum cum quando quis peccat ſpe ve-
nie ductus vulgus putat eſſe peccatum in ſpiritumſã
ctum: et illud prorſus irremiſſibile apud noſtrates ple
beos conſtans eſt hec opinio: ſed iſtud eſt falſum. Me-
lius eſt: vel ſaltem minus malum eſt peccare cum ſpe
venie/ q̃ ſine ſpe venie.

¶ Diſtinctionis. xliij.
Queſtio. viij.

Queritur an ſit dabilis a
ctus venialis in actu volũtatis
ſpontaneo circa cuiuſcunq̨ pre=
cepti vel prohibitionis materi=
am non loquimur hic de appeti
tu ſenſitiuo: ſed ſolum de volun
tate: vt voluntas eſt. ¶ Reſpõ=
tur cõmuniter per duas propo=
ſitiones. ¶ Quarum prior eſt.
Quilibet actus voluntatis deliberatus contra mate
riam prohibitam ſub pena peccati mortalis eſt pecca=
tum mortale. Probatur hec concluſio. Aliquod eſt
peccatum mortale et non niſi circa obiectum prohibi=
tum ſub pena peccati mortalis. et in actu deliberato.
Iſta concluſio eſt certa apud omnes propterea eã ra=
tionibus vallare inane eſt. ¶ Secunda concluſio. Cõ
ſenſus ſurrepticius vel indeliberatus circa materiam
prohibitam ſub pena peccati mortalis eſt ſolum pec=
catum veniale. ¶ Sed contra iſtam ſecundam conclu
ſionem argumentabor inquiſitiue. et hoc ſic. Iſte con=
ſenſus indeliberatus vel ſurrepticius eſt actus volun
tatis liber circa materiam prohibitaꝫ ſub pena pecca=
ti mortalis. ergo iſte conſenſus eſt peccatum mortale.
ↄſequentia videtur plana intelligenti. et añs eſt notũ
quia de tali actu loquimur in preſentiarum. Si dicas
per ſurrepticium et indeliberatum actum in breui mo
rula elicitum intelliges. ¶ Cõtra hoc arguitur. quis
poteſt mereri et demereri in inſtãti: vt ex decima ſepti
ma diſtinctione primi patuit: et ſi teneatur oppoſituꝫ
cum actus voluntatis per vltimũ inſtans non eſſe ori=
ginem capit q̃ primum fuerit habebit ſufficiens tem=
pus ad peccatum mortale. ergo illic non eſt euaſio. Si
per actum ſurrepticium vel indeliberatum actũ remiſ
ſum intelligas. ¶ Contra hoc arguitur. Quelibꝫ pars
peccati mortalis cõmiſſionis (de qua nuc loq̃mur) eſt
peccatum mortale. ergo non datur aliqua pars q̃tecunq̨
remiſſionis circa materiam ſub pena peccati mortalis ve
titam quin erit peccatum mortale: ſaltem non erit fuga per
remiſſionem actus: q: vnum peccatum mortale pure parti
biliter elicietur: et ſic remiſſiſſimũ mortale non dabis.
¶ Ceterũ queritur abs te quot gradus actus debet
habere anteq̃ eſt peccatum mortale loquẽdo de minimo q̃
ad remiſſionem vel maximo quod non. Et rõnem
ſufficientem habere non potes. Iſtis duabus rõnibus
tanq̃ rationabilibus relictis circa alia que plus ap
parentie habent inſiſtamus: vel actus vocatur indeli
beratus in voluntate: quia hꝫ noticiã ſimplicem in in
tellectu: et deliberatus: q: habet iudiciũ complexum
ſed hoc improbatur. Primus angelus volebat habere
equalitatem dei: vt in ſexta diſtinctione dictuꝫ eſt: et ta=
men non habuit iudicium complexum in intellectu q̨
equalitas dei erat a ſe appetenda: ſed ſoluꝫ habuit no
ticiam ſimplicem apprehenſiuam rerum ſignificataꝝ
per extrema. Hoc cõmunius approbatur. Preterea il=
lud probatur ratione dato q̨ quis habuerit dictamen
prudentiale in intellectu voluntas poteſt contraire il
li dictato ex libertate ſua: ſed non poteſt ſimul eſſe: iu=
dicium in intellectu q̨ illud eſt faciendum. ergo ſine iu
dicio de aliquo faciendo voluntas poteſt peccare. Nõ
iuuat currere ad imperfectionem iudicij: quia ſi noti=
cia apprehenſiua rerum ſignificataruꝫ per extrema p
ꝫ eſt . . . enis ſufficit ad peccandum mortaliter. a fortiori
quodlibet iudicium ſufficiet. ergo oportet dicere quẽ=
libet conſenſum voluntatis libere elicitum eſſe pecca
tum mortale: ſemper loquor circa materiam prohibi=
tam ſub pena peccati mortalis. ¶ Forte dicis quãdo
voluntas fertur in obiectum ſine noticia tunc erit pec
catum veniale: quando cum ſufficiente noticia prima
erit peccatum mortale. ¶ Contra hoc argumentor vo
luntas non fertur in incognitum. ergo circa quodcun=
q̨ obiectum voluntas habet ſuum actum. intellectus
prius tempore vel natura ſuũ actum habet: et tam (vt
ſupra) queritur quid intelligis per noticiam imperfe
ctam vel noticiam remiſſam vel iudiciũ? Et arguitur
vt ſupra. Forte dicis ſolus habitus producit actum
voluntate non concurrente ad illum conſenſum: vt pa
tet in habituato iurare. ¶ Contra hoc arguitur. Tũc
ille actus non erit ipſius voluntatis elicitiue: licet be
ne ei inhereat. et per ↄñs non habebit dominium volũ
tas ſuper illum actum. ergo ei non imputabitur. Itẽ
inconueniens eſt ponere habitum qui eſt inſtrumentũ
intellectus vel voluntatis poſſe producere actuꝫ ſine
principali agente: ſcilicet ipſa anima. quod patet: quia
tunc produceret actum in dormiente cum non requira
tur concurſus ipſius voluntatis per te. Item tunc ho
mo vt in ratione neceſſitabitur exire in actum impera=
tum ab illo actu interiori: vt in homicidium vel aliq̃d
huiuſmodi quod eſt inconueniẽs. ¶ Forte dicis talis
peccat: quia ille actus ex culpa eſt genitus: et ſic actus
ab habitu mediate procedens mediate eſt in poteſtate
noſtra: quia actus productiui habitus erãt in poteſta
te noſtra: ſicut probat Ariſtoteles Tertio Ethicorum
de lapide a nobis proiecto qui iam eſt in medio. ¶ Cõ=
tra. tunc habebimus q̨ ſi habitus ex culpis mortalibus
generetur q̨ actus ab illo ſolo habitu procedens erit
peccatum mortale. Preterea ſi quempiam peniteat
actuum malorum preteritorum ſimiliter et habituuꝫ
ſi volueris. iam actus procedens ab illo habitu nullo
pacto erit peccatuꝫ ſicut alij dicunt: ſi quis penitue . . e
de exceſſiuo potu anteq̃ temulentiam totaliter incur=
rat occidendo non peccat. Fortaſſe dicis ſatius eſt p=
pter iſta tenere q̨ quilibet actus voluntas (vt volun=
tas eſt) contra preceptum obligans ſub pena peccati
mortalis eſt peccatum mortale. ¶ Sed contra hoc ar
guitur. Ex illo ſequitur q̨ quicunq̨ peccat ex habi=
tu ſurrepticie peccat mortaliter quod eſt contra com=
munem doctrinam theologorum: et expreſſe contra
Auguſtinum de incauto periurio exemplificantem
vbi nominat peccata venialia diſtincta a mortalibus: et
vt patet vigeſima quinta diſtinctione cap. vnum hora
rium circa finem. ¶ Secundo arguitur. Pene reſtrin
gende ſunt: et potiſſimũ culpe q̃ ſunt matrie penarũ: ſꝫ
ſi teneamus oppoſitũ viaꝫ desperationis dabimus. ¶ Tertio ſic
ar. Occidẽs hoiem i ebrietate ſiue ex culpa puta ſiue ſi
ne culpa nõ peccat. vt ex. 17. diſt. q̃rti patuit. Et tũc ſic
cap. o ſortẽ q̃ hꝫ octo gradus rõnis: et infinitos ſecum ad
imaginationẽ tñ rõis hñtes. volo q̨ plato q̃tuor gradus
rõnis amittat p exceſſiuum potum: ita q̨ ratio ſua eſt
ſubdupla ad rationem ſortis. pono Ciceronem qui ex
gradus rationis amittat per exceſſiuum potum geo=
metrice: ſic ſcilicet q̨ ſortes plus rationis in duplo ha
bet q̃ plato: et plato plus rationis habꝫ i duplo q̃ Ci
cero: et Cicero plus rõis hꝫ q̃ Petrus: et ſic ſine ſtatu ge
ometrice deſcendendo: vel ſint viginti: vel triginta. et
eodemmodo currit argumentum. Omnes iſti occidãt
homines equales q̨ ſit equalitas peccati ex parte ob
iecti: ſed Alexander plene temulentus / qui etiam oc=
cidat: ſortes plus peccat q̃ plato: et plato plus peccat
q̃ Cicero: quia ſecundum omes ebrietas tollit a tãto:

ergo ſemper maior exceſſus ad ebrietatem plus tollit Alexander non peccat occidendo. ergo dabitur aliq̄s occidens in iſta multitudine/qui venialiter peccabit/ qui ferme nihil rationis habet. Sed dices ſemper poſterior plus peccat q̄ precedens: ſed quilibet iſtorum aliquid rationis habens mortaliter peccat. ¶ Cōtra. Licet furtum prohibeatur ſub pena peccati mortalis dabile eſt aliquod furtum veniale ob paruitatem obiecti. ergo eodē modo erit de homicidio dicetur. aliqđ furtum eſt prohibitū ſub pena peccati venialis: et plenus conſenſus in illo eſt peccatū veniale. modo homicidium auctoritate propria ſub pena pcti mortalis eſt prohibitum: et ſic latiſſimum eſt diſcrimen: etiā negas temulentiam ex culpa acq̄ſitam a toto excuſare peccatū.

¶ Sed contra ſcdm dictum erit replica de toto iſto exceſſiuo potu ſine culpa aſſumpto. ¶ Propterea arguitur ſic. Ignorantia inuincibilis excuſat a toto. ſecundum omnes: ſic Jacob cognoſcendo Liam non peccauit: et ſi quis dans operā rei licite: puta in bello iuſto patrem ex ignorantia occideret quē nō tenetur vincere nullo pacto peccat: ſed iſte poteſt apponere omnem diligentiam quam tenetur adhibere. dempta vna veniali quam amittit: et dat operam rei licite. ergo ſolū venialiter peccabit circa materiam ꝓhibitam ſub pena peccati mortalis. Sed dices illa materia nō eſt ei ꝓhibita ſub pena peccati mortalis in illo caſu propter circumſtantiam ignorantie. iam habetur ꝓpoſitum q̄ caſus ſit contingibilis. patet Extra de homi. volū. vel caſu/ et capiam caſum capituli pſbyterū qui quēdam puerum percuſſit in capite. Stat q̄ regens excedat normam diſcipline in cedendo ſcholaſtico: et nō ſemp mortaliter: quia hoc durū eſſet dicere. Similiter ſtat cirurgicum vel phyſicum in curando infirmo vel ictu excedere in applicatione inſtrumentoꝝ ſui artis. et non ſemp mortaliter: q2 hoc eſſet laqueos ſub pedibus eorū porrigere. ¶ Amplius arguit ſic. Quod nullam cul. ꝑ primam: vel ad habitū imputabilē currere potes. capio puerum ſub annis diſcretionis. capio totale tempus in quo nihil diſcretiōis habet: et totale tempus in quo diſcretionem habet. Iſta tempora ſunt immediata: et continuantur. ratio ſucceſſiue venit: tunc in illo inſtāti medio nō peccat: neq̄ immediate poſt hoc peccabit mortaliter circa quācunq̄ materiam actum elicuerit: ſed ſolum venialiter et loquamur de preceptis negatiuis ad euacuanda diffugia de tempore inducēdū. Probatur eadem pars auctoritate Auguſtini .12. de trin. ta. et. vt magiſter in vigeſima quarta diſtinctione huius recitat et per gloſam ad Ephe. quarto de modo ſurreptionis etc. ¶ Reſpondetur. illa pars videtur acceptāda q̄ circa materias prohibitas ſub pena peccati mortalis ſtat dare veniale: ſed modum dare quomodo illō fiat non eſt facile: ſed impreſentiarum duobus modis reſpondetur id fieri poſſe. Vnomodo ſic. q̄ ad conſenſum perfectum in voluntate requiritur iudicium in intellectu: et talis conſenſus voluntatis vocabitur plenus: quia intellectus plene iudicat. aliqui dicunt q̄ requiritur iudicium in intellectu ad omnem actum elicitum in voluntate: vt in prima diſtinctione primi diximus. Ego relinquā vnam partem illius dicti: et mediam inter commune dictum et illud accipiam ſecundum illud Poete. Inter vtrunq̄ vola medio tutiſſim᷒ ibis. Et dicimus ſic q̄ noticia ſimplex rerum ſignificatarum per extrema propoſitionis: vel vnius extremi ſufficit ad veniale: ſed requiritur iudicium ad peccatū mortale. ¶ Sed cōtra iſtud ſic arguitur. Primus angelus appetit equalitatē dei. ex ſexta diſtinctione huius. et in hoc mortaliter peccauit: et tamen non habet tale iudicium in intellectu q̄ equalitas dei erat ab eo appetenda: quia ſic error in intellectu p̄ceſſiſſet peccatum in voluntate quod non eſt dicendum. ¶ Secundo arguitur. Primus angelus licet in primo inſtanti ſui eſſe non peccauit. poterat tamen peccare in illo p̄ ſimplicem noticiam apprehenſiuam ſine iudicio. ¶ Ad p̄mam reſpondetur multiphariam ſemper concedendo q̄ equalitatem dei appetierit. Tum primo non eſt idē de angelo et de nobis in ſtatu nature lapſe: nec de nobis in ſtatu nature inſtitute et deſtitute. Clariorem noticiam poteſt habere angelus q̄ homo vel Adam ante lapſum q̄ nos etiam per eandem noticiā numero. Rapidius obiectum cognoſcit angelus q̄ nos. modo perfectio cognoſcendi multum facit ad grauitatem peccātī vt patet de ſcientia/ et ignorantia que peccatū augēt et attenuant. Tum ſecundo: licet angelus habuerit iudicium in intellectu q̄ equalitas dei erat ab eo appetenda: non ſequitur q̄ error in intellectu culpam in voluntate preceſſit: quia in eodem inſtanti peccauit. De prioritate temporis non curramus. Tum tertio et melius q̄ ſecundo concedendo q̄ habuit iudiciū in intellectu angelus q̄ equalitas dei erat appetenda: quia filius dei ſecundum apoſtolum rapinam non arbitrat᷒ eſt ſe eſſe equalem deo: et ex tali iudicio vero in intellectu voluntas poterat elicere actum in voluntate volēdo equalitatem dei appetere a ſe volūtate creata. Sꝫ forte dicis ad habendū iſtud velle equalitas dei eſt petenda a me. requiritur hoc iudicium in intellectu volūtas dei eſt a me expetenda: et ſic ſaltem prius naſa error in intellectu peccatum in voluntate p̄ceſſit. ¶ Reſpondetur negando q̄ tale iudiciū requirebatur in intellectu ad hoc q̄ voluntas in actum exire voluit. et hoc late de tibi detegitur: ſecundum communiter loquentes noticia ſimplex terminorum potius rerum ſignificatarum per eos vel rei ſignificate per vnum extremum ſufficit ad hoc q̄ voluntas peccet. ergo non requiritur quoq̄ pacto tale iudicium in intellectu qualis eſt act᷒ in voluntate. Quo fit licet voluntas in incognitū nō feratur: tamen hoc modo vel illo vult voluntas quomodo non eſt dictatum ab intellectu. ¶ Ad ſecundū conceditur q̄ peccare poterat per ſimplicem noticiā venialiter: ſed q̄ mortaliter nondum probatum eſt.

Etiam latum eſt diſcrimen de primo angelo: et nobis: vt eluendo argumentum precedens nuperrime tetigimus. ¶ Tertio arguitur. Si homo habuerit iudiciū in intellectu ſiue in vniuerſali: ſiue in particulari: ſiue copulatim: ſiue diuiſim voluntas poteſt contrauenire tali dictato peccando: vt ſi intellectus iudicat iſte non eſt occidendus a me. voluntas poteſt velle occidere iſtum. ergo non requiritur iudiciū in intellectu de iſto occidendo: quia ſic iudicia oppoſita ſtabunt in intellectu. ¶ Reſpondetur concedendo q̄ voluntas poteſt contrauenire ſuo iudicio et ſua libertate. Non dicimus q̄ requiritur iudicium in intellectu de hoc faciēdo q̄ voluntas vult facere ſufficit iudicium de ſuo oppoſito: ſicut ſecundum aduerſarios per eandem noticiam numero apprehenſiuam ſimplicem volūtas poteſt exire in vtrunq̄ oppoſitorum: puta in velle occidere: vel nolle occidere. Sic dicitur q̄ iudicium circa vnum contradictoriorum ſufficiens lumen miniſtrat voluntati ad exeundum in alterum contradictoriorum: et cum hoc (vt in primo diximus) illenotus [illegible] eius voluntatis contrarios ſuapte natura inclinat.

¶ Quarto arguitur. Iſte modus confundit peccata. ergo non eſt ſufficienter poſitus. ɔ̄ñs liquet et añs patet: quia illiterati. et etiã plerique eruditi non capiũt quando habetur iudicium in intellectu de ſuperbiẽdo vel non ſuperbiendo: vel quando habetur noticia ſimplex: et ſic non poſſunt ſua peccata mortalia confiteri: quia illud caput. Omnis de pe. et re. non obligat ad cõfitenda venialia ſiue mortalibus iungantur ſiue non. ¶ Ad quartum negatur ꝙ confuſio aliqua ab hoc modo proueniat: immo tota confuſio et obtenebratio ĩ modo aliorum inuoluitur non potentium explicare quid per conſenſum perfectum intelligant: et ſic nec doctꝰ nec indoctus poteſt ſcire de hoc peccato teneor confiteri: et illud peccatum in confeſſione detegere nõ ſum obnoxius quando quis dubitat de peccato: an ſit mortale vel veniale dubitatione probabili illud confiteri deuincitur pro loco et tempore: et hoc pro omni modo ſeruandum eſt. Etiam illitteratus non tenetur omnes circumſtantias mortales confeſſori confiteri: quia da oppoſitum et eos omnes agminatim apud platonem ſocabis in herebo rudibꝰ eorũ ſufficit confiteri illa que nouerunt craſſa minerua: et reſpõdere ad rogata a cõfeſſore. Etiam litteratum unum quẽlibet peccatorum ſuorum determinatus numerꝰ creberrime poſt lõgam indagationẽ fugit. ꝓpterea ex parte huius argumẽti modum dicendi non infirmas: quẽcunque modũ dederis pro talibus intricaturis illum lubenti animo amplectemur. ¶ Quinto arguitur. Habituatus iurare ſine quocũque iudicio peierat. ergo ad periuriũ vel ad aliud mortale non requiritur iudicium. añs patet: quia dicet ſibi nullum tale iudicium habere. ¶ Rñdetur: ſi ſine iudicio peierat tunc indeliberate et ſurrepticie iurat: et tunc nego ꝙ ſuum periurium eſt peccatum mortale: ſed ſolum veniale ſiue de habitu penituerit ſiue non. illud periurium procedit ab actu voluntatis libero. ſolus habitus non poteſt illum actum imperare: licet ad hoc multum inſtigare. Quo ſit ſi homo habuerit iudicium in inſtanti vel in breui tẽpore circa materiam ꝓhibitam ſub pena peccati mortalis: et voluntas ɔtrauenit per ſuũ actum tunc peccat mortaliter ſiue iudicium fuerit rectum in intellectu ſiue erroneũ ignorantia inuincibili. ſed ſi habuerit noticiam ſimplicẽ ſolũ non mortaliter: ſed venialiter peccat: et q̃libet eſt bonus iudex ĩ ſe ipſo q̃ñ ita eſt vel nõ eſt. Sed dices dormiẽs loquitur. ergo ſolus habitꝰ mouet linguam: et alias potẽtias. ¶ Rñſio. Aliqui dormiẽtes loquuntur vt experimur: et iterdum ad interrogata rñdent aliqui dormientes: ſed rupto ſõno obliuiſcuntur ſe rñdiſſe. Similiter aliquibus ĩ ſomno videtur ꝙ in pctõ conſentiant: et iudicia hñt in intellectu. Sed dicitur ꝙ nõ eſt ɔſenſus plenus volũtatis: nec iudicium intellectꝰ: quod patet: quia ille idem ſi vigilans eſſet nullo pacto in illud ɔſentiret (vt ĩ meipſo experior:) niſi noticiam ſentit cõtra q̃ ad pctm̃ non ſufficit. Sed vnde hoc prouenit ꝙ loquatur occulta eſt cã. poteſt eẽ magnꝰ habitus quem habet circa talẽ materiam: et fortis apphẽſio aliquorum terribilium: vt ꝙ ſomniat ſe eẽ occiſum vel cadere in ignẽ: vel a ſpũ arripitur. tunc ipſa aĩa potiſſimum in hñte organa diſpoſita mouet ad loquẽdũ: quia paruus conatus cũ talibus cãis ſufficit. quẽadmodũ paruus conatꝰ ſufficit pellere cipam a loco eminẽtiori ad locum demiſſiorẽ: ſed iſtud nõ videtur ꝙ põt ɔtingere in vigilãte. Propterea nõ audemus excuſare talem peierantẽ a toto. hoc eſt ꝙ nullomõ peccat: ſed ſufficit ꝙ venialiter peccet. Q3 ſi quis ſerioſe iſiſtere voluerit ꝙ idem erit in vigilãte ex habitu. dum illud ꝓbauerit habebit propoſitum: et per organa diſpoſita non intelligo illum qui facũde loquitur / balbutientẽ nouimus q̃ in ſomno clamabat: ſed tñ eo modo quo loq̃ poterat in vigilia celerrime ꝓnunciabit: et ita erit de his omnibus quos nos nouimus in ſomniis fuiſſe loquutos. ¶ Secundo ſic rñdebitur tenendo ꝙ vtrobique noticia ſimplex ad mortale ſufficit: et dr̄ ꝙ actus vocatur ſurrepticius quia ex inaduertentia aduenit: nõ quia in inſtanti. quia plenum poteſt eſſe iudiciũ in intellectu in inſtanti. Exemplariter hoc explicemus ſi vna potẽtia fuerit multum impedita circa ſuos actus. alie potentie ſic diſtrahuntur ꝙ paruũ vel nihil in ſuas operationes exeunt. Propterea Saul Dauidis pſalmodiã in cythara: vt minus a ſpiritu torqueretur vt ex primo Regũ videre eſt: ſic melodia in cymbalis beneſonãtibus anxietatẽ patientis ſi bene aduertat attenuat. Identidem ſi quis aliquam theoricã alte imaginetur non percipiet corã ſe tranſeũtes: et illud põt eſſe pluriphariam: vel quia capacitas actiua intellectus repletus ꝙ intuitiuã rei viſibilis non accipiat: ſed de hoc non loq̃mur: vel ꝙ talem noticiam ſuſcipiat que ꝓpter imperfectionem iudicium non producit ꝙ hic eſt ante me vel taliter indutus. Sic eſt capacitas actiua intellectꝰ totaliter ferme iniungitur circa vnum obiectum vel plura ꝙ tunc noticiam infirmam habet: et tenebroſam que non ſufficit ad hoc ꝙ actus eius pro tunc ſit mortalis. Capias vnum infirmum corpore quoad ferme amens fuerit: vel vnum temulentum cerebrum perturbatum habens vel paruulum ad annos diſcretionis venientem. magnitudo vel paruitas peccati noticiam claram: vel tenebroſam inſequitur: quia appetitus ſequitur intellectum. Tertio de anima. perinde eſt in adulto. interdum ſicut in infirmo vel in paruulo: vt in habituato iurare qui eſt circa vnam materiã intentꝰ quam cordi habet: vt de habẽdo lucro vel propulſanda iniuria. tunc habitus eius et intellectus ſimul ꝓducunt noticiam vnam tenebroſam iuriſiurandi quo habitualiter irretitꝰ eſt. Similiter voluntas eſt habituata quare ſubito actꝰ voluntatis ab habitu et volũtate ipſa emergit: et periuriũ imperat hoc eſt habituatũ ſine deliberatione exire in ſuum actũ: et ſurrepticie: quia non habet noticiã ſufficientẽ a pctõ mortali: ſed q̃ noticia quoad claritatẽ ad pctm̃ mortale requiratur. hoc nos creberrime fugit potiſſimum q̃ñ approxinquat noticia obſcuri. in noticia valde clara non dubitamus: ſicut reges oppoſiti in limitibus regnorũ digladiantur de portione terre ad quẽ ſpectat: ſed nõ de partibus remotis. ſic atra bile infectꝰ actꝰ ire ſurrepticie ꝓducit circa cor: accenditur ſanguis et corpe turbato mentẽ diſcraſiam ꝑpeti neceſſe eſt. que cũ ſua noticia ẽ ita tenebroſa. tunc nõ peccat mortaliter in ira: et licet tales actus ĩ nr̃a ptãte abſolute ſcite ſint non facile eos cohibemus. Propterea p̃mi motꝰ in volũtate dicuntur nõ eẽ in nr̃a ptãte. Q3 difficulter facere poſſumꝰ vulgariter nos dicimꝰ nos non poſſe facere. Ex oĩbꝰ his ſequitur. ꝙ aliquod periuriũ eſt ſolũ pctm̃ veniale: et ita in aliis gñibus pctõꝝ mortaliũ. etiam in volũtate: vt libera eſt: et hoc in p̃mis motibꝰ volũtatis vel in actibus indeliberatis: vel ſurrepticiis eius. Cõmuniter omnes imitantur beatum Augu. ꝙ in incognitum voluntas non feratur cui cum tota multitudo condeſcendit temerarium contra ire cenſemus. Hoc dixerim: quia homo poteſt excogitare tertium modũ ꝙ voluntas interdum fertur in ſuum obiectũ ſiue noticia ꝑuia: et talis actus eſt indeliberatus: et peccatum veniale ſicut eſt appetitus cibi: et potus: ſiue noticia p̃uia: ſed dici-

tur ꝙ non eſt ſimile ſecunda appetitione pure naturalis que nullum actum in appetitu ponit. Ex iſto patent he propoſitiones. Semp̄ manebunt difficultates ex omni modo deponendo diſcrimine inter mortale et veniale circa materiam precepti. Nec mirandum eſt: q: Galenꝰ ⁊ hyppocrates de vno quolibꝫ patiente oblato dicere nequibant iſte p̄io morbo animā aff labit iſte mortem nō oppetet: modo phyſicus ſpiritualis habet occultiora vulnera mentis diiudicare q̄ alter in corpore. Secūdo ſequitur ꝙ actus nō vocat̃ deliberatus: q: in tempore producitur ⁊ ſurrepticius: q: in inſtāti emanat. hoc correlariū quo ad oēs ſuas partes eluceſcit. Tertio ſequit̃ cū doctus in ſeipſo poteſt illud cognoſcere vtrūq̄ poteſt ſub rudi minerua illud rudiorıbꝰ aperire: et cognoſcere in cōfeſſione per circūſtantias: q: ars artium eſt cura animarum ſecūdū Gregoriū in paſtorali: et probatio illius dicta eſt materia quā tractamꝰ.

Dubitatur an delectatio moroſa circa materiā ſub pena peccati mortalis ꝓhibitam ſit peccatum veniale: et ratio dubitandi eſt: q: ſic cōmuniter dicitur: ⁊ beatus Augu. xij. de trini. quē magiſter recitat ponit ordinem peccandi in nobis talem qualis erat in primis parentibus in ſtatu innocentie: ſicut ſerpens euā temptauit: et eua prothoplaſtū ad comedendū pomū vetitum ſuggeſſit: ſic ſenſualitas inferiores partes anime pulſat: ⁊ ſi delectetur portio inferior anime moroſe erit peccatū veniale: et ſi volūtas conſenſerit que ſpeciem viri gerit mortale erit delictū. Sed licet ita cōmuniter dicat̃ materia difficultate non vacat: et arguitur ſic. Omnis delectatio vel eſt paſſio ſequens apprehēſionē obiecti cōuenientis cuꝫ potentia. vel actus voluntatis more aliorum ſecūdum ꝙ in prima diſtinc. de huiuſcemodi paſſionibus prouleꝛmatiſauimꝰ. vel ſequitur actum voluntatis puta dilectionem more aliorū: ergo nō imputabitur talis delectatio q̄tūcunq̄ moroſa ad culpam cui reſpondeat pena a ſua cauſa cū libera eſt diſiūcta. Arguitur vbiq̄ nulla delectatio ſiue circa licitum ſiue circa illicitum erit imputabilis ad penā. Secūdo argu̇it ſpecialiter de delectatione moroſa in re licita probādo ꝙ nec ſit peccatū puta culpa cui reſpōdeat pena: nec aliquid recte rationi diffor̄me in cōmeſtione cibi ⁊ potus manendo in latitudine temperantie nullū eſt peccatū ⁊ tamen ex tali comeſtione ſequitur delectatio naturaliter qui nullam culpam habet in ſua cauſa: ergo delectatio illa in nulla acceptione eſt peccatū. Eodēmodo probare potes de voluptate que in actu potentie generatiue contingit: vt quando vir caſtitate coniugali propriam cognoſcit vxorem. cauſa oblectamētū precedēs eſt licita nec aliquid illicite inuoluitur: ergo totus effectus eſt licitus: et ita arguatur de quacunq̄ voluptate que operationē licitam ſequitur. Ad actus ſtudioſos: et bonam vitā ſequitur voluptas: bonus ĩ ſeipſo pacatus intrinſecus: et extrinſecus ex iocunditate ſpiritus frontem hylarem oſtendit: ⁊ hoc patet quarto Ethicorum de eutrapelia que fit ad voluptatē honeſtā aliqui libellos intitularūt de honeſta voluptate. Propterea dicitur cōcluſiue per duas concluſiones. quarū Prior eſt voluptas ex cauſa honeſta ſequens non eſt demeritum: ſed citius meritū tanq̄ aliquid imperatū. ¶ Secunda concluſio. Paſſio a fonte vicioſo emergens licꝫ ſit peccatum idem labefactatio contra ordinem hominis inſtituti non tamen eſt peccatū cui aliqua pena diſtincta a quolibet alio actu reſpondet. Iſte due concluſiões ex dictis ſuperiꝰ ſufficiētur note euadūt. ¶ Sed contra iſta arguitur ſic: q: videtur eſſe contra proceſſuꝫ beati Auguſtini de peccatis qui ponit veniale in delectatione. et Auguſtinus in omelia de igne purgatorio exponens verba apoſtoli ait. Si quis ſuper hoc fūdamentum edificauerit ligna fenum ⁊ ſtipulā. Ubi nominat aliqua venialia et aliqua mortalia: vt homo diſcrimen ponat inter illa dicit. Quotiens excepto filiorum deſiderio vxorem ſuam quis cognouerit venialiter peccat: et eodēmodo dicit ſi pauperibus eſurientibꝰ nimium delicioſa vel ſumptuoſa conuiuia preparauerit: et auctoritas eſt canonizata. xxv. diſtinc. ca. Unum horarium: ergo in voluptate que ſequitur actum ſtudioſum eſt peccatū. Reſpondet̃. per delectationem intelligere oportet conſenſū indeliberatū de quo loquuti ſumꝰ in queſtione etiam delectationis cogitatio viruꝫ incendit ad illecebrā cuius continuatio parua vel magna eſt metienda ſecundum periculū habentis: que poteſt eſſe interdum venialis interdū mortalis: et ſic in confeſſione generali dicimus cogitatione loquutiōe delectatione. ¶ Ad alia argumenta dicitur ꝙ vir poteſt cognoſcere vxorem eius cauſa prolis generāde: cauſa libidinis extinguende in ſe vel ĩ vxore eiꝰ: cauſa incolumitatis corporis vel anime habēde in ſe vel in vxore ſua ſecunduꝫ doctrinam apoſtoli primi corinthioruꝫ. vij. et Ariſtotelis. iij. Ethicorū. Unde apoſtolus de quibꝰ autē ſcripſiſtis mihi bonum eſt homini mulierē non tangere. Et ſequitur propter fornicationem autē vnuſquiſq̄ ſuā vxorem habeat: et vnaqueq̄ ſuū habeat virū ⁊ q̄ ſequūtur Sed contra dices apoſtolus paulopoſt ſubiungit hoc autem ſecūduꝫ indulgentiā dico non ſecundū imperiū. volo autem omnes homines eſſe ſicut meipſuꝫ. hoc eſt bene volebat ꝙ manerēt virgines vel caſti more eiꝰ: ſed indulgebat alijs tanq̄ minus maluꝫ. Ubi gloſa interlinearis: et ideo non peccat qui aliter agit immo peccat qui ſic agit ſed leuius: et gloſa marginalis que eſt Auguſtini poſtq̄ tria bona que in matrimonio contingūt recitauit: ſubiungit his tribus bonis excuſatur coitus carnalis qui eſt inter coniuges: ita vt vel non ſit peccatum vel veniale: quando vero cauſa cōcupiſcētie vel refrenandi veniale eſt. Reſpondetur permiſit matrimonium tanq̄ minus bonuꝫ. Nec eſt verū ꝙ vocabulū indulgentia ſemp̄ capitur in malā partem: vt valla putat ſaltem ſacre hiſtorie vocabulo nō ſic vtuntur: vt patet in ſacris ſcriptis biblicis ĩ collectis et alijs ſuffragijs eccleſie. De gloſa interlineari palā eſt ꝙ ipſa eſt negāda ſi capiatur vt iacet: ſed dicitur ſic ꝙ minus bonū vocat malū more Ariſtotelis quinto Ethicoruꝫ. Et ſic peccatū id eſt actum minoris bonitatis accipit vel intelligit quando circunſtātia aliqua mala inuoluitur. Ad gloſam Auguſtini ipſe intelligit quādo aliquis immoderate refrenat ſuā libidinē cuꝫ propria vxore. Scripta aliorum neothericoꝝ per arguitur ſic ſcribentiū. talem actum dānantiuꝫ non recipimus: ſed ſuper hoc latius in quarto loquuti ſumus. Similiter paſcere eſurientē nimis delicate: vt aſinus in dominum petulanter laſciuiat eſt male actum interdum: ⁊ frequenter venialiter. Propterea Auguſtinꝰ dicit in libro de verbis domini ꝙ diuites dant pauperibus vilia: et vtantur precioſis vt patet. xli. diſtinc. ca. Non cogantur diuites pauperum cibis veſci: vtant̃ cōſuetudine infirmitatis ſue: ſed doleant aliter ſe nō poſſe ſuſtentari. Si conſuetudinē mutant egrotant: vtantur ſuperfluis: dent inopibus neceſſaria: vtantur precioſis: dent pauperibꝰ vilia: vbi admittit latitudinē temperantie in diuite eſſ̄ delicatioris

q̄ in paupere nec ouſq; in infirmitatem labatur: et ſic ſuperflua precioſa itelligit. per dare vilia pauperibus intelligit ſuſtentationē talem de qua pauperes poſſūt ſuſtentari. Ex his omnibus auctoritatibus nihil eſt cōtra dicta.

Dubitatur an aliqua peccata in ſēſualitate cōtingant gratia illius dubitationis vnā aliam premittemus que ad illi⁹ explicationem cōducit: que eſt hec. An ſenſualitas poteſt hominē impellere ad aliquod facinus ſine actu voluntatis libere elicito. Tertia dubitatio erit an contingat dare peccatū in ſenſualitate. Circa priorem iſtarum dubitationū ſic argumētor. Appetit⁹ ſenſitiu⁹ in bruto brutum impellit ad proſecutionē obiecti cōuenientis: vt ad cibū et ad venerea: vt in canibus: et in ceteris animantib⁹ rationis expertibus videre licet: ſed ſenſualitas non eſt īpotentior in homine: ergo in eo pariformiter ad operationē exteriorē impellere poteſt ſi voluntas non reſiſtat: ſed pure paſſiue ſe habeat. Et cōfirmatur hec ratio per caſum meridionalis britanni quē in quarto recitauimus: qui arrepto enſe dormiēs ad ſequanā vſq; profectus eſt vbi paruulū occidit dormiēs. modo eedē cauſe ſunt in vigilante: ergo operationē exteriorem impellant niſi preſcindatur ſenſualitas a ſua proſecutiōe per voluntatē. Item homo dormiens ſe de latere in latus vertit: et ſi per paruā diſtantiam ſe verteret eadem erit difficultas ſicut per magnā. Reſpondetur q̄ pars affirmatiua dubitationis eſt probabilis q̄ appetitus ſenſitiuus in homine poteſt ipſū mouere ad aliquā operationē: ſi voluntas non reſiſtat: ſed ſolū pure paſſiue ſe habeat vt argumētū colorat: ſed nō poteſt volūtatē vīcere dū homo vtitur rōne. Volūtas ceteris potentijs omnibus libere imperat: et appetitui ſenſitiuo dominat principatu politico: et corpori principatu deſpotico primo politicorū: et aliqualis eſt ſimilitudo ſolum: quia in principatu politico interdū ſubditi nullo pacto parēt domino efficaciter iubenti. Secus eſt inter voluntatem et appetitū ſenſitiuum. ¶ Sed cōtra hec arguitur: ſequeretur q̄ erit aliquis actus malus imperatus ab appetitu ſenſitiuo: vel ipſem. ? actus appetitus ſenſitiui erit malus: et nullus reſpondebit act⁹ malus i voluntate libera cōtra cōmuniter loquētes. Reſpōdetur cōcedendo illatum nec hoc eſt inconueniens quādo eſt omiſſio in voluntate: puta quando volūtas omittit reprimere ſenſualitatem ſuper quā imperiū habet voluntas per ſuum nolle liberū poteſt reſecare appetitionē ſenſualitatis in homine vtente ratione. Dixi vtēte ratione: q̄ in dormiente homo mouetur ad vnā partem: vel ad aliam retrahit manū dum aqua frigida imponitur in eā vel de lecto ſurgit et volūtas tunc nō poteſt illum motū cohibere: q̄ nullus dormiens per legē cōmunem vtitur ratione. Et propterea nō plus peccat q̄ vnum brutū pro tunc ſecundū Bernardū in de libero arbitrio: et primo Ethicorū vltimo bonus aūt et malus minime in ſomno diſcernitur: quapropter inquiunt a miſeris felices in dimidio vite nihil differre. Calor ad interiora retrahitur: et meatus ſpirituū per vapores aſcēdentes ad cerebrū clauduntur: et hoc fit a natura vt potentia vegetatiua tunc nō impediatur que in ſomno maxime viget vt patet de digeſtione in fine ſomni facta et hoc patet ex Ariſtotele in de ſomno et vigilia et primi Ethicorū penultimo capite: ſed vn̄ eſt q̄ vn⁹ ſic mouetur in ſomno: et non alius latens eſt cauſa: et poteſt eſſe: q̄ habet mēbra bene agilia ad motū: et habituatus eſt talem locū adire ex aliqua imaginatiōe. Appetitus ſenſitiuus talē mouet talis nullatenus vtitur ratiōe pro tunc immo tūc peiorem habet notitiā q̄ vnū brutū: nā ab igne vel ab aqua non poteſt ſe preſeruare quēadmodū poteſt canis vel amens: licet ex magno habitu ad locū ſolitū progreditur interdū: ſicut in vigilante nonnūq̄ contingit: q̄ ex inanimaduerſione debebat adire ſacellū ingreditur ſcholam. Hic dixi ſecūdū legem cōmunē q̄ xp̄us dormiuit vt ex fide habemus qui tamen tūc ratione vſus eſt: q̄ tunc dormierit patet marci quarto. Et erat ipſe in puppi ſuper ceruical dormiens: et excitant eum: et dicūt illi magiſter non ad te pertinet quia perimus. Et exurgens cōminatus eſt vento ſecundū illud canticorum quinto ego dormio et cor meum vigilat.

¶ Iam paululū loquemur de ſecūda dubitatione que ex hac dependet: et eſt tertia dubitatio huius queſtiōis an ſit peccatū aliquod in ſenſualitate. Pro illo ſupponitur q̄ idem eſt ſenſualitas et appetitus ſenſitiu⁹: qui apud multos coincidit cum ipſa aīa ita q̄ ſecūdū eam voluntas eſt appetitus ſenſitiuus. Secūdū alios appetitus ſenſitiuus includit aggregatū ex corpore et anima. Et iſtō magis quadrat in morali philoſophia: et naturali nō repugnat ſiue ponantur tot potentie appetitiue quot apprehēſiue realiter idēptificatur cū apprehenſiuis: vel vna appetitiua licz multe ponātur apprehenſiue incertū eſt. Vtrūq; ab aliquib⁹ deffenſatur appetitus naturalis rei ſecundū multos dicit actū diſtinctum ab ipſo. ſecundū alios eſt ipſa potentia: ſed de his amplius loqui propono in materia de paſſione xp̄i. vbi de dolore triſtitia et gaudio loquēdū eſt. Nunc aūt ſufficit de ſenſualitate et appetitu libero loqui: et paruū de ſecūdo hoc promiſſo dicitur. Aliquis eſt actus in appetitu ſenſitiuo ſiue in ſenſualitate recte ratiōi difformis qui apud Ariſtotelē ſexto Ethicorū vocatur proſequutio vel fuga: et eſt amor ſenſitiuus: et hoc iterū patet quarti Ethicorū ſexto. vbi philoſophus diſcrimen ponit inter amicitiam: et affabilitatē ſic inquiens: ſed differt ab amicitia q̄ eſt ſine affectu dilectioneq; eorum quibus cum his cōgrediuntur. Hoc patet tertij Ethicorū primo circa finem vbi probat philoſophus illa que ob iram et cupiditatē agunt non inuite fieri. ſic ait. Forſitan enim non recte dicunt ea fieri ab inuitis que per irā aut cupiditatē aguntur. Quod aliquis talis actus ſit recte rationi difformis patet: q̄ ſtat q̄ ſit cōtra materiā precepti vt appetitus ad illecebrā. ¶ Et ex iſto ſequitur ſecūda cōcluſio q̄ aliquis actus in ſenſualitate eſt peccatum. Et iterum iſtud confirmatur auctoritate apoſtoli ad romanos ſeptimo. Quod enim operor non intelligo id eſt nō approbo: non enim quod volo bonū hoc ago: ſed quod odio malū illō facio. Ubi loquitur de ſenſualitate: et ei⁹ actu qui non ei cōuenit inq̄tū homo: ſed pro cōuenientiā cum brutis. Et ſequitur. nūc autem iam ego nō operor illud ſcilicet inq̄tum homo ſed q̄ habitat in me peccatū ſcilicet lex carnis ſecūdū gloſam. Et propterea video autē legem in membris meis repugnātē legi mentis mee: et captiuantē me in lege peccati q̄ eſt in mēbris meis. Et poſtea loco humani generis dicit Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis hui⁹. Illic apoſtolus locutus eſt de bello ciuili inter carnem et ſpiritū de quo Ariſtoteles in fine primi Ethicorū loquitur.

¶ Tertia concluſio. Actus appetitus ſenſitiui preueniens rationem nullo pacto eſt peccatū: impugnabile ad penam inflictā vel infligendam nec etiam tūc homo omittit. ¶ Probatur ſic q̄ ſi nō eſt in poteſtate noſtra ergo nobis non imputabitur. ¶ Quarta concluſio. Alis

quia actus appetitus ſenſitiui nullo pacto eſt peccatū ſed conformis rationi: patet de actu quo vir vult ꝓpriā cognoſcere vxorem: talis actus eſt conformis recte ra tioni et ſic poteſt vocari meritū: ſed an continuatio iſti⁹ actus circa materiā prohibitam ſub pena peccati mortalis debeat dici peccatū mortale eſt difficultas: qꝛ poſſumus dicere ꝙ voluntas peccat pure omittendo nō reprimendo actū ſenſualitatis: et tunc non eſſet rationabile dicere ꝙ ille actus ſenſualitatis eſt peccatū mortale cui reſpondet aliqua pena ab omiſſione diſtincta. Sicut qui habet velle occidere hominē auctoritate ꝓpria tenetur illum actū non habere: ſed non propterea peccat peccato omiſſionis: ſed ſolū cōmiſſionis: ergo ſi demus iſtum actum appetitus ſenſitiui eſſe peccatū mortale non debemus dare omiſſionē imputabilē mortaliter. Et hec eſt ratio ꝙ ad omiſſionē camus: et non quando homo habet actum cōmiſſionis liberū qꝛ peccata in radice ad voluntatē reducēda ſūt: ſic ſcilicet ꝙ hoc erit per actus elicitos volūtatis vel per omiſſionē eorū: et non multū refert in propoſito quod eorum dicatur. Et dicamus ꝙ homo hic omittit: et huic omiſſioni mortali reſpondet pena peccato mortali debita: et illa eſt quinta concluſio. ¶ Contra tertiā concluſionem arguit̄ ſic. Si adam nō peccaſſet tales actus in ſenſualitate rationi difformes non habuiſſem⁹: ſed originale peccatū nobis imputatur: ergo antecedēter productio iſti⁹ actus ſenſualitatis eſt ī poteſtate noſtra: ⁊ hoc ſufficit ad peccatum imputabile nobis. Et cōfirmatur hec ratio act⁹ ab habitu vicioſo noſtro emergens eſt nobis imputabilis: quia nō eſt in poteſtate noſtra: loquor de habitu voluntatis libere. Ad primū cōcedo maiorē: ſi nō fuiſſet pctm̄ in voluntate repertū cōtra deū cōtra rationē nō inſurrexiſſet ſenſualitas. Et licet nos ſimus cōcepti in peccato originali noſtro actus ſenſualitatis rationem preueniens nō eſt nobis ī putabilis: qꝛ nullo mō eſt ī poteſtate noſtra ſortes dat operā rei licite puta templum vel forū adit cui obuiā formoſa mulier occurrit nō ſua ſi act⁹ in ſenſualitate vel titillatio in carne ſurrepticie occurrat hoc non eſſet imputabile huic actum non tenebatur impedire in ſua cauſa. Ad aliud de habitu voluntatis libere dicitur ꝙ non eſt ſimile: qꝛ actus ab habitu emergens eſt in noſtra poteſtate. ¶ Contra quintam concluſionē arguitur ſic. Habeat ſortes actū in ſenſualitate hoc eſt vnū velle naturale in appetitu ſenſitiuo ſequens apprehenſionem ſenſitiuā que rationē preuenit. Arguitur ſic talis actus poteſt produci in inſtāti vel Sortes tenetur reprimere ipſū immediate poſt illud inſtans ſub pena peccati mortalis vel non. Si primum. Contra requiritur iudiciū in intellectu ad hoc ꝙ ſit peccatum mortale in voluntate libera: ergo requiritur iudicium in eodem ad hoc ꝙ ſit mortale in appetitu ſenſitiuo vel omiſſio in volūtate. Si non īmediate poſt hoc tenetur cohibere illū actum ſenſualitatis tunc ſi ille actus poteſt durare per breue tempus ꝙ homo non peccet ſic poterit per longam moram. Preterea nō videtur quomodo homo non poteſt reſecare actum ſenſualitatis cū mere naturaliter ponatur in preſentia obiecti conuenientis. Amplius ponatur ꝙ homo habeat actū in appetitu ſenſitiuo quē omittit reꝓmere ſub pena peccati mortalis. Tunc ſic ille act⁹ ſenſualitatis eſt pctm̄ ⁊ nō veniale: ergo mortale. Et diſtinguit̄ ab omiſſione: ergo ei reſpōdet pena diſtincta a pena ipi⁹ omiſſionis: qꝛ diſtinctorū peccatorum pene ſunt diſtincte. ¶ Ad primum reſpōdetur ꝙ homo non tenetur reprimere illum actū ſenſualitatis ſub pena peccati mortalis ſecundā ſe totum ſyncathegorematice immediate poſt illud inſtans: qꝛ hoc non eſt ſitū in facultate ſua: ſed hō pōt multiphariā ſic ſe habere: qꝛ eſt in mēla vel in conuiuio ex oppoſito mulieris: vel homo iudicat ꝙ ſuccumbet ſi non reprimat motū in ſenſualitate: hoc cōſentiet vel iudicat ꝙ non conſentiet vel iudiciū tale nō format. et hoc duobus modis. Vnomodo ſillogizat mētaliter an ſuccumbet ad vtrāq; partē iudiciū non habēdo vel rationes hinc inde non occurrunt nec iudiciū in primo caſu tenetur ſub pena peccati mortalis illū actū reprimere eo modo quo eſt in facultate ſua. Si ſecūdū non tenet̄ reprimere ſub pena peccati mortalis: et hoc ſi bene iudicet: qꝛ ex preteritis poteſt ſuas vires cognoſcere caſte habituatus nullo pacto in tali actu ſenſualitatis ſuccumbet: et hoc ipſe recte nouit: poteſt eſſe ꝙ temere iudicet: et tunc non erit totaliter excuſatus: ſi rationes vtrinq; probabiles ei occurrunt ꝙ ſuccūbet niſi illum actum reprimet: tunc illū actum reprimere tenet̄ ſub pena peccati mortalis. Alioquin exponeret ſe diſcrimini obuiētī peccati: ſed peccatū illud erit minus q̄ ſi haberet iudiciū ꝙ ſuccumbet. Vel homo nō argumentatur tactus in mente nec habet iudicium: et tunc illud diſtinguendū eſt vel talis eſt caſtus in voluntate et hoc nouit. vel intemperans in ſenſu tactus. ſi ſecundū tenetur ſtatim reprimere motū in ſenſualitate vno modo vel alio. Si primū non tenetur. Ex iſtis patet ꝙ non datur vna regula pro omnibus: ſed pro varijs infirmitatibus immo pro eiſdē in ſpecie pro hominibus diuerſarū complexionū dande ſunt varie medicine vt in vitis patrū legitur de duobus eremitanis quorū vnus adiuit abbatē inquiēs Abbas occurrūt mihi tēptationes carnis ſūt ne admittēde? Quē forte nouerat ſuperiora admitte inqt. Paucis labētib⁹ dieb⁹ ſuperuenit ali⁹ ſimilē queſtionē patri proponēs. Cui abbas: reſecande tēptationē inſurgentē. ¶ Ad ſecūdū dicit̄ ꝙ homo poteſt reprimere actū ſenſualitatis multis modis. Vno modo per actū volūtatis liberū. ſic ſcilicet nolo extra matrimoniū mulierem cognoſcere vel nolo hunc actū ſenſualitatis manere. vel nolo cōſentire in peccato cū iſta vel per aliquod tale nolle equiualēs. Aliomodo poteſt reprimere illū motum conuertēdo ſe ad aliud obiectū vel ad alia ſic ꝙ capacitas actiua intellect⁹ in alijs obiectis ingatur: et ille eſt ſecur⁹ modus reprimendi: qꝛ ſi ſenſatio hui⁹ mulieris extinguatur: actū appetitus ſenſitiui extingui neceſſe eſt: qꝛ ſicut volūtas nō fertur in incognitū ita appetitus ſenſitiu⁹ in inſenſatū nō fertur: et conuertendo ſe ad alia obiecta ſecurius eſt cōuertere ſe ad illa que maxime reprimunt: vt ad paſſionem chriſti ad mortē. ad gaudia paradiſi vel ad cruciat⁹ inferi. Tacitus dicat. De⁹ in adiutorū meū intende. Dñe ad adiuuandum me feſtina: illa ſecundū caſſianū eſt ſaluberrima oratio: et potiſſimū cum de hoc peccato contenditur qꝛ voluptas intellectum ſpūſ ſapientis ſurat tur ex Ariſtotele ſeptimo Ethicorū. Et ab ea fugiendū eſt ſicut ſenes troianorū ab helena ſcđo Ethicorū. Circa vndā et fumū longe cōpeſce carinā inquit philoſoph⁹ homo poteſt vno iſtorū modorū vel altero vel pluribus reprimere actum appetitus ſenſitiui: et ſiue motū natus appetit⁹ in membris inſurgat ſiue nō: non ꝓpterea peccat iputabiliter. Et hic loquor vbi homo contingit in illo loco conuiuij ſtat prudentem illum locum debiti co ciuilitatis hoc eſt honeſtatis mēſe (vt aiunt) debere adire: et ſi caſtus fuerit periculū eſt nullum qualecūq; fuerit obiectū pſentatū. Nec volum⁹ talem dicere eſſe deuinctū elicere nolle vel ad conuertendū ſe ad alia ob

ſecta. ¶ Ad tertiũ conceditur ꝙ talis actus ſenſualitatis eſt peccatũ mortale ab omiſſione diſtinctus: ſ; propterea non eſt conſequens ꝙ ei reſpõdet alia pena a pena omiſſionis diſtincta: ſed eadem. exẽplũ in ſimili act⁹ imperatus eſt peccatũ diſtinctu; ab actu elicito libero voluntatis: vt ſuperius in hoc et in. xvij. diſtinct. primi probauimus: et tamen vtriq; actui reſpondet eadẽ pena in inferno. Hic more aliorum nõ loquutus ſũ de motibus primo primis et ſcdo primis. Et ratio eſt et ſẽſualitas et voluntas poſſũt actũ elicere in inſtanti. Ex omnibus patent alique ꝓpoſitiones. ¶ Prima eſt. Stat dare peccatum mortale in voluntate vbi nullũ erit peccatũ in ſenſualitate immo ſẽſualitas impellit ad oppoſitu;. Patet ſi vir noluerit ſue reddere debitum pro loco et tempore. Stat etiã interdũ concupitũ a volũtate non cadere ſub obiecto appetitus ſenſitiui. Secundo ſequitur ꝙ homo non ſemꝑ conſcendet per iſtos grad⁹ ad peccandũ ſcilicet per ſerpentem mulierem et viru;: immo in inſtanti erit productus actus mortalis peccatum in voluntate: ſed in aliquibus illud beati Auguſtini habet verum vt in exceſſibus guſtus et tactus. Tertio ſequitur ꝙ aliquis habet actum in appetitu ſenſitiuo circa illicitũ: et tamen non peccat imputabiliter: patet de illo qui contra nititur per actum voluntatis nõ ſtatim ſuffocatur actus appetit⁹ ſenſitiui q: ille ſequitur ſenſationem naturaliter: et identice eſt delectatio vt multũ probabile eſt que nõ eſt in poteſtate hominis ꝙ ſtatim extinguatur. Immo qđ amplius eſt durũ eſt dicere ꝙ caſtus iudicans ꝙ nullo pacto conſentiet teneatur reprimere ſub pena peccati illũ actum ſecundũ ſe vel aliqđ eius. Quarto ſequitur habẽs iſtos act⁹ melius nouit quando temere iudicat quando vero prudẽter: q: quilibet eſt bon⁹ iudex eorum que nouit. Poteſt eſſe difficultas an homo tenet ſub pena peccati venialis cohibere actum ſenſualitatis circa materiam prohibitam ſub pena peccati mortalis: vt quando paucio res ſunt apparentie vt ſuccumbet q̃ ꝙ non ſuccumbet: ſed iſta non eſt maior: q̃ in actu voluntatis libero quãdo homo exponitur diſcrimini peccati ſecũdũ ꝙ homo exponit ſe diſcrimini obruenti vel confundenti vel exilii diſcrimini.

## ¶ Diſtinctio. xliiij.

Post predicta conſyderatiõe dignũ occurrit. Vtrũ peccandi potentia ſit nobis a deo: an a nobis: Putant quidam potentiam recte agendi nobis eſſe a deo: potentiam vero peccandi non a deo ſed a nobis vel a diabolo eſſe: ſicut mala voluntas non a deo nobis eſt: ſed a nobis et a diabolo: Bona autem a deo tantum nobis eſt. ꝛc.

¶ Diſtinctionis. xliiij. et vltime Queſtio prima.

In hac q̃dragesima quarta diſtictione et vltima magiſter duo potiſſimũ tangit. ¶ Primũ eſt an potẽtia peccãdi ſit nobis a deo an a nobis: ꝛ hoc in primis duobus capitibus huius diſtinctiõis proſequit. In poſteriori parte diſtinctionis ſcilicet in tertio capite querit an reſiſtẽdũ ſit poteſtati illas materias tangẽdo. Primo queritur talis titulus queſtionis. An potentia peccandi ſit a deo. Similiter et actus eius. Circa hoc ponã duas concluſiones quarũ prior eſt. Potentia peccandi eſt a deo. Probatur. hec mala voluntas eſt a deo hec mala voluntas eſt potentia peccandi: ergo potentia peccandi eſt a deo conſequẽtia eſt ſillogiſmus expoſitorius. Et minor patet: q: potẽtia peccandi nihil aliud eſt niſi homo anima vel angelus peccare potẽs. Et etiã minor patet ex proſequutione magiſtri in littera. Propterea ſufficit probare maiorem que ſic ꝓbatur. hec volũtas eſt a deo hec voluntas eſt hec mala voluntas: ergo hec mala voluntas eſt a deo. conſequẽtia eſt euidens. Et maior pat;: q: hec voluntas eſt anima: et tamen a nullo theologo cõtẽditur quin hec anima eſt a deo. Et minor patet: capiẽdo tempus quo voluntas habet actum malũ: q: tũc eſt mala voluntas: et male vult. Alioquin nũq̃ dabit mala voluntas. ¶ Secunda concluſio. Actus malus eſt a deo hec concluſio ſufficienter opinione mea eſt ſuperius probata diſtinctione. xxxvij. Sed q: multi nimis in antiquoru; doctorum dictis confidũt. Adhuc ꝓpter aliqua occurrentia probo concluſionẽ ſic. peccatum eſt mala actio: et omnis mala actio eſt a deo: igitur peccatum eſt a deo. Dñs aliaſſie dorẽſis. xvi. tractatu ſue ſcẽ deuegat conſequentiã. dicit ꝙ eſt fallacia accidẽtis: ꝛ dat inſtãtiã in ſimili: oẽ ens eſt naturale. ſtatua eſt ens: ergo ſtatua eſt naturale. Secũdo dicit ꝙ nomina ſecũde impoſitionis nõ recipiũt adiectiua neq; determinationes nominũ prime impoſitionis nec ecõuerſo. Unde nihil ẽ dictu cappa cathegorica aut ſillogiſm⁹ hypotheticus: et ſic patet cũ dicitur mala actio eſt a deo hec determinatio a deo nõ ẽ determinatiua actiõis: ſ; actiõis ſecundũ ſe hec enĩ peccatũ eſt a deo nullomodo eſt concedenda. Iſta tria nõ ſufficiunt ſalua reuerentia illius viri: quodlibet illorũ eſt falſu;. Prima conſequentia licet in ſecunda propoſitione ponat indefinitũ loco vniuerſalis capitalis: nulla eſſet apparẽtia: et ſic ipſe capit vt prez cũ legenti: ſed ſiue illa cõſequẽtia eſt in ꝑma figura vel in quarta more galeni non refert: q: regula infallibilis eſt prima antepredicamẽtalis capiẽdo predicatum maioris vniuerſaliter in minore. Et hoc etia; patet tranſponẽdo illas premiſſas loco maioris ponẽdo minorẽ Et contra. ſi a. ꝛ b. inferant c. propoſitionẽ b. prepoſita a. cum a. eãdẽ propoſitionem inferent. Secunda eſt conſequentia eſt bona in darij: et hoc ita notũ eſt in logica ꝙ ꝓbatione non eget. Si aliquis preſidẽs in vico ſtraminis hanc conſequentiã negaret tunc erit per ora omniũ in cena. Tertiũ deficit vbi dicit ꝙ hec determinatio a deo non eſt determinatiua malicie actionis: q: terminus a parte vnius extremi quẽcunq; terminum patitur ex parte alterius peccatu; eſt a deo habet copulã in medio. Iſta eſt propoſitio ſyllogiſm⁹ eſt res alba ſiue falſa vel ipoſſibilis quid nocumẽti ẽ. Etiã illa eſt vera propoſitio eſt res nigra: patet de propoſitione ſcripta. Et capias cappã in domo ſagari; pendẽtem illa intranti repreſentat ad eramẽ cunti in hac dex

mo eſt cappa locatitia: ergo illic dabitur cappa que eſt cathegorica propoſitio ſi a ſignificans hominẽ eſſe animal propoſitio dicatur ob ſubordinationẽ ad mentalẽ: ſic hec cappa propter eãdem cauſã propoſitio dicetur. Etiam potes immediate iungere terminũ ſecunde impoſitionis termino prime vt patet: hic res cathegorica non eſt res hypothetica: vel ſignũ cathegoricũ nõ eſt ſignuz hypotheticum. Sed dices in quodam ſermone Auguſtinus dicit: et recitatur in cõmuni vnius martyris ſecunduz vſum romanũ. Quicquid creauit deꝰ laudat deuz: poſtea rogat nunquid aliquando ibi audiſtis quia laudat deuz auaritia ſic de hereſi: luxu: et temulẽtia querit. poſtea dicet oĩa iſta quare non laudãt deum quia non ſunt creata a deo. Reſpõdetur deus non cauſat auaritiam vel peccatuz licet auaritiam cauſet: ⁊ de hoc ſuperius dictuz eſt. ¶ Dubitatur an bona naturalia anime per peccatum poſſunt corrũpi. ¶ Ad hoc dicit iſte doctor ꝙ peccatum mortale bonuz accidentale non corrumpit nec bonuz ſubſtantiale bene autem bonum naturale. Et ſi dicas ſi peccatũ mortale hanc portionem boni naturalis corrumpit et illam: et non ſunt infinita talia: ergo totuz bonum naturale anime corrũpit. Item ſi bonũ naturale corrumpit bonũ accidẽtale multo citius corrumpere debet. Ad iſta reſpõdet ꝙ bonum naturale corrumpit peccatuz: ſed ſunt infinita talia in anima: et ſic ſemper adhuc bonuz naturale remanet. Analogiaz dat ſi dematur punctꝰ a linea aut linea a ſuperficie: aut angulus cõtingentie ab angulo rectilineo in quolibet tamen iſtorum in infinitũ eſt illud qđ remanet reſpectu eius quod demitur: ſed dicit cũ infinitum minus ſit peccatum veniale ꝙ̃ mortale in infinitum minus corrumpit: et in infinitum minus eſt illud quod adimit peccatum veniale de bono ꝙ̃ illud quod adimit mortale: ſicut infinite minus eſt illud quod adimit mortale de bono ꝙ̃ illud quod remanet: ſicut ſi adimatur punctus a linea: aut linea a ſuperficie: aut angulus contingentie ab angulo recto: in infinitũ maius eſt quod remanet in quolibet iſtorum ꝙ̃ quod adimitur.

¶ Ad aliud argumentũ de corruptione boni accidẽtalis negat conſequentiã: quia peccatuz dicit in bono naturali eſt natum: ⁊ non in bono accidentali. Exemplũ in ſimili dat vermis corrumpit illud i quo naſcit ꝙ̃uis illud ſit magis reſiſtens: et minus penetrabile ꝙ̃ illud in quo non naſcitur quod tamẽ corrumpere nõ poteſt. Nec fundamentũ eſt verum: nec modus ſuſtinendi ſufficit. Queritur quid eſt illud bonũ naturale ſi ſubſtãtia anime tota anima euelletur per peccatũ: immo per qđcunqꝫ peccatum cum non habeat partes: et ſi fuerit bonum accidentale nõ corrumpitur: ſed quelibet res mũdi eſt ſubſtantia vel accidens. Exempla ſua non iuuant eum: tum primo non ſunt ponenda puncta in linea impartibilia. Tum ſecũdo ſi teneretur illa poſitio eſſent accidentia linee: et ſi debeat eſſe comparatio ad propoſitum oportet dare talia accidẽtia in bono naturali que corrumpũtur: ⁊ tamen per eum peccatum non corrumpit eſſe accidentale. Alterius ſi peccatum eſt in illo naturali prout dicit nõ erit accidens: qꝛ accidens accidenti nõ inheret ſaltem abſolutuz: non loquendo de quantitate quaz multi vocant ſubiectũ qm̃ hoc hic nõ contingit: ſed nulla eſt ſubſtantia in anima niſi ipſa anima. Alterius et ſi accidens non ſit ſubiectuz peccati tamen eſt in eadem anima cum peccato vel ei propinquũ: ſed calor corrumpit frigus propinquũ ac ſi frigori inhereret. Exemplũ de verme non eſt ad propoſitũ non corrumpit illud quod non eſt ei propinquuz contactu mathematico: et da angulũ rectilineũ quẽcunqꝫ volueris in quo per protractionem linearũ angulum contingẽtie dabis ſcilicz: nõ eſt poſſibile ꝙ habeas infinitos angulos in iſto angulo rectilineo equales a angulo cotingentie non cõmunicantes: cũ hoc tñ bñ ſtat dictuz mathematicorũ ꝙ quolibet angulo rectilineo angulꝰ contingẽtie eſt minor. Breuiter dicitur bonũ naturale anime eſt ipſa aĩa. forma eſt maxima natura. Secũdo phyſicorum licet interdum dicimus hominem prudentem vel ingenioſũ habere bona naturalia: hoc eſt habet animam in corpore bene diſpoſito ſubſtantiã anime nõ diminuit nec diminuit gratiam non veniale: vt ex. xvij. diſtinctione primi patuit: ſed propter peccatum mortale deus totam gratiam tollit: ſed aliquod peccatum accidens cui cõtrariatur ſuapte natura medio tollit: vt dilectio odium corrũpit: ⁊ contra reſpectu eiuſdẽ obiecti.

## ¶ Diſtinctionis. xliiij. Queſtio Secunda.

In vltimo capite huiꝰ diſtinctionis magiſter de poteſtate ſuperiori loquitur gratia cuiꝰ Querit an inferiores ſuperioribus parere obligẽtur. Hec queſtio vnum querit: et aliud ſupponit. Querit eñ de peccato inferiorũ ſi ſuperioribus non pareãt poteſtatem ſuperiorem aliquaz ſupponit. Propterea pro vtriuſqꝫ partis elucidatiõe pono cõcluſiones quarũ prima erit Rationabiliter ſũt ſuperiores et inferiores. Secunda ꝯcluſio. Inferiores tranſgredientes precepta ſuperioruz peccant. Tertia ex hac ſequens directe ad titulũ queſtionis reſpondẽs eſt ꝙ inferiores obnoxij ſunt ſuꝑioribꝰ parere. ¶ Prima concluſio probatur illud rationabiliter eſt inſtitutum ſine quo humana policia regi non poteſt: ſed illa non poteſt ſine ſuperioritate: et inferioritate manuteneri igitur. Cõſequentia claret cum maiore: et ꝓbatur minor: qꝛ dato oppoſito mali debiles et bonos opprimerent: ocio et vicijs torperent cum nemo eſſet ad eorum inſultus cohibendos. Inſuper illa via nec boni p̃miarentur pro actibus bonis: et ſic ad bona pauci animarentur: ergo conforme rationi recte eſt habere ſuperiores ad actꝰ ſtudioſos p̃miandos: et ad vicioſos reſecãdos. Preterea inter angelos et ciues celeſtes eſt ordo et reductio ad vnã ſuperioritatẽ: et cum ita eſt in eccleſia triũphante par ita eſt fore in eccleſia militãte. Preterea bene militiaz exercentes habent ſuperioritatẽ: et inferioritatem vnũ principem militie: vt Joab in domo Dauid: ⁊ Abner in domo Saul poſtea ſũt centuriones: ⁊ decani quibus inferiores parere habent. Si hac via non vſi fuiſſent romani et Alexander Macedo non tantum ſplendoris in re militari apud poſteros conſequuti fuiſſẽt. Amplius iſtud pꝫ: in collegijs in quibꝰ preſidet primarius ſub quo ſunt centuriones: ⁊ decani ſecundum magnitudinem lectionũ ita in conuentibus abbatem priorem habebis: in capitulis decanum: ⁊ archidiaconum. Hoc patet de celo in ordine ad elementa et de ſuperioribus elementis in ordine ad inferiora: et primo methcororũ Neceſſe eſt hunc mũduz inferiorẽ lationibus ſuperioribus eſſe contiguũ: vt tota virtꝰ eius inde gubernetur: ⁊ ad motuz primi mobilis ſphere inferiores mouentur. ¶ Secunda concluſio probat ſiue

ſuperiores temporales fuerint vel ſpirituales. de ſpiritualibus patet: non alias fractio ieiunij ſancti Petri vel Andree eſſet peccatum: quia non eſt de iure diuino. Si dicis ꝙ immo qui vos audit me audit: ⁊ qui vos ſpernit me ſpernit Luce. x. Et ſic trāſgreſſio eſt contra ius diuinū. Contra: hac via peribit omne ius pure humanū contra omnes recte loquentes: et neceſſe eſt te in eādem ſententiā coincidere. De tēporalibus patet: ad romanos. xiij. Itaque qui reſiſtit poteſtati/ordinationi dei reſiſtit. qui autem reſiſtunt ipſi ſibi dānationem acquirūt. Nam principes nō ſunt timori boni operis ſed mali: et paucis interpoſitis ſequitur ad propoſitum de peccato. Ideoque neceſſitate ſubditi eſtote non ſolum propter iram: ſed etiam propter conſcientiā: ideo enim ⁊ tributa pſtatis miniſtri dei ſunt in hoc ipſum ſeruientes. Quo fit non ſoluētes tributa legitime impoſita peccant: hoc patet ex concluſione: et ex verbis apoſtoli: et expreſſe cui tributū tributū: cui vectigal vectigal: cui honorem honorem: cui timorē timorem. Vectigal eſt ſtipēdium quod datur dominis quando res per patriam vehūtur. Tributum quod pro tota patria redditur. ¶ Tertia concluſio eſt correlarium ad precedentes ſequens. ¶ Contra primam concluſionem arguitur ſic in ſtatu innocentie nulla fuiſſet ſuperioritas: ⁊ tunc equalitas inter omēs fuiſſet de iure nature: ergo nunc ſuperioritas eſt contra ius nature. Cōſequētia tenet: quia ius nature eſt inuariabile cum eſt principium practicum euidens ex terminis vel concluſio inde deducta. ¶ Ad primum diſtingo ꝙ nulla fuiſſet ſuperioritas: vel ob vtilitatē ſuperioris ſicut modo fit in ſtatu nature lapſe: ⁊ ſic conceditur: vel ad directionem ad bonum ob vtilitatem directi: et ſic nego Non omēs in illo ſtatu fuiſſent equaliter ſapiētes prudentes vel boni: et per conſequens ad prudētiores ſpectabat minus prudentes ad bonū dirigere. Aliqui tūc nati fuiſſent paruuli: et ſucceſſu temporis more paruulorum noſtrorum rationem acquiſiuiſſent: ⁊ inter adultos aliqui corpora melius diſpoſita habuiſſent complexionaliter vt Achitofel plus ꝙ ſemei: ſed nulli male vſi fuiſſēt naturalibus in illo ſtatu: et de paruulis ne in ignē vel aquam inciderent curam ſufficientem parentes habuiſſent. Etiam quo ad aliam propoſitionem aſſūptam dicitur ꝙ vna propoſitio in vno tempore eſt de iure nature: et in alio tempore ſuum oppoſitū: ſicut conforme eſt rationi recte ꝙ ſanus viuat: et cibos in bona quātitate capiat ſi labatur in morbum oppoſitum eſt rationi conſentaneū. ¶ Secūdo arguitur contra eādē cōcluſionē Oſee. viij. Dedi eis regē in ira mea: ergo non eſt conforme habere hanc ſuperioritatem. Reſpōdetur aliqui iuſte preſunt qui iuſtū principium habent a principio: et aliqui per tyrannidem ad preſidendum ingrediuntur. Secūdi permittūtur a deo in punitionem malorum: et bonorum exercitationem. de quibus dicitur Oſee. viij. Ipſi regnauerunt: ⁊ non ex me. Et prouer. viij. Per me reges regnant: et tyranni per me terram tenent. Et cū iſti culmen honoris ſecūdū eorum ſtultam opinionem adepti ſunt frequēter proijciūtur in abyſſū a deo: non modo in futuro ſeculo: ſed etiam in hoc mūdo Patet de regibus iſrael quorum vnus extinxit totam domū alterius propter peccata regis et apoſtoli. Et frequenter introduxit reges aſſyriorum ſyrie et egypti in eorū exterminiū vt addiſcerent parere dño ſecundum illud Iob. xxxiiij qui facit regnare hypocritam propter peccata populi ſed omnis poteſtas iuſta eſt a deo: ſicut apoſtolus dicit Ad romanos. xiij. inquiens. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Nō eſt enim poteſtas niſi a deo: que autem ſunt a deo ordinata ſunt. Et hoc etiam probat: hanc cōcluſionem et chriſtus ad pylatum. Nō haberes in me poteſtatē vllā niſi tibi datum eſſet de ſup. ¶ Contra ſecundam concluſionem arguitur ſic. reges precipiunt frequenter repugnantiam legi diuine: ergo eorum leges non obligant: vel homo obligatur ad duo oppoſita. Preterea ex iſto ſequitur ꝙ homines peccarent non dantes regi vectigalia complete: ſed cum fraudantes in octaua parte vini occultantes octo vel non dolia ab illo qui octauam pro rege recipit: et ſic peccaret qui non relinqueret denariū in domo vbi ſignū pendet repreſentatiuū illius pecunie ſi nullus quereret illam pecuniam. ¶ Ad primū iſtorum cōceditur antecedens: ⁊ etiam conſequens quod eſt negatiuū ſi aliquid ſit contra legem dei non eſt lex ratione legis cuiuſlibet ꝙ ſit conformis legi diuine id eſt ꝙ non ei aduerſetur vel loquimur de lege proprie dicta. ¶ Ad ſecundum quando reges imponūt tributa plus ꝙ par ſit ꝑperam agūt. Nec eſt officium regis: ſed munus regium tunc labefactat ad bonū commune nō reſpicit rex ſi colligat pro ſuo bono particulari neglecto bono communi: tūc apud Ariſtotelem vocatur tyrannus in particulari non cognita cauſa per difficile eſt ſententiā ferre. Sed hoc in generali eſt verum ꝙ populus tenetur miniſtrare regi neceſſaria pro ſuo ſtatu: ⁊ vtilitate reipublice: ſed in omnibus ſecurius eſt vbi dubitatur de lege rationabili ſoluere: ⁊ licet non imineat neceſſitas pro hoc anno forteſſe inter paucos annos imminebit. Et difficilius eſt tributa ipo nere de nouo ꝙ īpoſita iam cōtinuare. Sed ſi ſecundum iudicium prudentum ſatis habet pro periculo inſtanti et eminente tenetur partem reſecare: ne grauetur populus ſine cauſa qui multis calamitatibus premitur: quia ceſſante cauſa ceſſat effectus. Plurimū laudatur darius perſis pater cū opus eſſet pecunia propter molem belli futuri prouinciarum preſides et principes accerſire iuſſit: rogās ne grauia tributa erogarentur: et cū reſpōderent ſe mediocriter collegiſſe: dimidium vt ex queſtionibus ſoluerēt precepit. Pluris enim populorum gratiam ꝙ pecunie magnitudinem faciebat: et ſi iſte nobilis gentilis ita fecit a fortiori facere debebant chriſtiani principes. Quare interdum male cōtinuantur pecunie pro pontium extructuris collecte: vel pro pulſando hoſte regni licet origo erat ratiōabilis. Patet. iam pōtes diu duraturi extructi ſunt: et interdum non eſt apparentia belli futuri vel ſi contingat ſatis eſt in erario hoſti reſiſtere: immo ſi magis pecunia colligatur a populo propter magnum bellum eminens futurum: et ſi finem ſum pro pecuniario de pace componatur que ſecūdum iudicium prudētum ſtabilitatem capiat: pecunia eſt inope plebi que eam cōtulit reddēda. Inhumanum eſt prodige pecuniam pauperis plebis diſſipare pēſatis laboribus: et erūnis quas patitur. ꝙ ſi factum fuerit prout debet vectigalia in poſterum etiā duriora lubēs admittet coniectans ex preteritis ꝙ pecuniā rex ob vtilitatem reipu. exponet: ſin autē reſtiturus eſt (⁊ loquor vbi eſt conſuetudo vectigalia ſic admittere: vbi populus proprijs ſūptibus pro tuitione patrie vel inuaſione hoſtium ad bellum prodit) nō eſt mētio de impenſa imponenda populo cum equiualenter dat eūdo proprijs ſūptibus ad bellū. ¶ Dubitatur quid ſi pater filiū ad aliquod officium vocet: et eodem tempore rex eum ad bellum vocat cui parere tenetur. Idē parum de religioſo an tenetur parere abbati vel romano pontifici ſimul precipientibus oppoſita. ¶ Secūdo dubitatur de prelatura religioſorum ſi abbas precipiat religioſo detegere

aliquod peccatum occultum fratris an tenebitˀ ei pare
re. ¶ Ad primam dubitationē reſpōdetur. vel rex pre=
cip' irrationabiliter: et pater rationabiliter: et tūc pa
tri parendum eſſet niſi pro quanto timeret de morte ei
inferenda: ſi accerſitus ad bellum non prodeat. Si am
bo rationabiliter petant vt pater colere agros: et rex
bellum adire iubet. tunc pro bono cōmuni regi parēdū
ſt patre neglecto. Et intelligo preceptū patris ratio
nabile abſolute ſi non interueniret preceptum regis:
q2 regula generalis ē in hac parte. Quādo ſuperior et
inferior iuriſdictionem habentes precipiunt incōpati
bilia ſuperiori parendū eſt: ⁊ hoc ſi precipiant in his in
quibus ſe extendit ſuperioritas ⁊ inferioritas: ſi autē
vnus non eſſet ſuperior quo ad tale officiū ad eum nul=
lus oculus habēdus eſt: vt ſi archiepiſcopꝰ preciperet
aliquid et abbas exemptus aliud abbati parendū eſt:
hec regula eſt beati Auguſtini in libro de natura boni:
⁊ magiſter in littera allegat que eſt hec. Si aliquid iu=
beat poteſtas qđ non debeas facere hic ſane cōtēne po
teſtatem timendo maiorē poteſtatem: ipos humanarū
rerum gradus aduerte. Si quid iuſſerit procurator nū
quid faciendum eſt ſi contra proconſulē iubeat. Rurſꝰ
ſi quid ipſe procōſul iubeat: et aliud iubeat imperator
nunquid dubitatur illo cōtempto illi eſſe ſeruiendum.
Ergo ſi aliud imperator aliud iubeat deus contempto
illo obtemperandum eſt deo. Ex iſto patet ſi romanus
pontifex precipiat forti monacho ire ad predicandum
in liuonia. vel apud Ruthenos qui poteſt bene illā pro
uinciam exercere: et abbas precipit ei oppoſitum tene=
tur pontifici parere. Patet licet vtriuſqꝫ preceptū ſit
rationabile ad partem tamen ſecundum regulā Augu
ſtini parendum eſt ſuperiori in eo ꝙ ſuperior quēadmo
dum eſt in propoſito: et ſimiliter dicatˀ ſi abbas ⁊ prior
vel prior et ſubprior precipiant oppoſita. ¶ Ad ſecun
dam dubitationem reſpōdetur: vel proceditur per viā
denūciationis hoc eſt ad caſtigationē delinquentis re
ligioſus nullo pacto tenetur culpam occultam fratris
reuelare abbati: ſed ſecundum regulam euangelicam.
Si peccauerit in te frater tuꝰ nō eſt parendū abbati cō
tra preceptū dei: ſed ſeruāda eſt fama fratris a pctō co
hibitina: ⁊ ne ſordeſcat i oculis ſuperioris ſui. In inqſitio
ne debet pcedere infamia: et in accuſatiōe ſimiliter vbi
intenditˀ pena peccātis ꝓpter bonū multitudinis. Si
precedit infamia pōt prelatꝰ veritatē exquirere: ⁊ ſub
diti ei parere tenentˀ quia prelatus ī ſuo foro ſpirituali
ꝓcedit ſicut iudex laicꝰ in ſuo: et iſtud pōt probari per
multa capita extra de purga. cano. patꝫ ca. pmo: et ca.
moniales. et ca. quotiēs vbi infamatˀ cōtra quē crimen
probari nō pōt debet ſe purgare iuramēto de veritate.

¶ Diſtinctionis. xliiij.
Queſtio Tertia.

SEcundo circa hanc mate
riam queritur an licite chriſtiani
principes poſſint impetere ſara
cenos ꝓpue agarenos tartaros
et reliquos gentiles bella mouē
do. Reſpondetur nam infideliū
aliqui ſunt habētes terras chri=
ſtianorū ſicut mēphicus rex quē
vulgo Soledanū ſyrie appella=
mus terram promiſſionis egyptum: et arabiam habet
Similiter ⁊ Othomānus turcus turciā ⁊ greciam ha
bet que quōdam chriſtiani principes habuerunt. Alij
ſunt habētes terras non ſic per rapinam: ſed gentilibꝰ
titulis iuſtis hoc eſt titulis quos gentilis philoſophꝰ
iuſtum appellaret: et tales poſſūt multipharia ſe ha
bere vel permittūt chriſtianos predicare fidem chriſti.
inter illos chriſtum et legem non contēnētes vel reſi=
ſtunt plantationi fidei iſtis preſuppoſitis ponūtur ali=
que cōcluſiones. ¶ Prima eſt xpiani principes poſſūt
licite auferre terras quas ſaraceni habēt pro nobis. ꝓ
batio. Alij tenent alienā inuito domino. Nec eſt aliqs
ſuperior qui miniſtret iuſtitiam in reſtituendis illis ter
ris: ergo bello poſſunt illas terras capere. Et cōfirma=
tur hec ratio q2 ſi illas terras capere nō poſſunt hoc eſ=
ſet ideo q2 alij iam lōgo tēpore in illis terris preſcripſe
runt: ſed hoc cōſequens eſt falſum Poſſeſſor male fidei
nullo tempore preſcribit: ergo nullam preſcriptionē in
illis terris habent. Non ſufficit ꝙ ex errore vincibili ſe
iuſtum titulum habere ſuſpicantur. ¶ Secunda cōclu
ſio xpiani principes poſſunt quaſcunqꝫ terras quas ſa
raceni tenent vel gentiles capere: dato ꝙ ipſi habeant
illas terras per verā ſucceſſionē: vel per conſenſū ppli
vel per quēcunqꝫ aliū iuſtū titulū gentiliū: et hoc aucto
ritate eccleſie. ¶ Probatur hec concluſio dominꝰ infe
rior omi via procurās diſceſſionē a ſuo ſuperiori a quo
totam auctoritatem dominandi habet iuſte meretˀ pri
uari illo dominio: ſed omnes infideles cuiuſcunqꝫ ſecte
fuerint moliuntur procurare diſceſſionem a chriſto a
quo eſt omnis poteſtas vt patet ad romanos. xiij. Et
queſtione precedēte igitur. Iſta maior patet non alias
ob crimen leſe maieſtatis quis dominium rerum ſua=
rum amittit et per hereſim. Minor patet de ſaracenis
tam in aphrica ꝙ in aſia qui moliuntur euertere ꝙtum
in eis eſt fidem chriſtianā: ⁊ omnes attrahere ad errorem
mahometicū. Hoc idem faciunt tartari liuoniam: et ru
thenos incurſitantes. Et confirmatˀ hec ratio nō alias
milites tutonici beate marie virginis ceperūt liuoniā
amiſſis terris in oriente eis cōceſſum eſt capere terras
illas a gentilibꝰ xpianos inuadentibus. Inſuper ſecū
dum leges Ceſareas cōmittens crimen leſe maieſtatis
amittit rerum ſuarū dominiū: ſed iſti hoſtiliter inqtū
in eis eſt xpm et eius membra inquietant in eum blaſ=
phemāt paulos et ſenes rapiūt: et in furore trucidāt.
horret animus recenſere ſeuitiā quā capto biſantio illi
viri beleal contra xpi ſacrā imaginē: ɔtra ſacerdotes ⁊
moniales nequiſſime cōmiſerūt hoc patuit apud acho
nem. et alias vrbes ab eis captas. Alterius hereticus
dominiū rerū ſuarū per hereſim amittit extra de here.
gentis: ergo idem erit in propoſito. Preterea xpia=
norum principum intereſt cultum diuini nominis ꝓcu
rare et ipſum augeri: ſed hoc potiſſimum fit terras eo=
rum capiendo et imponendo chriſtianos. ¶ Tertia cō
cluſio hac lege poteſt eccleſia cōcedere principi vni ca
pere terras que erant ab olim alterius principis quas
nunc occupant ſaraceni quando alius princeps potiſſi
mum non poteſt eas capere. ¶ Probatur hec ɔcluſio
Conſtantinopolis et trapeſūtū habentur ab antiquis
imperatoribus grecis nūc pro derelicto habentur. nō
quin vellēt heredes veri terras illas habere ſꝫ hoc ne
qūt. Probatur cōcluſio rationabile eſt ꝙ ille terre eſ=
ſent in manibus xpianorum: ſed illi qui terras amiſe=
runt vel eorum heredes legitimi non poſſunt eos reuo
care: nemo eſt inter xpianos principes qui ſuo marte
vellet eis acquirere dhta: ergo rationabiliter velle de=
berēt ꝙ ille terre principi xpiano alteri concedantur: ⁊
dato ꝙ noluit eccleſia poteſt illud alteri concedere. Et

hoc iterum probatur ſorte princeps plures ſūptus faceret in recuperandis illis terris ꝙ valeant. Tum ī pecunia militi data. Tum in tot in bello occiſis ī diſcrimine vite principis. Et iſtud cōfirmatur non alias Godofridus de billon fuit rex hieroſolimitanus: niſi q: primo primus muros fortiſſime conſcendit: et ob alia egregia facinora in regem electus eſt pro ſe et ſuis: et tamen alij principes xpīani hieroſolimā prius habuerūt igitur. Item diſtinctio dñiorum eſt de iure humano. viij. diſtinctiōe: quo iure ergo pro rationabili cauſa in tota repu. hic eccleſia dñium transferre poteſt? Volumus tamen dicere ꝙ ad nutū eius regna chriſtianorū principum in quibus dñium in temporalib⁹ non habet niſi regitiuū transferre poteſt: ſed vbi eſſent heretici et fidem euertere volentes rex chriſtianus deponendus eſſet. De mahometiſtis et tartaris plantationi fidei non reſiſtentibus ſcilicet qui nolunt fidem ſuſcipere: ſed permittunt chriſtianos libere predicare veritatem fidei noſtre: et eorum delira ex ſacris hyſtorijs deprimere non loquor q: nuſꝗ inueniuntur. Sed dicis hyſpani tales inuenerunt in mari athlantica enſtaſte regnum ab eis abſtulerunt quod rex eorum prius habebat vel quam cunꝗ aliam policiam. Reſponderetur cū linguā hyſpanicam non intellexerūt nec cōcionatores verbi diuini ſine magna militie admitterent neceſſe erat arces munitas hic et illic extruere: vt ſucceſſu temporū effrenis populus ad mores xpīanorum aſſueſceret et intelligendo ſe munitos: et q: in omnibus iſtis faciendis magne requirunt impenſe quas rex alius nō miniſtrat. Licitū eſt ergo illas capere q: alius hoc velle rationabiliter debebit: et tunc cum populus fuerit chriſtianus vel antiquus rex fidem ſuſcipit vel non. Si ſecundū cum poteſt dēgere in iacturam fidei deponēdus eſt ob libertatem ortodoxe fidei: et iā meretur deponi: et hoc vult ille populus ſi bene xpianitatem ſuſcipiat. Et ſi ponas populum velle adhuc habere illum antiquū regem licet gentilis maneat grande indicium eſt ꝙ non ſyncere adhuc ſuſcipit fidē: et tunc nō eſt relinquendum ei regnū. Etiam nō decet regem infidelem habere populū chriſtianum cū per muneratet honores poteſt eos a fide auertere: ſed ſi fidem voluerit ſuſcipere: cum alius ſoluēdo pro impēſis aſſumptis nō video ꝙ deponendus ſit: et hoc ii prius dem ſuerit niſi timeatur de lapſu in infidelitatem. Si erat alia policia ꝗ regalis illam inſulam capiens mutare poteſt: et dignū eſt pro plantatione fidei ꝙ ipſe regnum capiat. Etiam aliud eſt: popul⁹ ille beſtialiter viuit citra vltraꝙ equatorem et ſub polis viuunt homines ferini vt Ptolemeus in quadripertito dicit: et iam hoc experientia compertū eſt quare primus eos occupans iuſte eis imperat: q: natura ſūt ſerui vt patet: primi politicorū tertio et quarto dicit philoſophus ꝙ ſūt alij natura ſerui alij liberi manifeſtū eſt: et in quibuſdā determinatum eſt: et tale aliquid quibus ob idipſum prodeſt: et iuſtum eſt alium ſeruire alium eſſe liberū: et conueniens alium imperare alium parere eo imperio quod innatum eſt quare et dominari. Propterea dicit philoſophus primo capite illius libri. Quāobrē aiunt poete grecos barbaris dominari oportere ꝙ idem ſit natura barbarus et ſeruus. ¶ Contra primā cōcluſionem arguitur ſic. Ex ea ſequitur ꝙ tenentes illas terras continue peccant tenentes alienū. ¶ Contra ſecundam cōcluſionem arguitur ſequeretur eodē modo ꝙ peccarēt detinentes terras quas habēt per verum titulū ſuccedendi cum non ſint ſue. ¶ Ad primū nō ſequitur tēpore quo dormiunt nec cogitant de reſtitutione nec cogitare teneatur: non peccant: ſed ſemp ſunt in peccato immo in multis in infidelitate cū blaſphemia contra nomen dei: et tenentur velle reſtituere efficaciter alienum oblatum. ¶ Ad ſecundū concedimus eos ſemper eē in peccato vt patuit in ſolutione prioris argumēti: ſed nō ſequitur ꝙ peccent propter detentionē terrarū quas habent vero titulo gentiliū: non obſtante poſſūt ab eis auferri iuſte: ſicut heretic⁹ vtitur ſuis bonis quo ad eis ferantur vt in fine primi diximus: et illa ſufficiūt pro ſolutione huius. ¶ Contra tertiam cōcluſionē arguitur ſic. Ex ea ſequitur ꝙ aliquis ſine culpa priuabitur terris ſuis: conſequens eſt inconueniens: ergo et antecedēs conſequentiā probo: legitimus heres conſtantinopolitanus ſpem habet forte pro recuperāda cōſtantinopoli: et non peccauit in amiſſione illi⁹: ergo ſi pānonie rex biſantiū occuparet ſine culpa ſuo dñio priuabitur. Inſuper ex hac via ſequitur ꝙ aliquis princeps xpianus poterat a triginta annis preteritis vel a minori tēpore poterat regnum granate capere: intelligo de principe alio a caſtellano: ſed hoc videtur inconueniens igitur. Cōceditur in illo caſu ꝙ aliquis ſine culpa priuabitur ſuis terris: et iuſte vt patet de filio heretici nullo pacto cum patre in hereſi cōmunicante: et de filio illius qui crimen leſe maieſtatis contra regem et rempublicā incurrit: ſed id nō eſt ſine cauſa. Deberet velle citi⁹ iſte ꝙ rex panonie terrā haberet ꝗ Othomān⁹: et ſi terras ſuas haberet eas protegere nequiret: ſed in eius dolorem: et iterū in reipu. xpiane iacturam totū amitteretur. Vbi dicis ſpem habet recuperandi dicitur ꝙ illa eſt beneuana: et nos loquimur vbi ſapientes iudicarent ꝙ nō eſt ſpes recuperandi illa via. ¶ Ad ſecundum argumentum nego ſequelā: poſt eiectos aphros de reliqua parte hyſpanie a granata ſemper erat veroſimile ꝙ caſtellani granatā caperent. Et propterea nullus alius rex a caſtellano debebat ad hoc adhibere manū q: hoc fuiſſet ponere falcem in meſſem alienā. Et ſeminaria litis inter chriſtianos principes diſpergere a quo cauēdo caſtelle et luſitanie principes varias plagas aphrice ſibi delegerunt vt ſi eas capere poſſunt inter eos incentiuū belli non oriretur. Supponim⁹ oppoſitum in caſu noſtro nec de facto contendimus.

¶ Diſtinctionis. xliiij.
Queſtio Quarta.

TErtio circa hāc materiā queritur an xpiani poſſunt filios infideliū inuitis parentib⁹ baptizare hāc queſtionē. Hic tractabimus. Tum q: eſt propoſito pertinens. Tum quia queſtio hec ex exemplari a nobis ſcripto in curia non dabatur calcographis in quarto. In hac queſtione primo terminum infidelitas explicabimus poſtea aliquas concluſiones ponendo. Infidelitas dicit doctor ſanctus ſecūda ſecunde queſtiōe decima dupliciter accipitur. Vnomodo ſecundū purā negationem vt dicatur infidelis ex hoc ſolo ꝙ non habet fidem. Aliomodo poteſt intelligi infidelitas ſecundum cōtrarietatem ad fidem qua ſcilꝫ aliquis repugnat auditui fidei vel etiā contemnit ipſam ſecundum illud Eſaye. liij. Quis credit auditui noſtro et in hoc proprie perficitur ratio infidelitatis: et ſecundum hec infidelitas eſt peccatum. Si autē infidelitas accipiatur ſecundum negationē purā ſicut in illis qui

nihil audierunt de fide nõ habet rationem peccati: ſed magis pene: q2 talis ignorantia diuinorum ex peccato primi parentis conſequuta eſt. Qui autem ſic ſunt infideles damnantur quidem ꝓpter alia peccata que ſine fide remitti non poſſunt non autem damnantur ꝓpter infidelitatis peccatum: vnde dominus dicit Joan. xv. Si non veniſſem et loquutus eis fuiſſem peccatū non haberent quod exponēs Auguſtinus dicit ꝙ loquitur de illo peccato ꝙ non crediderunt in chriſtū. ¶ Cōtra iſtud arguitur ſic. Ubi dicit ſi infidelitas accipiatur ſecundum negationē puram non habet rationem peccati: ſed magis pene tales dicit damnātur ꝓpter alia peccata que ſine fide remitti non poſſunt non autem propter infidelitatis peccatū. Capio aliquem adultū in iſtis inſulis de nouo repertis qui bene vtitur naturalibus ſuis per mediocre tempus vel breue: talis damnabitur alioquin tales quantūcunq3 diu viuentes excuſabuntur a baptiſmate: etiam tales non damnantur propter alia peccata que ſine fide remitti non poſſunt. Tū primo q2 non habent talia peccata. Tum ſecūdo aliis datis poſſunt de illis penitere illud Joan. xv. nō eſt ad propoſitū vt manifeſte patet. illud eſt cōtra iudeos ſicut patet per verbū chriſti ad apoſtolos dicentis. Sed hec omnia facient vobis propter nomen meum q2 neſciunt eum qui miſit me. Propterea ſubiungit. Si nō veniſſem et loquutus fuiſſem eis peccatum non haberēt Item de paruulis illorum poteſt fieri argumentū q2 ſi decedant nō baptiſati videtur ꝙ dānabuntur ſicut noſtri paruuli. Scimus ambiguam eſſe queſtionem ſuper illa materia an paruuli infidelium ad quos fama baptiſmi non puenit in fide parentū ſaluantur tenēdo ſicut ponūt alii ꝙ parētū fides ſine ſacramētis ab olim ſufficiebat: q2 hoc ſufficiebat āteq̃ fides eſſet eis ꝓmulgata: q2 alioqn ita cito exiſtētes i Dan ⁊ Berſabea fuiſſent obligati ad baptiſma ſicut exiſtētes hiereſolymis q̄d nō eſt dicēdū: q2 ſcd̄m ꝓphetam de ſyon exibit lex. ⁊ verbū dñi de hieruſalē: ſed de hoc alibi loquuti ſumus Propterea dicitur aliter de termino infidelitas: et q2 negatiuum vel priuatiuum melius per poſitiuū cognoſcitur de illo prius loquendum eſt. Fidelis dicitur ille qui habet ſignū fidei puta caracterē baptiſmalem vel equiualēs. Hoc addo propter eos qui baptiſmo flaminis et ſanguinis baptiſantur: interdū vocamus quempiam fidelem quādo fidem infuſam habet: ſed prior acceptio eſt accommodatior: infidelis per oppoſitū capitur priuatiue: et non cōtradictorie pro illo qui non habet caracterem fidei ⁊ eſt aptus natꝰ illū habere. Semper intelligo nec equiualens quo ſit. Omnis xp̄ianus et ſolus eſt fidelis. Secundo ſequitur ꝙ paruuli xp̄ianorum nondū baptiſati ſunt infideles patet: nondū ſuſceperunt ſacramētum fidei: et ſunt apti nati ipſū ſuſcipere et a fortiori paruuli infideliū ſūt infideles. Tertio ſequit̃. Aliquis eſt īfidelis q̄ nec habet actū nec habitū infidelitatis: patꝫ de iſtis paruulis. Quarto ſequit̃ ꝙ multa ſūt mēbra infidelitatis in p̄mo ſūt puuli q̄ nō tenent̃ ſuſcipere fidē ſub pena noui pctī in ſcd̄o mēbro eſſet adultꝰ qui nec aſſētiret nec diſſentiret fidei nr̄e nec haberet velle neq3 nolle ſed oēm talem actū intellectus et volūtatis excluderet: et iſte actualiter ē in pctō mortali omiſſiue. In tertio mēbro eſt ille diſſētiēs fidei noſens aſſētire: et iſte grauius peccat q̄ ſecundus dato ꝙ nihil mali moliretur contra nos. Quartus eſt ille qui diſſentit fidei noſtre: et non vult illi aſſentire: ſed vult aſſentire oppoſito ⁊ cum hoc habet velle veram fidem infringere: ⁊ ſecundū ꝙ magis vel minus ſtudet ad hoc laborare in maiori vel minori infidelitatis peccato eſt. In iſtis membris ſemper intelligo genus diffinitū: ⁊ licet infidelitas contrarie ſit actus intellectus vel eius habitus: tamen radix huius pctī in actu volūtatis cōſiſtit q̄ ad bonum ⁊ malū impellit. Ex oībus his colligitur maluualyci baptiſati ſunt fideles capiendo: vt capimus. Probatur ſic: heretici: ergo nō ſunt infideles ſic capto vocabulo bene ſunt infideles: id eſt nō habentes fidem infuſā: et ſunt apti nati eā habere. ¶ Alterius ſequitur. Licet aliquis infidelis ſit ī paruo peccato: vt patꝫ de paruulis: tñ aliqua infidelitas eſt maximum pctm̄: et ſic tota infidelitas cathegorematice magnū pctm̄ reputatur: vt de ſupbia ꝯtingit in quibꝰ mortalia et venialia repiuntur: vt ſuperius viſum eſt. Quid nominis termini p̄miſſo reliquū eſt ad queſtionis elucidationem deuenire. Circa quā varie ſunt pōnes aliquibus dicētibꝰ ꝙ nullo pacto licet puulos infideliū inuitis pentibus baptiſare. Aliis dicentibꝰ ꝙ cogendi ſunt omnes ad fidem: et in propoſito reſtringemus queſtionē ad iudeos in adultis: q2 de illis maxime contendit̃ apud loquentes. ¶ Circa hoc ponā concluſiones. ¶ Prima eſt. Iudei adulti nō ſunt cogendi ad fidem. ¶ Secūda cōcluſio. Si fidem coacti ſuſcipiant: illam tenere cogebunt̃. ¶ Tertia ꝯcluſio. Paruuli infideliū inuitis pentibus ſunt baptiſandi. Prima cōcluſio ꝓbat̃: ī dubiis ſentētia patrū eſt imitāda: ⁊ potiſſimum maxiorꝫ pontificū et cōciliorū: ſed res eſt dubia: et ſine determinatione Patꝫ. Aliq̄ docti tenuerūt oppoſitū: et alias eccl'ia non dediſſet determinationē: ⁊ tñ eccl'ia determinauit ꝓ hac ꝯcluſione. hoc in ꝯcilio toletano concluſū ē: vt ptꝫ. 45. diſt. ca. de iudeis vbi dicitur. De iudeis aūt p̄cepit ſancta ſynodus nemini deinceps ad credendū vim īferre cui enī vult deꝰ miſeret̃: ⁊ quem vult indurat: nō enī tales inuiti ſaluādi ſunt: ſed volentes vt integra ſit forma iuſtitie. Sicut enī hō ꝓprii arbitrii volūtate ſpenti obediēs periit. ſic vocātis grām dei propria mētis ꝯuerſione q̄ſq3 credēdo ſaluatur. ergo nō vi: ſed libera arbitrii ſui volūtate et facultate: vt cōuertant̃ ſuadēdi ſunt. nō potius īpellēdi: vt Greg. paſchaſio epō Neapolitano ſcribit/ q̄ ſyncera īntentione extraneos a xp̄iana religione ad fidem cupiunt rectā pducere blandimētis debēt nō aſperitatibꝰ ſtudere: ne quorū mentē reddita rō a plano poterat reuocare pellat ꝓcul aduerſitas. Nam q̄cūq3 aliter agūt: ⁊ eos ſub hoc velamine a ꝯſueta ritus ſui voluerint culturа remouere: ſuas illic mag̃ q̄ dei cāſ ꝓbant̃ attēdere Iudei ſiq̄dē neapoli hītantes q̄ſti ſunt nobis aſſerentes ꝙ q̄dā eos a q̄buſdā feriarū ſuarū ſolēnitatibꝰ irrationabilr̄ nitant̃ arcere ne illis ſit licitū feſtiuitatū ſuarū ſolēnia colere ſicut eis nūc vſq3: ⁊ pentibꝰ eorū longis retro t̄pibꝰ licuit obſuare: ꝙ ſi huiꝰ rei veritas ita ſe hꝫ ſupuacue rei vident̃ opam dar̄. Nā q̄d vtilitatis ē: q̄ñ et ſi ꝯ longū vſū fuerint vetiti ad fidei illꝰ cōuerſionē nihil ꝓficit aut cū iudeis q̄lr̄ cerimonias ſuas coler̄ debēt reglas ponimꝰ ſi p hoc eos lucrari non poſſumꝰ. Agēdū eſt ḡ vt potiꝰ rōe et māſuetudīe ꝓuocati ſequi nos velint non fugere: vt eos ex eorum codicibus oſtendentes que dicimus ad ſinū matris eccleſie deo poſſimus auxiliante conuertere. Itaq3 fraternitas tua eos monitis prout potuerit deo adiuuante ad conuertendum accendat: et de ſuis illos ſolennitatibus inquietari denuo non permittat: ſed omnes feſtiuitates feriaſq3 ſuas (ſicut hactenus tam

ipſi ꝙ parentes eorum per longa colentes retro tēpora tenuerunt) liberam habeant obſeruandi celebrādiq; licentiam. Illud etiam patet: extra de iude. ſara. et eorum ſer. capi. Sicut iudei. Et ca. iudei non permittit eos erigere nouas ſynagogas bene tamē reparare antiquas permittit: vt patet in ca. Cōſuluit. Iſtud etiam patet. xxiij. queſtio. v. ad fidem. ¶ Secunda concluſio probatur de baptiſmo et eius effectu capitu. maiores ·§· Item queritur. et quadrageſima quinta diſtinctiōe de iudeis hoc inſuper per legem Ceſaream patet. ff. de ritu nup. Si pater ⁊. C. in eadē rubrica. Nullis. ¶ Tertia concluſio eſt probanda de paruulis infideliū: et in primis recitabo mediū doctoris ſancti tenentis oppoſitum: et aliqua ſuorum motiuorum vt ⁊ concluſionem ipſam et ſuas rationes ſimul infringam⁹. Dicit ſic duplex eſt ratio ꝙ infidelium paruuli non baptiſantur inuitis parentibus: vna quidem propter periculū fidei. Si enim pueri nondū vſum rationis habentes baptiſmum ſuſciperent poſtmodum cum ad perfectam etatē peruenirent de facili poſſent a parentibus induci vt relinquerent quod ignorātes ſuſceperūt: quod vergeret in fidei detrimentum. Alia vero ratio eſt q: repugnat iuſtitie naturali. Filius enim naturaliter eſt aliquid patris: et primo quidem a parentibus nō diſtinguitur ſecundum corpus q̄diu in matris vtero continetur: poſtmodum vero poſtq̄ ab vtero egreditur anteq̄ vſum liberi arbitrij habeat continetur ſub parentum cura ſicut ſub quodā ſpirituali vtero. Q̄diu enim rationis vſū non habet puer non differt ab animali irrationali. Unde ſicut bos vel equus eſt alicuius vt vtatur eo cum voluerit ſecundum ius ciuile: ſicut proprio inſtrumento: ita de iure naturali eſt ꝙ filius anteq̄ habeat vſum rationis ſit ſub cura patris. Unde contra iuſtitiam naturalem eſſet ſi puer anteq̄ habeat vſum rationis a cura parentum ſubtrahatur: vel de eo aliquid ordinetur inuitis parentibus. Potiſſima ratio in qua iſte doctor ſtat eſt: q: repugnat iuſtitie naturali paruulum baptiſare inuitis parentibus: et licet ita dicat nō video ꝙ illud probet. Et arguitur ſic ſi aliquis chriſtianus haberet infidelem ſeruū: vt crebro in vſu eſt: et ancillā puer natus eſt res domini ſui Inſti. de rerū diuiſione ·§· ita mea que ex animalibus domino tuo ſubiectis nata ſūt eodem iure tibi acquiruntur hoc patet. C. de rei ven. l. patet et. ff. de rei ven. l. Si frumentum ·§· idem ſcribit. Tunc ſic filij illi ſunt res noſtre: ergo poſſumus parentibus contradicentibus illos baptiſare ſicut proprios filios. Negas cōſequentiam: quia ſeruus matrimoniū cōtrahere pōt credere in deum: et credere contradicēti domino: quia ius ſeruitutis non preiudicat iure naturali modo paruuli q̄diu ſunt tales ſe habent more brutorum ⁊ debent a parentibus dirigi. ¶ Contra hoc arguitur ego video ꝙ parens vellet ſuum filium ſuffocare: vel alia quauis via opprimere poſſum et debeo paruulo ferre opem cum de manibus truculenti patris capiendo: ergo ſi viderem paruulum morientem: et haberem aquam: et pater eſſet propinquus prohibens non modo poſſum paruulum baptiſare: ſed debeo. Hec conſequentia eſt bona: non credo ꝙ doctor ille vel aliquis ſuorum negaret antecedens: et bonitas conſequentie patet. Si teneor ei ſuccurrere ad ſaluandam vitam corporalem a fortiori teneor ſuccurrere ne anima perpetuo puniatur pena damni. ¶ Secūde arguitur ad idem ſiue paruulus ſit in periculo vite vel non habeat dominium ciuile in hoc paruulo. et licz pater habeat aliquod dominium naturale in eo ſi pater prohiberet eum mittere ad diſciplinam anteq̄ paruulus poteſt ſe dirigere. ego dominus poſſū et debeo iſtum paruulum contradicente patre mittere [illegible] ſtudium: vt in diſciplina proficiat: quia ipſe pot[illegible]ate p̄ria in paruulo abutitur. ego autem eum ſtudioſe educo: ⁊ quilibet vtens ratione recta diceret me ſtudioſe agere et patrem nocenter. ergo ſi ego precipiam baptiſari: ⁊ pater prohibeat. mihi et non patri parendū eſt. U[illegible] la quā dominus proſtituit ab eo capitur. C. de epiſ[illegible] pis. Si lenones: nec valet dicere ꝙ ante vſum ratiōis non poteſt imbibere bonas conditiones vel malas vt cuilibet palam eſt: et mores tantū ſpectant ad ius diuinum et ad paruulum ſicut fides. Nullam apparentiam video quicquid alij dicant quin licite dominus ſerui poteſt paruulum cuius eſt dominus contradicentibus parentibus baptiſare: nec erit in iacturam fidei q̄ eſt vna rationū eius: quia non dabitur patri: ⁊ ſiue hoc ſit perſona priuata ſiue publica. ¶ Preterea arguit̄ ad idem conſentiente matre ad baptiſmum: et diſſentiente patre poſſum ipſum baptiſare. ergo non requirit̄ conſenſus parentum. Forte in illo caſu dicis vnius parentis conſenſus ſufficit vel adhuc non baptiſandus: vel quia pater debet habere maiorem curam de filio q̄ mater facile eſt omnem reſponſionē refellere. Amplius ſi pater neq; conſentiat neq; diſſentiat in preſentia mea ſi pure naturaliter ſe habeat poſſū paruulum baptiſare. ergo non requiritur conſenſus parentū ad paruulorum baptiſmum in preſentia parentū. ergo non requiritur iſta directio in parentibus. ergo eodemmodo inuitus. Semper voco poſſum quod iure poſſum. ¶ Amplius capio vnū paruulum cuius parentes moriuntur et eſt ſolum vnus in quinto gradu cōſanguinitatis huic: et hoc mihi conſtat. poſſum paruulū baptiſare illo contradicente: et ille eſt proximus parens ei⁹ quod ſi neges ponatur aliquis in ſexto gradu: et tunc eodemmodo ipſe prohibente non poſſum. Ampli⁹ ſit ſolū ſuſpitio ꝙ ſortes eſt pater platonis paruuli: ⁊ nō ſit certum certitudīe morali (ſemper loquor de poſſeſſis a me). Iam illo ꝓhibente poſſum paruulum baptiſare. ¶ Preterea. Si aliquis vendat mihi vnum paruulum iam eximit illum a prima ptāte. ergo nihil iuris habet in illo ⁊ ponatur ꝙ abdicet oīe ius eius cū hoc ponatur in fine ad tres dies. dicat ꝙ diſplicet ei ꝙ baptiſem paruulum eius adhuc poſſum paruulū illū baptiſare: igitur. Sit ḡ illa cōcluſio ꝙ paruulū cui⁹ dñs ſum: et ille eſt mihi ſeruus ſeruitute legali baptiſare poſſum: ⁊ non ſolum hoc: ſed teneor contradicentibus parentibus. Probat̄ etiam dato ꝙ non ſit a me poſſeſſus ille paruulus: ⁊ ꝙ Hyſpani poterāt puulos granatenſiū licite baptiſare p̄ribus cōtradicentib⁹. et hoc ſic licite Hyſpani poterāt occidere oēs in ore gladij in malacha ſicut Mahometani fecerūt xpianis tp̄e quo Rhodoucus ptes illas amiſit. ḡ ſi tūc poterāt occidere oīes poterāt puulos baptiſare. etiam hoc ſignificando pentibus anq̄ eos occiderent. Confirmat̄ hec ratio. licite poterāt Hyſpani capere puulos granatenſium: et eos ppetuo tenere nūq̄ eos reſtituendo p̄ri et ſciebant ꝙ non placeret pentibus eoꝝ baptiſm⁹. nō obſtante poterāt eos baptiſare. Nemo deb; dubitare quin poterant eos liberare a pentibus. Certe ego vellē ſuſcipere illud periculū ſi aliq̄d eſſ; ad capiēdos oēs filios Mahometiſtarum. Non video quin ſit meritum: et benefactum eſt baptiſare. Fictio eſt dicere ꝙ non plus baptiſentur q̄ bruta ſuppoſito ꝙ homo applicet aquam cum omnibus requiſitis ad baptiſmum

vnius chriſtiani:q illic eſt materia et forma ⁊ intentio etc. [illegible]ra requiſita. Si quis caperet paruulum vnius chriſtia[illegible] ante conſenſum patris ſui et eum baptizet: realiter e[illegible] baptiſat⁹:ergo eodemmodo de paruulo infidelium. Teneo ꝙ licet baptiſare paruulos iudeoꝝ quos in ſeruitutem habemus et omnes filios Maho[illegible]ſtarum et gentilium renitentium plantationi fi[illegible]quos poſſum⁹ capere:et hoc tempore belli. ¶ Contra primam concluſionem arguitur ſic Zezebuth⁹ laudatur eo ꝙ cogit iudeos accipere baptiſma: ergo prima concluſio eſt falſa. Reſpondetur negando ꝙ in hoc laudetur religioſus ille princeps laudatur propter bonum animum quo volebat ampliare cultum diuinum: ſed in illo facto reprobatur:vt patet omēs iſtos paſſus quos in medium citauimus legenti. ¶ Secundo arguitur iudei peccant ſeruantes ſuum ritum et legalia: immo ſunt idolatre: quod patet: quia prophanum eſt nunc ſeruare legalia:et error Cherinthi ⁊ Hebeonis ſicut Hierony. dicit in quadam epiſtola contra Auguſtinum:et hoc patet per gloſam ad Galathas quinto ſuper illo verbo. Nolite iugo ſeruitutis iterum contineri. Ubi gloſa marginalis non eſt leuior hec ſeruitus q̄ idolatria:⁊ hoc patet per gloſam ad galathas quarto quibus denuo ſeruire vultis. Et ratione patet: cū chriſto qui deus eſt incompoſſibilia attribuant et diuinitatem ab eo negent:et multa alia imponant Talmudici cuius doctrina vel error eſt apud eos in precio: ſed debemus prohibere peccatum a proximis in q̄tū poſſumus:ergo eorum ritus non eſt a nobis tolerandus: ſed a nobis prorſus eiiciendus. Reſpondetur ꝙ multū peccant ſeruando eorum ritum: ſed non ſequitur ꝙ propterea ſunt eiiciendi. Prudens legiſlator ſinit meretrices in vrbe ne peiora contingant: et ſic aliqua peccata ſunt permittenda ne peiora contingant. ¶ Secūdo homo permittit alium peccare propter rationabilem cauſam quā habet cum illo. Et patet duob⁹ exemplis Jacob permiſit Labam iurare per idola pro federe īter eos ſtabiliendo:vt ex geneſi notum eſt. Similiter pecuniarum indigus adit vſurarium dormientem vel in templo orantem:a quo petit pecuniam ſciens ꝙ nihil dabit niſi per vſurā iſte non peccat licet ſit cauſa occaſionalis peccati alterius. In propoſito chriſtiani nō ſunt in cauſa hui⁹ peccati quia ſic alibi facerent:⁊ propter vtilitatem eius ſinit chriſtianus vt teſtimonium apud aduerſarios habeatur probando ꝙ chriſtus erat Meſſias promiſſus in lege moſaica:cuius ipſi ſunt ſtudioſiſſimi ſecundum illud poete Fas eſt ab hoſte doceri. Per ſacras hiſtorias hoc preeminētie chriſtiani habent ſuper deliros Mahometanos qui ſolo ferro dimicant:chriſtiani autem armis ſpiritualibus et corporalibus inuadere et reſiſtere poſſūt ſecundum illud Joan. quito. Scrutamini ſcripturas quia vos putatis ī ipſis vitam eternam habere et ille ſunt que teſtimoniū perhibent de me. Etiam iudei ſunt venundati in omnē terram et timidi nec in magna quantitate ad reſiſtenduꝫ. Propterea non nocet eos habere. a Mahometiſtis ratione nihil habere potes. Etiam in terra promiſſiones chananei non erant protinuꝫ eiecti propter exercitationem filiorū iſrahel:ſic iſti occaſionem exercitatiōis prebent chriſtianis:et ſic propter iſta copulatim permittuntur ſtare inter chriſtianos:quia lex noſtra euangelica tanq̄ rota in rota oſtenditur includi in earum lege in exercitationem noſtram:nec poſſunt rebellare in perniciem reipubli. chriſtiane:et hoc dummodo ſine cōtumelia creatoris viuunt cōtinentes ſe in limitibus ſuperficialibus veteris teſtamenti. Araneam permittimus in domo ad infectiōes colligendas: ſufficit ꝙ bonum inde proueniens in tota republica ſit maius vel equale damno ex illo conſequenti non tamen conducit eos habere vbilibet propter damna que iam homines experti ſunt. Aliquid eſt bonum in tota republica cathegorematice et non in qualibet eius parte: ſicut bonum eſt habere vnum pontificem in tota republica. et non in qualibet eius parte. Inconſulte factum eſſet admittere debiles in fide et ineruditos prope eos cohabitare:nunc autem ſunt prope eccleſiam in qua preſumitur plus eruditionis et fidei. Et ſi alii illud egre admitterent contineant ſe vbi ſunt:ſufficit ꝙ hic prudēter ſunt eiecti. Etiam alia vtilitas ex eis ſequitur:aliqui eorum conuertuntur ad fidem et ſunt vtiles reipublice chriſtiane qui non minus laudandi ſunt q̄ ex natalitiis chriſtianis orti cum per eos non ſtetit Apoſtoli et columne eccleſie tales erant. Et cum tanta humanitate ſicut alii tractandi ſunt vt ceteri ſimiliter ad legem amoris ⁊ gratie redeant. Si dicas ſi ſic:expellantur de patria in patriam nulli manebunt et falſificabunt oracula prophetarū. reliqui iſrahel conuertentur in fine. Romanorum nono et yſaie decimo et per conſequens non expectabunt tēpus Antichriſti. Reſpondes oportuit eos ponere in quandam inſulam ſed quia aliquis ſtatim poteſt eos illic inuadere dicatur aliter. Probabile eſt ꝙ antichriſtus iam venit et hoc crebro iam dēfenſatum eſt in ſchola in ordinariis ꝙ mahometus erat antichriſtus. a multis multa dicuntur de antichriſto: ⁊ quia fulcimentuꝫ a ſcriptura non habent eadem ratione contemnuntur qua admittuntur. Alterius dicitur et ſi bonum eſſet eiicere eos ab hoc loco chriſtianorum ⁊ ab illo et ſic de quolibet particulari loco ſeorſū. Non tamen eſt conſequens ꝙ bonum eſt eos eiicere a tota multitudine chriſtianorum vt alibi practicari ſolet. bonum eſt ſorti ducere vitam celibem. et bonum eſt platoni et ſic de quolibet non obligato (quos paucos inuenies) ergo bonum eſt toti multitudini. ¶ Alterius dicitur:et ſi eſſent eiecti ab omnibus chriſtianis in aliis regnis in magna copia reperiuntur. vt quindecim mille in cairo ſolo:homo eſt animal eſt neceſſaria apud Ariſtotelem:et quelibet ſingularis eius eſt contī gēs Uel capiatur iſta:aliquis homo viuit in aliquo loco q̄ eſt magis ad propoſitum: illa ſecundum eum eſt neceſſaria:et tamen demonſtrādo hunc locum paruum et illum locum paruum. quelibet iſtarum ē contingens. Et ſi dicis vnam ſingularem neceſſariam (demonſtrando magnam partem illius loci) hoc non refert. Poteſt dicere aliquis homo viuit in vna leuca: vel ſic de talib⁹ in quibus non eſt inſiſtendum. ¶ Tertio arguitur ſic. Licitum eſt priuare eos honoribus / puta ꝙ non habeant ſeruum chriſtianum:vt patet extra de iudeis Multorum. et ſi ſeruus a iudeo emptus cauſa mercimonii factus eſt:vel fieri deſyderat chriſtianus pro duodecim ſolidis:redimitur capitulo Preſenti. Nec permittitē eis habere officium publicum capitulo Cum ſit nimis Similiter maiora tributa imponuntur eis/et precipitur eis egredi regnum vel ſuſcipere baptiſma: vt Ferdinandus Aragonum rex qui caſtelle preeſt in noſtra tempeſtate fecit:ſed hoc eſt eos ad fidem cogere ¶ Ad iſta dicatur: hoc nō eſt eos cogere: multe enim leges ceſaree ad liberandum iugum ſeruitutis declinant/nec conducit ꝙ chriſtianos habent ſeruos qui ſunt in lege gratie et libertatis: cum talis vero vult eſſe chriſtianus gaudet libertate: nec hoc enim ē eos cogere. De

caſu Ferdinandi et animuȝ et factum viri in illo et contra ſaracenos non deteſtamur ſed appꝛime laudamus. ſed totum iſtud non eſt eos per verbera vel per minas moꝛtis ad fidē cogere de qua pꝛohibitiōes date ſunt: ⁊ aliquid conducit pro aliquo tempoꝛe: et in alio nocet. ¶ Contra ſcḋam concluſionem arguitur ſic. voluntas non poteſt cogi: ergo concluſio falſuȝ pꝛeſupponit: conſequentia claret: et antecedens patet: ſecundum Auguſtinum et Bernardū de libero arbitrio. Preterea ex iſta via pueri iudeoꝛum baptiſati cogentur ſeruare fidem quam nunq̄ ſua ſponte ſuſceperunt. Et ſic aliquis eſt cogendus ad fidem quod eſt contra pꝛimam concluſionem. Diſtinguo ꝙ voluntas nō poteſt cogi: vel pꝛopꝛie capto termino: hoc eſt habere cōtra naturalem inclinationem eius: et hoc eſt veruȝ nec a deo cogitur nec ab homine: quia ſi voluntas habeat actum cum eo concurrit: et dato ꝙ teneatur ꝙ a ſolo deo pꝛoducatur voluntas per illum actum tendit in obiectum: ⁊ ſic nunq̄ violentatur nec cogitur. Secundo aliquid cogitur vulgariter quando inducitur per ſuaſiōes vel per amiſſionem rerum tempoꝛalium vel quauis alia inductiōe: et de illa intelligimus: et ſic in iure et apud vulgariter loquentes terminus capitur. ¶ Ad ſecundum reſpōdetur caſus non eſt lucidus nec ex omnibus dictis ſequitur nec eiſdem repugnat: ſed omnibus penſatis ꝓ nūc concedo ꝙ talis cogetur ſeruare fidem: licet nunq̄ ſua ſponte ſuſcepit: licȝ nō ſit eadem ratio cum adulto qui conſenſum coactū voluit. Modo coacta volūtas eſt voluntas: et hoc me mouet ſicut leges Ceſaree et pontificie multū declinabant ad mititatem circa ſeruos: licet videretur eſſe pꝛima fronte in iacturā dominoꝛuȝ. Sic iſte paruulus baptiſatus cogetur ſeruare fidem poſtq̄ ſigno fidei luſtratus eſt dato ꝙ nunq̄ conſenſerit. Nec inconuenit ꝙ chꝛiſtianus cogatur ſeruare fidem cuiuſmodi eſt iſte: immo ſi reſiliret eſſet hereticus: et apoſtata in fide. Sed dices hac via omnes iudei pꝛiuabuntur ſuis paruulis quia licet aliquis peccet eos baptiſādo: tamen cogentur ſeruare fidem ſuſceptā. Reſpondetur non ſequit̄ contineant eos domi: et homines male agerent paſſim eos baptiſantes vt poſthac dicemus. Sed contra iſta arguitur paruulus in cunabulis factus ſacerdos non cogetur ſeruare vitam celebem quia nō conſenſit in oꝛdine ſuſcipiendo: ⁊ tamen adultus ſacros oꝛdines capiens cogetur ſub pena peccati ſe ſeruare immunem ab omnibꝰ venereis: ergo licet adultus coacte baptiſatus cogetur ſeruare fidem paruulus non cogetur. Reſpōſio argumentum aſſumit antecedens dubiū et magis dubia eſt illatio. Propterea conceſſo antecedente negatur cōſequentia. Unum eſt ſacramētum neceſſitatiſ: ⁊ ſi: eſt fides catholica in adulto. Caſtitas autem ſicut dicit Ambꝛoſius ſuaderi poteſt imperari autem non poteſt. Sed dices nec imperioſe aliquis eſt cogendus ad fidem. veruȝ eſt: ſed iſte fidem ſuſceptam cogetur ſeruare. Quod iterum ſuadeo alioquin quilibet chꝛiſtianus veniens ad annos adultos poteſt ſe negare fidelem: et dicere ꝙ erat baptiſatus ipſo non cōſentiente et retrocedere a fide catholica quod omnino eſt illicitum. Sed contra omnia iſta dices ex iſto ſequitur ꝙ malmaluciſyr: et memphicus rex eſſent cogendi ad fidem et non Othomānus turcus quod non videtur dicenduȝ. Hec conſequentia patet: quia hi ſunt baptiſati iſti autem non reſponſio concedendo illatum ſi haberētur: ſed ſicut vulgo dicitur. Currens per pꝛata nō eſt lepus eſca parata: non potes eos ad nutum habere. ¶ Contra tertiam concluſionem vel omnium infidelium filij ſunt inuitis parentibus baptiſandi: vel aliqui ſic et aliqui non. ſecundum non eſt dicendum: quia non eſt maioꝛ ratio de vno q̄ de alio. nec pꝛimum [illegible] tunc omnium iudeoꝛum filij apud chꝛiſtianos commoꝛantium a parentibus raperentur. Reſpondetur ſaracenoꝛum gentilium: et iudeoꝛum filij quos habemus in ſeruos baptiſandi ſunt etiam inuitis parentibus nec [illegible] vnq̄ reſtituendi. Sed filij iudeoꝛuȝ qui viuunt sub [illegible]ſtianis pꝛincipibus non blaſphemantes nomen chꝛiſti: ſed viuentes litteraliter in lege non ſunt ab eis rapiendi nec baptiſandi: ſed cum parentibus relinquendi. quia inhumanum eſſet ſpoliare eos ſuis liberis in illo caſu: ſed vbi enoꝛmia in blaſphemiam chꝛiſti perpetrarent vt innocentes paruulos cruci affigentes (ſicut olim repertuȝ eſt ſcelus) illud ſemper pꝛodijt in lucem quantumcunq̄ occultum fuerit non debet illud manere inultum: ſed dira moꝛte piandum et a conſentientibus et agentibus in penam peccati poſſunt omnes eoꝛum paruuli tolli: et tunc baptiſari. Ob perpetratū ſcelus crebꝛo homo meretur puniri in ſobole: et in bonis foꝛtune. Sed loquoꝛ de his qui loquuntur cum honoꝛe quo decet de chꝛiſto et de eius diua matre: et ceteris celicolis in diſputationibus cum chꝛiſtianis: et ſic dicendo non opus eſt reſpondere ad duo argumenta beati Thome que recitauimꝰ in pꝛincipio huius tertie cōcluſionis. Aliud eſt argumentum eius ꝙ vſus eccleſie eſt maioꝛis auctoꝛitatiſ q̄ Auguſtini vel Hieronymi vel alicuius auctoꝛis: ſed nunq̄ eccleſia vſa eſt iſta violenta baptiſatione paruuloꝛum licet ſancti multum poterant apud imperatoꝛes vt ſiluester apud conſtantinuȝ et Ambꝛoſius apud theodoſium. ideo periculoſum videtur hanc affectionem de nouo inducere vt preter conſuetudinem in eccleſia hactenus obſeruatam iudeoꝛuȝ filij inuitis parentibus baptiſentur. Reſpondetur argumētum hoc eſt bonum ad aliquid concludendum ſed licet de illo quod concedimus: et etiam de Mahometiſtis qui inter nos viuunt dummodo pauci ſunt et ſi habeant ſicut ſuperius dictuȝ eſt ſed adhuc addo.

## ¶ Diſtinctionis. xliiij. Queſtio Quinta.

Quarto et finaliter circa hanc materiam: et quinto circa hanc diſtinctionem queritur An politia regalis per hereditariaȝ ſucceſſionem eidem pſtet per electionem. Similiter an politiam ariſtocraticam et tymocraticam politia regalis āteceat. Aliquas notaciunculas de vocabuloꝛum acceptionibus pꝛemittemus: poſthac concluſiones aliquas ad queſtionē ponemꝰ. Due ſūt politie vna recta. et alia politie recte labefactatio. Et politia recta tres habȝ ſpecies que ſunt politia regalis vel monarchia. politia ariſtocratica et politia tymocratica. Politia regalis eſt quando vnus dominatur intendens bonuȝ commune ſubditoꝛum. tyrannis eſt labefactatio monarchie ſed in hoc conueniunt ꝙ vnus preeſt ſed in hoc diſcrimine habent dicit Ariſtoteles octauo Ethicoꝛum decimo. Nam tyrannus quidem ſuum rex autem eoꝛum qui ab ipſo reguntur conſiderat commodum.

Politia ariſtocratica eſt illa que a paucis et bonis dirigitur vt olim erat inter romanos: eligebantur inter eos duodecim approbati et boni teſtimonij quos vocabant bonos homines a quibus tota ciuitas regebatur. De aliquibus caſibus dicitur ꝙ facti ſunt tempore bonoꝝ hominū de alijs autem tēpore cōſulū. Et hoc patet ex termino areo .i. virt⁹ Hinc in lucem abijt maiores in populo: et qui eum regere habent optimates appellantur: quia optimi debent preeſſe. Sed ſi illi pauci non intendant commune bonum: ſed pro proprio laborant emolumento opprimentes alios: tūc eſt tranſgreſſio ariſtocratice politie ⁊ eſt obligarchia. Iterum habemus ex dominio paucorū duas politias. vel in politia multi dominaturi et hoc eſt diſtinguendum vel circa bonū commune laborant proportionabiliter pro diuitibus et inopibus: et tunc eſt politia tymocratica. Si laborant pro proprio commodo in iacturam diuitum tunc eſt illius politie labes: et vocatur democratica. Et creberrime iſte politie ſunt mixte: apud argyropilum optimorū poteſtas: et cenſu poteſtas vocantur vel politia popularis. Iſtis notatis pono concluſiões ¶ Prima eſt. Politia regalis politie ariſtocratice et tymocratice preſtat. ¶ Secunda concluſio. Politia ariſtocratice politiam tymocraticā antecellit. Ex iſtis duabus ſequitur. ¶ Tertia concluſio correlarie ꝙ monarchia in regno cenſu poteſtatem anteit. ¶ Quarta concluſio. Conducibilius eſt habere regem per hereditariam ſucceſſionem ꝙ per electionem. ¶ Quinta concluſio. Oppoſito modo eſt in malicijs oppoſitis. Iſtis politijs puta popularis poteſtatis labes ē minima et tyrannis eſt peſſima. ¶ Prima cōcluſio probatur ſic: ſcilicet ꝙ politia regalis eſt optima. In toto vniuerſo eſt vnus deus quoniam pluralitas principum eſt mala. xij. metaphiſice. Motus ſpherarum iferiorum a motu primi mobilis reguntur. In toto homine eſt vnū principale membrum ſcilicet cor a quo reliqua influētia capiunt. In vno aluеario preeſt vna apes (vt Ariſtoteles idem de animalibus dicit). Et Virgilius in Georgicis: ergo conueniens eſt dare vnum monarcham in toto regno. ¶ Et iſtud adhuc cōfirmatur ratione. Nihil eſt ꝙ rempubli. magis augeat ꝙ pax: et ꝙ eam magis euertat ꝙ bellum: ſecundum illud Saluſtij in Iugurtha. Concordia parue res creſcūt diſcordia magne dilabūtur: ſed ſic eſt cum vnus toti reipubli. preeſt optime ſeruatur tranquillitas igitur. Et hoc patet in principe militie exercitus. Nam da duos: diuiſis capitibus (vt crebro inuſu eſt. Scinditur in contraria vulg⁹ in exercit⁹ internicium. Tot ad hoc exempla adducere poſſū eorum que in hac tēpeſtate contigerūt ꝙ non eſt opus recurſu ad monumenta maiorum. ¶ Preterea arguitur ad idem: et iſtud debet multum mouere. Semper politia regalis alijs duabus politijs erat diuturnior ſtabilior et magis aucta/ vt patet legenti veterum annales Sed ex preteritis pars prudentie eſt augurari de futuris et cōcludere de preſentibus: igitur. Rurſus qđ approbatur ab omnibus eſt ſolidius ꝙ illud quod a paucis admittitur: pauci citius delirant ꝙ multi: ſed ab orbe condito ferme vbicunꝗ locorum et omnium tempore erant politie regales: ⁊ non alie due: ergo indicium eſt ꝙ ipſa alijs duabus preſtat. Amplius in politia ariſtocratica maior ſequitur labes ꝙ in politia regali: et ipſa eſt magis violenta: ergo ipſa eſt peior. Cōſequētia claret: in iſtis proprie non capimus comparatiuū: et antecedens patet: da optimates in quocunꝗ numero libet in idem redit: facile ſequitur eorū diſſenſio: ſint duo. Sicut Alexander reſpondet ad Darium poſt primam victoriam: nec celum duos ſoles nec regnum duos reges ſuſcipere poteſt: vel duos rectores quocunꝗ nomine voces. Et propterea operibus factis in ſecundo die non benedixit deus. Super quo verbo dicit vna gloſa. Numerus binarius eſt infamis: qr primo ab vnitate recedit. Et licet hoc facile eſt impugnare: aliquid coloris habet. Finaliter iſtud patet ex iacturis que regulariter contingunt in duabus alijs politijs rariſſime in politia regali: quia difficillimum eſt ariſtocratiam ſine tymocratica: et cōmuniter miſcētur vt patuit inter romanos vbi erant prouocationes nunc ad plebē nunc ad ſenatum: ſed in tali mixtione ſeminari e diſcordie ſunt in promptu quia vel iudices erunt nobiles: et ſic multa in fauorem nobilium concludent. Si ignobiles pro plebe omnia facient. Si des tertium membrū ꝙ ſint mixti ex his vel in numero pari erant nobiles cum ignobilibus vel in numero maiori. Si primū quis concludet nobilis vel ignobilis. Si plures pro vna parte ſunt iterum lites et diſſenſiones. Sed dicet mihi quiſpiam: licet hoc argumentū prima fronte aliquid coloris ſecum affert tamen contra me concludit: quia ſic argumentaris Rex in toto ſuo regno eſt nobiliſſim⁹ ergo pro parte nobilium concludit: et ſic murmurabūt plebei. Sed iſta obiectione nulla primo aſſigno ꝙ multum in hac parte mouere debet ꝙ inter nobiles et patricios romanorum ex vna parte et plebem ex altera creberrima ſciſmata ſuborta ſunt: hoc patet eorum annales legenti poſt eiectū Tarquinium ſuperbū: et apud genuenſes: et potiſſimum a quinꝗ vel ſex annis preteritis in regno non audes hanc querimoniam omnes ſunt reges: quia leuat a plebeis ſtipendia a nobilibus honores et militiam in bello pro tuenda repupli. et nobiles et ignobiles humanitate proſequitur ſicut filios ſicut dicit Ariſtoteles octaui Ethicorum decimo ſic inquiens. Societas enī patris ad filios regni pre ſe fert effigiem. Nati nanꝗ patri ſūt cure. Et ad hoc fulciēdū poetam citat ait inquit Homer⁹ iouem patrem appellat: ipſū nanꝗ regnum imperium eſt ſuapte natura paternū. Hinc homerus agamēnonem laudans paſtorē grecorū appellauit Regis eſt vnicuiꝗ tribuere quod iuſtum eſt ſecundum illud maronis. Parcere proſtratis ⁊ debellare ſupbos. Et ſicut ille bernardita poſtea benedictus martinus pontifex dicebat romanum pontificem non habere conſanguineos cum aliquid preter rationem ab eo exigerent vnionem ſanguinis introducentes. ſic regem imaginabere nec nobilem nec ignobilem: ſed perſonam neutram: ⁊ Ariſtoteles vocat eos in politicis ſemideos et hoc eſt verum dum obtutū vnius oculi ſuper nobiles iactat. Altero oculo plebi conniuens quod nullo pacto in multitudine conueniet vt ex reuolutis temporibus deprehendere poteſ. ¶ Secunda concluſio probatur politia illa melior vel minus mala que maxime ad politiam optimam accedit: ſed ariſtocratica politia eſt huiuſmodi: quia i ea eſt paucitas Secundo hoc poteſt confirmari ex minori labe que ex ea ſequuta eſt ꝙ ex tymocratica. igitur. Certe nulla eſt peior peſtis in vna politia ꝙ regi ab indomitis ignobilibus: et multo fatu⁹ eſt a nobilibus regi. Et cum ignobilis genere ſim ex affectiōe nō adducor vt clare intueris: ſz res ita ſeſe habz et Ariſtoteles .iij. politicorū. Et nobilib⁹ cōmuniter nobiles ortos eē dicit in teneris annis recti⁹ educātur: ſtemmata maioꝝ pre oclis habēt ꝗ eos ad facta laude digna incendūt: et vt cōmuni diuerbio dicunt. Aſperius nihil eſt miſero dum ſurgit in altū

Reſpubli. gallica vix vn͞q talem cladem paſſa eſt ſicut
ab effrene vulgo ignobilium: vt patuit illa tempeſtate
qua Joannem francorum regem Richardus vicallie
princeps in angliam victor traduxit. Per idem tēpus
eo proceſſum eſt vt Stephanus Marcellus mercato=
rum parrhiſienſium prepoſitus Cōſiauum campanum
mareſchalum ſpectante delphino interemit: ꝛ parrhi=
ſienſes caputiola delphino: et aulicis dant. Idētidem
tunc inſolens turba agricolarum fex hominum in bel=
uacenſium territorio duce Guillermo calleto ſurrexit
que ſi extincta non fuiſſet per nobiles florentiſſimū re=
gnum euertiſſent. ¶ Tertia concluſio probatur quic=
quid eſt melius meliori vel minus malo non refert: eſt
melius minus bono ſed monarchia in regnis eſt melior
politia ariſtocratica vt ex prima patuit: ꝛ ariſtocratica
tymocracie preſtat ex premiſſa: conſequens eſt politiā
regalem tymocraticā lōge antecellere. ¶ Quarta con
cluſio probatur. Illud eſt cōducibilius in republi. quo
concordia in ea magis alitur: et ipſa magis incremen=
tum accipit. Quia ille eſt potiſſimus finis in politia
terrena ciues concorditer viuere: et eos in ſufficienti=
bus opibus coaleſcere: ſed hoc fit per hereditariaꝫ ſuc
ceſſionem regum. Quod probo quia da oppoſitum in=
ſtitutio regum ibit per electionem: ſtatim nobiles: ꝛ fa
cinoroſos viros: et cordatos videbis ad arma ruere pre
cipites: q: facile erit inuenire in vno regno tres vel qua
tuor factiōes: vel binas lites cōtinuātes ſine fine. Dif=
ficillimuꝫ eſt duas domos equaliter potentes: vel pau
lo inequaliter potentes: mutuo equaliter viuere. con=
ſidera per longa continuata odia inter vrſinos: et co=
lumnenſes ꝛ vbilibet: ſed iſtud non contingit vbi eſt he
reditaria ſucceſſio. ſcitur ad quē ſpectat hereditas. In
ſuper interea temporis quo eligeretur rex eſſent graſ=
ſationes et ſceleſti viri: et diu duraret ſciſma crebro eli
gendi. ¶ Tertio ſic arguitur ſi repente aliquis exal=
taretur. et inopinate egre res ſecundas talis ferre po=
teſt: hoc non cōtingit in hereditaria ſucceſſione: hoc he
redē non latet ab exordio quo ratione vtitur: quare ꝓ=
pter dyadema regni adeptū nō ſit inſolētior. ¶ Quar
to ſic arguitur accipe duas domos equales ſcilicet a. ꝛ
b. ſi vnus de familia a eligatur in regem. egre domus. b
illi paret ſi antea erant familiares electus rex eadem
familiaritate vtetur. Et nimia familiaritas parit cōtē
ptum: vel minori et alter indignabitur modo indigna=
tio ſciſma miniſtrat. ¶ Quinto ſic arguitur. ſtat duas
domos in republi. habere inueterata odia inter ſe vt. c
et. d. ſi vnus de. c. familia eligatur in regem d. domū op
primet ne viciſſitudine rerū ipſa dominetur: et fortaſſe
penitus eradicabit. Si dicas dabuntur ei conſules. e.
tota republi. quorum conſilio ꝛ ope oīm moderabitur
Contra tunc erit politia tymocratica vel ariſtocratica
vel ex his conflata et nō regia. Et ſic de maiori bono in
minus bonum deſcendes. ¶ Sexto ſic arguitur quan
do ſunt certi heredes inſtituendi tunc bene erudiuntur
in moribus: et in teneris annis in honore a magnati=
bus habentur: ꝛ ab aliјs diſtant ſicut parui dij gentili
um quos ſemideos licet falſo putabant: ꝛ talibus mul
to facilius parēt ꝙ ante equalibus. ¶ Septimo ſic ar=
guitur qm̄ ſumus aſſueti habere vnā domū continuo re
gnantem illam domuꝫ communiter plus diligimus ꝙ
regē de nouo inſtitutū. Unde ꝙ affecti ſunt interiores pi
cardi ꝛ Flamingi ſuo principe quod non reprobam⁹: vbi
varie domus ſuccederent eis non ſic immobiliter adhe
rerent: ꝛ ſic eſt in alijs regnis dum rex habenas regni
prudēter moderatur ab omnibus ſuis laudatur omni=
bus eſt cordi in prandio et in cena pro eius valitudine
opem dei implorant. ¶ Octauo arguitur. Ex iſta inue=
terata affectione ſpem maximam in futuris expec[t]ant
et principem dum in iuuenilibus annis eſt Al[e]xandro
Macedoni Jude machabeo vel alteri magnanimo an
teꝙ ſciant quid futurum ſit comparant. Et ex iſto amo
re in hoſtium regis odium incenduntur: ita ꝙ verbo et
facto et maledici: et malefactores fiūt. Citius longer
leodienſis ſe in flumen precipitari permiſit a viro ſate[l]
lite Burgundo anteꝙ diceret viuat Burgundus: et tā=
tum pertinacie in iuuenibus inuenies quod in vna pa=
tria dico in multis alijs ītelligo. ¶ Nono arguitur ſic.
ſi filius regis non debet ſuccedere patri in regnum pa=
ter colligeret opes reipubli. per fas et nefas: vt filium
ditaret et extolleret neglecto bono communi ſolū ocu=
lum ad bonuꝫ particulare haberet: iſtud non contingit
dum liberi eius vel proxime ei coniuncti ſuccedant. fili
um reputat alium ipſummet q: eſt ſuus effectus: et q:
cauſa in illo relucet. Propterea Ariſtoteles. viij. Ethi
corum dicit patrem plus diligere filium ꝙ econuerſo:
hec lex data ade et omnib⁹ filijs eius. Propterea Da=
uid mirum in modum gauiſus eſt de hereditate eia do
mino in ſua poſteritate conceſſa. vt patet ſecundi regū
ſeptimo. Quis ego ſū domine deus meus: ꝛ que dom⁹
mea: quis adduxiſti me hucuſqꝫ. Sed et hoc parum vi=
ſum eſt in conſpectu tuo domine deus me⁹: niſi loquere
ris etiam de domo ſerui tui in longinquū: iſta eſt enim
lex Adam domine deus. ¶ Quinta concluſio proba=
tur auctoritate Ariſtotelis et ſua ratione. Illud quod
opponitur optimo eſt peſſimum: tyrannis politie rega
lis opponitur: et ita conſequenter: igitur propoſitum.
Item quinto politicoruꝫ omnem labem contingētem
in duabus vltimis politijs contingere oſtendit in tyrā
nide et aliquas alias: ergo propoſitum. ¶ Contra pri=
mam cōcluſionem arguitur ſic. de politia regali ad ari
ſtocraticam vt emēderetur reſpublica deſcenditur: ergo
ariſtocratica eſt melior. antecedēs patꝫ: de Tarquinio
ſuperbo ab vrbe eiecto in policiam ariſtocraticam vel
tymocraticam deſcenſum eſt. igitur. Confirmatur a ſi=
gno florebat romanorum imperium latiſſime dum a ſe
natu regeretur. dum ad monarcham redactum eſt ipſū
paulatim vires amiſit: ergo politia ariſtocratica vel ex
his mixta monarchie preſtat. Idem ptꝫ in hac tempe=
ſtate de venetis qui Cipro Crete Dalmatie: et alicui
parti italie imperant. ¶ Ad primum conceditur ꝙ de=
ſcēditur de tyrannide ad alias politias: q: tarqnus pro
arbitrio ſine ratione omnia moderabatur quod nullo
pacto eſt ferendum. Sed rariſſime vel nunꝙ de politia
regali in alias politias itur: et ſi vſꝙ hoc contingat ex
ſimultatibus potentum non itur de minus bono in ma
gis bonum: ſed potius contra. Ad confirmationem fa=
teor parum auctum eſt imperiuꝫ ſub imperatoribus ſu
per imperium quod acquiſiuit ſenatus. Nec vſꝙ ta=
le imperium in terra repertum eſt: licꝫ Alexander Ma
cedo totā aſiam ei ſubegerit. Toti europe ꝛ aphrice cū
bona portione aſie romani imperitabant circa illa reſ=
publica a prudentiſſimis regebatur: vt patet de eoruꝫ
laude cumulatiſſime primi Machabeorum octauo vbi
dicitur: et audiuit Judas nomen romanorum: q: ſunt
potentes viribus et acquieſcunt ad omnia que poſtu=
lantur ab eis: et quicunqꝫ acceſſerunt ad eos ſtatuerūt
cū eis amicitias: ꝛ q: ſūt potētes virib⁹ ꝛ audierūt ꝑe
lia eorū: ꝛ virtutes bonas quas fecerūt ī Gallacia ꝙ obti
nuerūt eos ꝛ duxerūt ſub tributū: ꝛ quāta fecerūt in re
giōe hyſpanie: ꝛ ꝙ ī ptātē redigerūt metalla argēti ꝛ au

ri que illic ſunt: et poſſederunt omnem locum conſilio ſuo et patiētia et que ſequuntur: quomō hoc venit ex illo ſ[illegible] tempore: et in omnib⁹ iſtis nemo portabat diadema [illegible]ciduebatur purpura vt magnificaretur in ea: et q̄ curiam fecerunt ſibi et quotidie conſulebant trecentos viginti conſilium agentes ſemper de multitudine vt que digna ſunt gerant: et committunt vni homini magiſtratum ſuum per ſingulos annos dominari vniuerſe terre ſue et omnes obediunt vni: et nō eſt inuidia neq̄ zelus inter eos: ſed iſtud erat ſoluȝ pro illo paruo tempore tot vaframenta inter eos contigerunt poſt reges electos ſicut tēpore Tarquinij: tēpore quo Apius ⁊ decemuiri preerant iam populus clamabat q̄ pro vno rege malo electo decem quoruȝ quilibet erat peior ſubintrant. Conſidera rabiem q̄ erat inter domū Sylle et marij: caſū Catiline ⁊ Cethegi: immo Jugurtha callidus cum roma egrederetur vt poſt homilcarem in aphricam proficiſceretur fertur ſepe tacitus reſpexiſſe poſtremo dixiſſe vrbem venalem et mature perituram ſi emptorem inuenerit. Hoc idem patet de bellis ciuilibus inter pompeium magnum et Ceſarē et de innumerabilibus alijs trāſgreſſionibus que tempore ſenatus nunc inter vrbes priores nunc inter nobiles et vulg⁹ contigerunt: politia romanorum quo ad multa erat tymocratica: q̄ in rebus arduis ⁊ in multorum magiſtratuum electionib⁹: ⁊ in plebiſcitis recurſus erat ad multitudinem et ſenatus erat ordinatus a toto populo: raro accedit adhuc aliqua politia ariſtocratica ſimplex. De venetis non inſiſto: eorum reſpu. nō eſt magne molis plerīq̄ ſunt reges eis potentiores. Secūdo non loquenduȝ erit de his q̄ raro contingūt: ſed q̄ regulariter in vſu ſunt: raro aliquid boni habebis in iſtis politijs q̄ per leges municipales viuunt relicto rege: quod patet ab effectu dum quelibet vrbs in grecia ſe traxit ad partem omnes ſimul iugum ſeruitutis experte ſunt: quot ſeditiōes Genue inter primores vrbis contigerunt tēpore quo ſuperiorem non cognouerunt facile eſt ex eorum annalibus deprehēdere. De florentinis nō loquē eſt multo ſati⁹ foret heluecijs lubecenſibus: et ceteris germanis ſub eodem principe ſtare q̄ ad partem ſe retrahere: hoc conduceret reipu. chriſtiane et eorum politie: q̄ ſic vnite et Othomāno reſiſterent ſolidius et eū ab europa eijcerēt. In ore oīm notiſſimū eſt illud ſalluſtianū qđ antea recitauimus. Cōcordia parue res creſcunt diſcordia magne dilabunt. Scđm vbū chriſti oē regnum in ſe diuiſum deſolabitur Matthei. xij. Apprime conducit non modo habere vnitatem ad caput: ſed q̄ caput ipſum late dicetur potiſſimum in terris hoſti ſi dei vicenis: heu hoc experimur in europe dedecus que aſie et aphrice dominari ſolet per vires vnitas in othomanno. Et ſi regna hyſpaniarum eſſent ſub varijs regibus ſicut interdum ſolent diuiſa: difficilius tamen proficerent ſicut nunc proficiunt et domi et foris in armis.

¶ Secūdo arguitur hoc videtur eſſe contra Ariſtotelem. iij. politicorum. xij. Qui politiam ariſtocraticam monarchie anteponere videtur inquiens. Squidē vir ſtudioſus quoniā melior: ſit preeſſe debet vna autē duo boni meliores ſunt: hoc eſt eniȝ qđ Homerus ait duos ſimul euntes: et optatio agamēnonis vtinā tales mihi decem cōſultores adeſſēt: et paulo poſt Forſan vero abſurdum videre peſſet ſi melius diſcernat quis duobus oculis et duabus auribus audiat et duobus pedibus duabuſq̄ manibus agat q̄ plures pluribus: cum ⁊ nūc quidem reges ⁊ tyranni oculos ſibi plures comparent et aures et manus ⁊ pedes. Nam ⁊ eos qui ſunt in magiſtratu ⁊ ſuos amicos vna principatus participes efficiunt curationem reruȝ eis committendo: qui niſi ſint amici non faciunt ſecundum illorum intentionem: ſi vero ſunt amici ſunt et illorum: et principatus cum amicus par ſit ⁊ ſimilis quare ſi eos cenſet preficiēdos: certe pares: et ſimiles gubernatio preeſſe cenſet oportere. Et Ariſtoteles dicit barbaros citius pati reges imperio regnare q̄ grecos: ergo prudentis eſt a politia regali diſcedere cum greci ſecundum eum ſeptimo politicorum ſunt aptiſſimi ad dominandum propter prudentiam ⁊ animoſitatem. Reſpōdetur Ariſtoteles ſolum diſputatiue procedit in illo capite: patet cum conſiderāti. Pro indubitato tenet octauo Ethicorum ⁊ crebro in politicis q̄ politia regalis eſt longe omnium politiarum preſtantiſſima et ad hoc rationem habemus tam a cauſa q̄ ab effectu. De hoc q̄ dicit de dominio grecoruȝ aliqua dicam: quis ſcit ſi non erga ſuos grecos nimis afficiebatur. et hoc eſſe poterat amor patrie: et eius annales melius q̄ ceterarum gentium cognouit. Secundo erat apparentia de grecis in diebus eius tum ex parte ſapientie: q̄ tum ex parte imperij quod tūc in grecia pollebat: imperia ⁊ ſtudia ſolēt ſemper eſſe matrimonialiter cōiuncta: ſed ſi greci paruiſſent vni capiti (heu proh dolor) non eſſent ſic oppreſſi. Superborū et inſipientium hominum eſt non parere regi. Magnanimorum et ſapientum regibus ſcire obſequi vbi par eſt. Si intelligat de barbaris id eſt alienigenis a grecia ſicut vocabulum ipſum interduȝ accipitur hoc non eſt verum: ſed per barbaros intelligit efferatos ſicut ſeptimo Ethicorum loquitur philoſophus. Et ad ratiōem quam videtur capere illa non eſt contra politiam regalem: rex debet habere conſules ſapientes quorum conſilio vtitur: et ſic habet multas aures et multos oculos et argumenta vadunt contra virum qui proprio vtitur capite pre ratione. Sicut dominus Preſenis Ludouico vndecimo dicebat q̄ miraretur de magnitudine ſui equi q̄ exiguo erat: hoc ſcite expoſuit eo q̄ totum conſilium regni fer⁹ret ac ſi alium facete incuſaſſet q̄ ſapientum conſilium nō admiſerit. Sed cōtra: forte dices vel rex tenetur parere conſilio ſapientum vel non. Si primum non habet plene dominium in regno plus q̄ rector in vniuerſitate vel conſul inter romanos: et ſic hac via Saul et Dauid nō fuiſſent maioris auctoritatis in Iſrahele q̄ Helict Samuel: et reliqui Iſrahelis iudices quod nō videtur dicendum: immo tunc alij erant eo ſuperiores: ſi non hoc eſt contra Ariſtotelē et ſolutionē datā. Reſpōdetur q̄ rex tenetur ſub pena peccati acquieſcere conſilio ſapientum et ex hoc non ſequitur ſapientes ſunt ſuperiores. Salus autem vbi multa conſilia prouerbioruȝ vndecimo ⁊ duodecimo eiuſdem. Qui autē ſapiens eſt audit conſiliuȝ: ⁊ decimo tertio. Aſtutus agit omnia cū cōſilio. Nunquid Roboā decem tribus amiſit conſilio ſapientum ſpreto ſicut multi regna perdiderūt ſpretis conſilijs. Sȝ cōtra iſtud arguitur ex iſto ſequitur ſi rex tenetur acquieſcere cōſilio q̄ ſua politia non erit regalis ſed ariſtocratica. Reſponſio. conſequentia eſt nulla etiam dando ibi aliam propoſitionem que conſequentiam: etiam fulcire videtur q̄ quādo rex videtur incorrigibilis: ⁊ omnino reipublice inutilis q̄ deponendus eſſet: totum iſtud non ſufficit ad politiam ariſtocraticā politia eccleſie ex inſtitutiōe chriſti eſt regalis et optima. Non obſtante conſilium in aliquibus cauſis dat ei libellum repudij: ſed quia eſt ſuper vnum quemlibet et auctoritatiue condit leges poſitiuas in quibus diſpenſat: licet teneatur acquieſcere conſilio ſapientum

pn. iij.

dato q̄ ſuper ipſum fuerint: hoc politiam regalem non infrigit. Secus eſt in politia ariſtocratica vbi nullꝰ preeſt auctoritatem habens perpetuam: et ſi perpetuam habeat poteſt deponi ⁊ alter inſtitui ſine culpa eius cui etiam dantur a communitate ad ſecum iudicanduȝ ita ꝙ de neceſſitate tenetur concludere a maiori parte: vt rector in vniuerſitate parrhiſieñ: vel abbas in cenobio vel decanus in capitulo: dux in venetis: conſul in romanis et eorum leges poſitiuas ſeruare cogitur: licet interdū ī aliquibus minutiſſimis datur ei auctoritas rex autem regulariter in poſitiuis diſpenſat et ad nutū de officiis temporalibus et bello ſubeundo diſponit licet cogatur in cauſis arduiſſimis cōſulere pares ſui regni qui vicem gerunt totius communitatis vel tres ſtatus vt modus loquēdi eſt alicubi vel electores imperij: vt alibi eſt modus: et iſtud ſufficit dicere regulariter quia non ſunt ponenda diſcrimina metaphyſicalia: ſed ſecundum materiam ſubiectam loquendum eſt. ¶ Tertio arguitur ſic. vnus homo eſt magis corruptibilis q̄ multi ira vel odio vel quauis alia affectione facilius a veritate abducitur q̄ vna multitudo: ergo vtilior adiudicandum eſt politia ariſtocratica q̄ regalis. Reſpōdetur ſi vnus homo vteretur proprio ſuo capite hoc eſt verum: ſecus eſt vbi conſilio ſapientum acquieſcit ita cito vel citius multitudo equaliuȝ preſentetur q̄ vbi vnus preſidet inter ſapientes. ¶ Contra quartam concluſionem arguitur ſic probando ꝙ melius eſt habere regem per electionem q̄ per hereditariam ſucceſſionem: et hoc ſic: rex debet ſupereminere aliis virtute vt patet octauo Ethicorum: ſed hoc non poteſt eſſe per hereditariam ſucceſſionem cum ſapientes ſecundum Ariſtotelem in problematibus: et per experientiam frequenter generant ſtolidos: ſed per electionem iſta non contingerent cuȝ maxime idoneus in tota rex eligeretur ad hoc: hoc eſt maxime idoneus ad regnanduȝ: nec valet dicere qđ in vna rationum predixi inter arguenduȝ ꝙ nimis ſolicite per fas ⁊ nefas opes ſuis liberis vel ſpuriis colligeret: q2 ſicut ātiquitꝰ fiebat ī taprobana caperetur vnus ſenex nō habens pueros qui in regem eligeretur: et vbi poſtea procrearet filios a magiſtratu deponeretur. Et confirmatur q2 ſi regnuȝ dabitur huic familie nonnūq̄ dabitur mulieri: et ſic ad exteras gentes dabitur que non curabunt ſalutem reipubli. ¶ Ad illud concedo quod dicit Ariſtoteles ꝙ debet ſupereminere de congruo nō de neceſſitate: q2 oportet capere reges ſecūdum ꝙ inueniuntur. Secundo diſtinguo illaȝ rex debet ſemper ſupereminere vel ſemper in ſua perſona: ⁊ hoc eſt falſum: vel in ſe et in ſuis ſapientibus: ⁊ ſic ego concedo et hoc ſufficit ſicut dicitur cuius eſt condere eius eſt interpretari: et tamen imperator in perſona non cōdidit leges Ceſareas ſed Theophilꝰ ⁊ Dorotheus et Tribunianus ſacri palatij exqueſtor: vt patet in exor⸗ ío codicis et inſtitutionum: et tamen dicuntur leges Juſtiniani q2 a ſapientibus conditas approbauit auctoritatiue: ⁊ vulgo dicitur leges ſūt in corde imperatoris: hoc eſt in ſapiētibus qui ſunt cor eius: ⁊ ſic dato ꝙ filij regum patribus imprudentiores ſint in perſona: hoc pot ſuppleri per prudentes: rex imprudens in perſona maiori eget conſilio q̄ prudens: ⁊ vnum adde ſimonitis ſapientum acquieuerit iudicabitur prudentioribus circūſpectior. Et iſtud eſt ſolum temperatum prudentes liberos imprudens et herato generabit: hoc quod allegas de taprob⸗ na eſto ꝙ vnum argumentorum euacuet reliqua non extinguit: non euitarentur tumultuationes in reipub. permuteni: ⁊ ad hoc etiā alie rationes adducte fuere. ¶ Ad confirmationem de mulieribus reſpub. poteſt leges ſtatuere ꝙ hereditas per legem maſculinam deſcendat: etiam nō eſt o⸗ ⸗us: leges ille ſunt ſufficientes ꝙ femine ſi mares n⸗ ⸗i affuerint ſuccedant ille: ſunt ſolum leges poſitiue ſic ꝙ vtraq; pars contradictoriarum legi nec vel diuine non aduerſatur. Si teneatur vt multi probabile exiſtimant ⸗ chriſtus ſecundum humanitatem fuit rex iudee mu⸗. conſequenter concedunt ꝙ beate virgini debebatur regnū: ſed de hoc ſolum exemplariter ſic dictuȝ apud noſtrates et caſtellanos mulieres ſuccedūt: ⁊ licet regnū tranſeat ad exteros hoc eſt ad verum alterius patrie liberi eius mediate vel immediate nati erant in regno. Etiam nō eſt proprie de extra gente qui matrem habet de regno immo eſt de ſecuriori latere vt aiunt de regno ¶ Secundo arguitur maximꝰ pontifex eligitur: et nō vadit per ſucceſſionem ſicut in lege moſayca de Aaron et filijs ergo ita debet eſſe in regibus. Et iterum hoc cōfirmatur imperator per electionem et non hereditatē eligitur. Similiter panonie rex creberrime: et ſic maxime idoneus eligitur vt patuit in Matthia Johannis Henniadis filio qui turcorum impetum ſolus compeſcuit ſic eligitur rex Northugie quo ad aliqua regna immo ſic memphiticus rex ſoledanus ſyrie hac via procedit. ¶ Ad ſecundū dicitur quicquid ſit de Aaron tamen reges iude per hereditariam ſucceſſionem regnuȝ habuerunt: vt patet de genealogia chriſti Matthei primo. Et hoc Dauidi et eius ſemini promiſſum eſt vt ſupra recitauimus. Non fiunt incōuenientia in electionibus maximorum pontificum que in regū electionibus contingerent cum pontifices maximi vel a cardinalibus vel in ſacroſācta ſynodo vniuerſali a deputatis cū his eligantur: iſti ſunt viri eccleſiaſtici ⁊ maturi qui eligunt verbo ⁊ ratiōe: et non ferro pro eligendo digladiantur. Nulle ſunt preces armate nec ſpes vlla eſt ꝙ ferrum eligendo opem afferre poteſt: ſicut foret in electionibus regum vbi temporales eligerent et ſi ſenibus et quidem eccleſiaſticis ius eligendi impartiretur preces armate ex parte eligendorum principum porrigerentur: potentes et nobiles pauperes ⁊ ignobiles electionem neutiq̄ tolerarent. Pleroſq; religioſos viros humillimos in ſuis cellulis orantes in maximos pōtifices electos vidimus vt mendicantium et non mendicantium religionibus lucidum eſt contemplari. ¶ Ad cōfirmationem dicitur licet ita ſit in regnis de quibus eſt mentio facta: multo melius fieret ſi per hereditariam ſucceſſionem regna illa haberent. ſtat tamen in caſu dare virum meliorem per electionem q̄ per ſucceſſionem: vt in magnanimo pannonie Matthia cōtigit: ſed nos loquimur de his que regulariter contingūt. Etiā creberrime eligunt viros eiuſdem familie et potiſſimū dunicos potentiores vident: et non modo vnum quēlibet de familia: ſed proximū heredem. De memphitico rege eſto ꝙ tyrānice illa que habet vſurpat Duo dicam que noſtra dicta confirmant: vnū eſt. ꝙ ordo pugnandi et imperandi Othomanni magis ſuum imperium auget et nobis officit q̄ ſoledani. Secundum. ꝙ melius terras in oriente protecimus dum erāt plures ſoledani q̄ exiſtente vno.

¶ Diſtinctionis. xliiij.
Queſtio Penultima.

QUeritur penultimo cir-
ca hanc diſtinctionem. An Rex
ſit dominus omniũ que ſunt ſub
ſuo regno. ¶ Rñdetur ad titu-
lum queſtionis per concluſionẽ
negatiuam. Probatio: quia da
oppoſitum Rex eſſet dominꝰ li
bri mei et per conſequens illuz
ego non poſſum alienare ſine fa
cultate ſpeciali regis cum liber per te eſt ipſius regis
